QUINTI HORATII FLACCI

EPISTOLAS

COMMENTARIIS UBERRIMIS INSTRUCTAS

EDIDIT

S. OBBARIUS.

TOMUS PRIMUS.

EDITIO NOVA.

LIPSIAE, MDCCCLV.
SUMPTUS FECIT GEORGIUS WIGAND.

PRAEFATIO.

Quae ante hos sex menses ego et *Theodorus Schmidius* de ratione atque forma novae hujus editionis exposuimus, ea, quatenus huc faciunt, nunc praefanti repetere liceat. Paramus eam Horatianarum Epistolarum editionem, quae cognitione dignissima tum a veteribus tum a recentibus interpretibus proposita habeat quaeque varia in multis libris dispersa in uno quasi conspectu posita suppeditet. Quanquam Epistolae, immortale illud vatis Venusini munus, hac quidem aetate majori tractatae sunt studio, tamen restant multa nova quasi luce collustranda, restant alia de singulis locis in utramque partem disputata, quae in editionibus ad scholarum usum accommodatis tractari non potuerunt. Ne quis tamen opinetur, librorum numerum in dies auctum nos quoque augendum suscepisse, libere profitemur, tantum abesse, ut alienas opes in nostrum usum temere convertamus aliorumque rivulos in nostros fraudulenter deducamus hortos, ut sua cuique maneant atque ea nobis tantummodo vindicemus, quae in medio sunt posita ac nostri sunt et judicii et diligentiae. Ceterum quae venia libris

separatim editis concedi solet, eam petimus damusque vicissim. Nam ratio hujus editionis ita fert, ut unusquisque nostrum unam vel plures Epistolas in libellos collectas et criticis et exegeticis, quos vocant, commentariis ad unam eandemque rationem compositis illustret. Sed quae sit hujus editionis ratio ac forma, breviter dicendum est. Orationi contextae a corruptelarum sordibus quam maxime purgatae subjicietur, ut in hoc primo fasciculo est factum, varia librorum et manuscriptorum et typis descriptorum suo loco dignorum scriptura. Ea, quae ad crisin proprie spectant, eundem ibi habent et habebunt locum, quae interpretationem ipsam variant, vel accuratiorem de sermone latino exigunt quaestionem, post latinum exemplum exhibebuntur. Qua in re id assequi studemus, ut is, qui hac editione velit uti, historiam quasi textus, quem vocant, uno obtutu perspiciat. In commentariis ipsis post verba Poëtae positis ita versabimur, ut non modo varias interpretum interpretationes commemoremus, verum etiam nostro aut approbemus aut improbemus judicio. Quod attinet ad rem criticam, ad manus sunt et editiones veterrimae et collationes codicum aut nondum aut minus accurate in Epistolarum usum collatorum. Meum igitur esse duco, adjumenta literaria atque praesidia, in hac primae Epistolae editione a me adhibita atque deinceps ab utroque editore i. e. me et *Th. Schmidio* adhibenda, paucis describere. Quodsi hic illic oratione longius progressus esse videbor, est quod sperem, fore ut ipsa res literaria accessionibus quibusdam augeatur.

a) Primum in censum veniunt *tres* illi *codices Dessavienses*, de quibus breviter quidem, sed erudite in Archiv. f.Philol. u.Paedag. Lips. 1833. II. 2. p. 224—226 disputavit

Henricus Lindner., Serenissimi Ducis Anhaltini Dessaviensis bibliothecarius et tabularii praefectus. Is Vir doctus codicem Anhaltinum *Fabricii* et *Janii* Dessav. 1. unum eundemque esse vere docuit. Dessaviensem autem 2., quo eodem *Janius* est usus, itemque codicem 3. nemo ad hunc diem in Epistolis edendis adhibuisse videtur. Horum codicum accuratam et collationem et descriptionem ad me humanissime misit *Lindner.*, quo in opere taedii pleno eximie adjutus est ab *Augusto Fuchs.*, bono disciplinae Hermannianae et Klotzianae alumno. Quum illa duorum codd. Dess. descriptio, quae legitur ap. Janium I. p. IX—XI. et Mitsch. I. p. IX. X., parum accurata sit (vid. Lindn. l. l. p. 225.), accuratiorem hic ipsis Viri docti verbis usus transscribere non dubitavi.

„Die *erste* Dessauische Handschrift des Horatius, dieselbe, welche *Fabricius* unter dem Namen Codex Anhaltinus verglich, ist in klein Fol. und auf Pergament geschrieben. Sie hat zum Titel (der übrigens von einer spätern Hand geschrieben ist):

liber beatae mariae virginis sanctique Cipriani episcopi et martyris In Nigeburge

Horatius Flaccus

Horatii flacci poetria sive carminum libri quatuor.

Item humano capiti etc.

oratii flacci epistolarum libri duo.
oratii flacci satire vel sermonum libri duo.
oratii flacci Carmina duo post quartum carminum librum primum de poesi et poetis sc: humano capiti. Ibis libur nis et cetera cum defectu quem habet in papirio.

Item Carmen seculare.

Sancte dei genitricis Marie sanctique
Cipriani episcopi et martyris in Nienburg.
Reparatus anno domini Millesimo
quadringentesimo septuagesimo.

(Haec omnia multis literarum compendiis scripta sunt.)

Sie bestand aus 21 einzelnen mit Römischen Zahlen bezeichneten Lagen, deren jede 4 Bogen enthält. Es fehlen aber ganz die 2. 3. 6. 7. 8. 11. und 15. Lage und ausserdem hier und da einzelne Blätter, so dass verloren gegangen sind: 1) von den Oden: lib. I, c. 13, v. 19 — lib. II, c. 9, v. 16; ferner lib. III, c. 2, v. 29 — c. 4. v. 15; ferner c. 5, v. 27 — c. 7, v. 12; ferner c. 9, v. 4 — c. 15, v. 2; ferner c. 19, v. 3. — lib. IV, c. 14, v. 52. 2) von der Ars poëtica, welche nach den Oden folgt: v. 104—195. ferner v. 471—476; 3) von den Epoden: I, 1 — II, 50; ferner V, 71 — XVII, 27; 4) von den Episteln: lib. I, c. 19. v. 49 — lib. II, c. 2, v. 65; 5) von den Sermonen: lib. II, c. 5, v. 45 — v. 90; ferner c. 6, v. 26 — v. 117; ferner c. 7., v. 46 — v. 91; ferner c. 8, v. 65 — v. 95.

Die Seiten haben keine Zahlen; die einzelnen Gedichte weder Ueberschriften noch Zahlen. Häufig sind bei den Oden von einer spätern Hand Römische Zahlen hinzugeschrieben, die sich auf das Versmass beziehen. So bedeutet I das Asclepiadeum primum; II Sapphicum; III Asclepiadeum secundum; IV Archilochium quartum; V Asclepiadeum quartum; VI Asclepiadeum tertium; VII Alcmanium; IX Alcaicum; X Asclepiadeum majus.

Die Anfangsbuchstaben der Gedichte fehlen gewöhnlich, nur selten sind sie, gewöhnlich mit rother Tinte, hinzugeschrieben. Die Anfangsbuchstaben der einzelnen Verse sind gross, und durch einen Zwischenraum vom übrigen Texte getrennt. In der Ars poëtica sind die Absätze durch grössere Anfangsbuchstaben bezeichnet. Der ganze Text ist von derselben Hand und äusserst sorgfältig auf in das Pergament eingedrückte Linien geschrieben, aber an manchen Stellen sehr verblasst und unleserlich. Noch mehr ist diess der Fall mit den zwischen den Linien und am Rande stehenden zum Theil sehr *zahlreichen*, von den gewöhnlichen abweichenden und gewiss recht brauchbaren Erklärungen. Diese Erklärungen sind dreifach, nämlich 1) kurze Interlinearscholien, 2) weitläuftige Erklärungen an allen 4 Seiten des Textes mit kleiner sehr sauberer Schrift von derselben Hand wie der Text geschrieben, hie und da sehr verblasst und verwischt, 3) dazwischen Erklärungen von ganz anderer Hand, mit grössrer dicker Schrift und gelber Tinte. Die Abkürzungen sind ungefähr dieselben.

Häufig sind mehrere Wörter zu einem einzigen verbunden; die Eigennamen sind sämmtlich mit kleinen Anfangsbuchstaben geschrieben; Interpunctionszeichen finden sich selten, bisweilen Puncte und Fragezeichen, einigemal auch Semikola; s ist immer lang; i hat keinen Punkt; r hat ungefähr diese Gestalt: ꞃ, wenn t folgt: ſt. Abkürzungen sind nicht häufig.

Die *zweite* Dessauer Handschsrift mit dem Titel Oracius Flaccus, in 8., zusammengeleimt und mit dickem Faden geheftet, ist ganz vollständig, aber die letzten Blätter sind sehr beschädigt. Sie enthält die 4 Bücher Oden mit den Epoden

(ohne Ueberschrift); dann folgt das Carmen seculare, dann die sogenannte Ars poëtica mit der Ueberschrift: Oracius de poesi et poetis, und mit einigen Erläuterungen zwischen dem Texte und am Rande; dann folgen die Sermonen; zuletzt die Episteln mit der Ueberschrift bei der ersten, aber abbreviirt: Incipit horacius epistolarum ad mecenatem.

Die Seiten haben keine Zahlen, aber die 9 Lagen, woraus sie besteht, sind zum Theil noch wie Cod. I. auf der letzten Seite unten mit Röm. Zahlen bezeichnet; für die Oden, Epoden und das carmen seculare sind sie in zwei Spalten getheilt. Die einzelnen Gedichte haben keine Ueberschriften, ausgenommen die Episteln, bei denen sie mit rother Tinte darüber oder daneben geschrieben sind. Die Anfangsbuchstaben der Gedichte fehlen grösstentheils; bisweilen sind sie von einer spätern Hand hinzugeschrieben. Die Anfangsbuchstaben der einzelnen Verse sind fast immer klein, vom Texte getrennt und in den 13 ersten Satyren roth durchstrichen.

Der Text selbst ist auf Linien, aber bei weitem nicht so schön und so sorgfältig geschrieben, wie in der ersten Handschrift. Oft sind Wörter ausgelassen, oft doppelt geschrieben, oft verbessert; bisweilen völliger Unsinn; überall verräth sich die Unwissenheit und Ungenauigkeit des Schreibers, vielleicht auch die schlechte Beschaffenheit der Handschrift, von der er abschrieb. Abkürzungen finden sich sehr häufig und nicht immer ganz gleiche.

Die Eigennamen sind wie in der vorigen Handschrift klein geschrieben; statt ae und oe steht immer e; in der Ars poëtica sind die Absätze immer durch § bezeichnet.

Die *dritte* Dessauische Handschrift in klein 8. und gehef-

tet, fängt mit der Ars poëtica an (das erste Blatt ist sehr beschädigt), dann folgen die Sermonen (als *ein* Buch betrachtet), von denen Serm. II, 3, v. 181—8, v. 33 fehlen, dann kommen die gleichfalls als *ein* Buch betrachteten Episteln, von denen Epist. I, 2, v. 39—12, v. 15 und II, 1, v. 172—2, v. 8. fehlen.

Die Seiten haben keine Zahlen. Bei den einzelnen Gedichten sind öfters die Ueberschriften mit rother Tinte hinzugeschrieben. Die Anfangsbuchstaben der Gedichte sind mit rother Tinte und das ganze erste Wort allemal mit grossen Buchstaben geschrieben. Die Anfangsbuchstaben der einzelnen Verse sind gross und (die erste Satyre ausgenommen) nur durch einen rothen Strich, der aber gewöhnlich die Anfangsbuchstaben selbst durchschneidet, vom Texte getrennt. An mehrern Stellen sind Erläuterungen hinzugeschrieben.

Der Text selbst ist ebenfalls grösstentheils auf Linien und mit mehr Sorgfalt geschrieben als in der vorigen, aber nicht so gross und schön wie in der ersten Handschrift, und mit mehr Abkürzungen. Absätze werden in der Ars poëtica durch grössere Anfangsbuchstaben bezeichnet.

Einzelne Bemerkungen über die verschiedene Abtheilung einiger Episteln, und über die Absätze, namentlich in der Ars poëtica mögen bei der besondern Vergleichung folgen. Hier will ich nur noch die Interpunction des Cod. III. erwähnen, die mir sonst nirgends vorgekommen ist. Dass hinter den meisten Versen, namentlich wo eine Abkürzung schliesst ein Punct steht, ist unbedeutend.

Das Fragezeichen, welches nicht überall steht, wo es nothwendig wäre, hat diese Gestalt: $^{\nu}$ z. B. quo patre nat$^{9\nu}$

fierique tribuno [v]. Das eigentlich Merkwürdige aber ist die *negative* Interpunction am Ende der Verse; nämlich wo die Rede zum folgenden Verse unmittelbar weiter geht oder wenigstens keine bedeutende Interp. steht, ist diess durch einen Strich ⁻ angedeutet, aber keinesweges gleichmässig, in einigen Gedichten sehr oft, in andern seltner. Ep. I, 1. z. B. nur v. 4 armis ⁻ 13 tuter ⁻ 21 annus ⁻ 23 spem ⁻ 24 id quod ⁻ 25 atque ⁻ etc.

b) *Codicis Gothani*, quem descripsit *Fr. Jacobs* l. ad v. 58. p. 12. indicato, accuratam collationem debeo *Carolo Georges*, V. doctissimo mihique amicissimo. De hoc codice recentioris quidem aetatis, sed tamen non contemnendo vide annotata ad v. 58.

c) *Codices Gottingenses duos* contulit juvenis quidam, Seminarii philologici, quod Gottingae floret, sodalis, qui suum nomen ut praeterirem me literis rogavit. Codice I. usus est *Gesnerus*, sed tantum perpaucis locis. De utroque cod. vid. Mitscherl. I. p. XXVII. coll. p. IX. et *Kirchneri* Quaest. Horat. p. 21 sq.

d) *Codicum quatuor Guelferb.* scripturae a *Schneidewino*, V. doctiss. diligentissime enotatae reperiuntur in *Th. Schmidii* editione Epistolarum Horat. Halberst. ap. Brueggemann. 1830. II. p. 258 sqq.

e) *Tres codices Lipsienses*, qui in bibliotheca Senatoria Lips. asservantur, conferendi atque excerpendi libertatem benigne concesserunt filio meo Theodoro *Demuthius* et *Naumannus*, Viri amplissimi et humanissimi. Hos codices paucis indicat *Kirchner*. in edit. Satir. Horat. Stralsund. 1829. I. p. C et (praeter tertium) uberius descripsit *Janius* in

Elencho codd. I. p. XII. XIII. Cf. Mitsch. I. p. XI. XII. De Epistolis quidem haec addere lubet. Singularum inscriptiones, quas quidem habent codices 2. et 3., fere eaedem sunt, in cod. 1. leguntur nullae. Rursus cod. 3. peculiarem libri Epist. inscriptionem non habet. In cod. 1. legitur: *epistolarum liber*, in cod. 2.: *incipit epistolarum liber*. Ceterum uterque liber ms. Epistolas ante Sermones habet; in tertio omnia sunt permista atque confusa praeterquam quod Carmen sec. excipit Epistolas. Nomina propria ubique minusculis scribuntur, initiales autem versuum in codd. 1. et 3. majori forma, in cod. 2. minusculae sunt. Nullus horum codd. habet terminationem *is* in Accus. tertiae plural. Praeterea in cod. 1. verba saepe sunt disjuncta, quod imprimis cadit in Praepositiones cum Verbis compositas.

f) *Codicis Menteliani* variantem scripturam excerpsit Theodorus meus, qui hoc beneficium se debere grato animo mecum profitetur *Gersdorfio*, Viro humanissimo et literatissimo. Etenim varians hujus cod. scriptura exemplo editionis Desprezianae Amstel. 1695. 8., quod est in bibliotheca Academiae Lipsiensis, ascripta legitur. Est is liber notabilis, de quo alias dicam plura; habet inter alia Epist. 16, 45. scripturam ab *Hauthalio* ad Pers. 1. p. 8. ed. Lips. 1833. commendatam atque a *Meinekio* receptam: *Hunc prorsus* etc. De hoc codice dixit Janius l. l. p. XI. Cf. Mitsch. I. p. XI. Kirchn. p. C.

g) De *Sylloge Burmanniana*, in qua reperitur discrepans scriptura trium codicum, *Dorvill.* 1. 2. ad edit. Hack. cum notis varior. Lugd. Batav. 1663. et *Corbeiensis* ad eand. 1670. collatorum, breviter strictimque dixit *Kirchner*, l. l. In Corbejensi rara est varietas lectionis, ex qua tamen

re codicem illum cum editione consensisse, effici non poterit. Eam amice mecum communicavit *L. F. Hessius*, collega olim doctissimus, nunc Principalis bibliothecae et tabularii custos. Idem mihi utendam tradidit

h) *Graeviani codicis* varietatem lectionis a *Jano Broukhusio* editioni Heinsianae Lugd. Batav. ap. Ludov. Elzev. 1612 ascriptam. Qui liber memoratu dignissimus et ex bibliotheca Büloviana ante hunc annum comparatus quum nusquam ullum codicis ms. nomen vel possessorem indicet, ex discrepantia scripturae codicem illum Graevianum cognovi. Laudat hunc *Broukhusius* ad Propert. 2, 7, 62; 8, 28 cet. et *Bentlejus* postea eundem optimae notae librum a Graevio utendum accepit. Vid. Epistol. Bentleji, Graevii etc. ed. Kraft. Alton. 1831. p. 53. et Bentl. ad edit. Horat. Lips. 1764. I. p. VI. Cf. Jan. I. p. VI. XVII. Mitsch. I. p. VII. Ejusdem libri ms. quasdam lectiones enotavit *Graevius* ipse in marginibus editionis Henricopetrinae 1., quae servatur Heidelbergae in bibl. Academica. Vid. *Bothium* ad Od. 1, 7, 13 ed. Feae. Ex horum trium librorum collatione (si iis Bentleji editionem annumeraveris) facile perspicitur, aut *Bentlejum* saepe nimis aut *Broukhusium*, qui vel ipsam orthographiam diligenter indicat, vidisse parum. Multi loci collatione hujus Broukhusiani exempli melius perspiciuntur et emendantur. Sic *Broukhusius* ad Od. 1, 9, 7., ubi *Graevius* scripturam *depone* annotavit, in margine, sed ab alia manu *deprome* vidit, quam ob rem illud *depone* ex versu proxime praecedente in textum irrepsisse opinatur. Sic Od. 1, 2, 31. *Broukhusius* indicat, a prima manu *candenti umeros* scriptum et literam *s* alio atramento adjectam fuisse. Vid. ibi Bentl. Ac ne diutius

his nugis, quas vocant quidam obesae naris homunculi, immorer, ordinem indicabo, quo hic cod. ms. teste Broukhusio exhibuerit poëmata Horatiana. Libros quat. carminum excipit A. P., hanc subsequuntur Epodi, Carm. S., Epistolarum liber, (sed scripturae discrepantia tantum pertinet ad 8, 6. ubi haec annotata leguntur: „post hunc versum multae codicis nostri paginae perierunt; quae restant incipiunt demum a versu 20 lib. 2. Epist. 2.“ Bentlejus quoque ad v. 12. indicat, Graevianum a v. 7. hujus Epistolae deficere.) Epistolarum lib. 2. Incipit Sermonum liber I., sed varians scriptura desinit in Sat. I, 2, 113., ad quem versum haec leguntur: „in hoc versu desinit noster codex avulsis reliquis membranis et dispersis.“ Ceterum in hoc codice singula fere carmina habent inscriptiones, itemque Epistolae excepta prima, ad quam quidem nihil annotatum est. Apud Bentlejum Graevianus numero I. notatur.

Quodsi his praesidiis instructus, quibus ante nos nullus Epistolarum editor est usus, denuo in pulverem quasi et solem a multis rogatus processi, id debeo humanitati eorum virorum, qui illa bona nobis invidere noluerunt. Maximos igitur his viris humanissimis coram omnibus ago gratias, majoresque habebo. Quae inde utilitas Horatio a corruptelis purgando allata sit, alii judicent, qui probe sciunt, quam vana et prope manca sit, si tales res vel negligantur vel contemnantur, omnis ipsa cernendi judicandique vis atque facultas. De aliis aliorum codicibus mss. hic dicere non attinet. Suorum quisque est testis atque interpres. Ceterum in iis significandis eodem, quo *Kirchnerus* in *Satiris* p. XC—C., usi sumus numero. Ne quis autem negligentiae me incuset, ingenue fateor, me *Var. Lection. ex Cod. membr. (C. A. 3. Monac.)*, quae leguntur

in Seebodii N. Archiv. 1830. p. 60. non ipsis verbis indicasse, quia eas *Hochederi* codicibus mss. annumerandas esse credebam. Vellem sane hic V. d. accuratius variantem scripturam in editione *Epistolarum Horat. Regensb.* 1830. 31. nobis aperuisset.

De editionibus veterrimis haec habeo dicere. Ad manus fuere a) Veneta 1479. Phil. Cond. Petri. (Mitsch. I. p. LXI. Kirchn. p. CXIII sq. Schweigeri Handb. d. class. Bibliographie. II. 1. p. 388. a). b) Ven. 1481. (Mitsch. p. LXII., Schweig. ibid. b) ob Scholiastas, quos habet, notatu dignissima. c) Florent. (Landini) 482. (Mitsch. p. LXIII. Schweig. ibid. b). d) Ven. 483. Joann. de Forlivio, et ejusdem anni, Raynald. de Novimag. (Mitsch. p. LXIV. Kirchn. p. CXIX. Schweig. p. 338. b. 389. a). Utraque in prima quidem Epist. fere consentit; ubi nihil adjectum est, prior intelligitur. e) Ven. 486. (Mitsch. p. LXVI. Kirchn. p. CXIV. Schweig. p. 389. a). f) Ven. 490. Georg. Arribabene Mantuan. (Mitsch. p. LXVII. Schweig. ibid.) Haec editio, cujus variantem scripturam nunc mecum communicavit *Th. Schmidius*, in edit. Epist. sec. adhibebitur. Sed editor iste vetus pleniore ore locutus esse videtur; quare verbis Mitscherlichii: „Novae adeo recensionis instar habenda haec editio" — subscribere dubito. g) Lips. 492. (Mitsch. p. LXIX. Schweig. p. 389. b). Hac editione rarissima nemo editorum unquam usus est. Variantem ejus scripturam cum accurata ipsius editionis descriptione, quae paulo infra dabitur, ad me humanissime misit *Bardilius*, Vir literatissimus. h) Ven. 498. die XIII. Julii. (Mitsch. p. LXXII. Schweig. p. 390. a). i) Locher. Argentorat. 498. (Mitsch. p. LXXI. Kirchn. p. CXIII. Schweig. p. 389. b. sq.). — Multarum editionum saeculi XVI.

rarissimarum utpote ne in Elencho quidem a Mitscherlichio et Schweigero indicatarum variantes lectiones summa diligentia in meum usum excerpsit *Th. Schmidius*, in optima talium librorum supellectile constitutus. Sed de his omnibus quid sentiam, libere fatebor. Editiones veteres qualescumque sunt optime inserviunt rei literariae, quippe quae textum vel verum vel depravatum deinceps exhibeant. In re autem critica caute sunt adhibendae; quapropter, nisi alia fidei momenta accedunt, non movent mei quidem judicii trutinam. At quum nobis proposuissemus, ut quasi historiam quandam textus exhiberemus, non potui, quin et ipsa saepe editionum menda indicarem. De hac quidem re ii judicent, penes quos est talium rerum judicium atque potestas. De familiis codicum, si quae sunt, dicetur alias. Sed quod ante significavi, hujus loci sit, ita ut illa editionis Lipsiensis descriptio, quam *Bardilio* debent omnes rei literariae studiosi atque intelligentes, ipsis Viri doctissimi verbis transscribatur. „Das Exemplar, welches ich vor mir habe, gehörte dem ehemaligen Professor Seybold zu Tübingen und ist von ihm zuerst in einem Programm über die dritte Ode des dritten Buches von Horaz, Grünstadt 1778. 4. und noch genauer in dem Programm über den Horaz. Ebendas. 1779. 4. beschrieben worden. S. Horat. ed. Mitsch. tom. I. p. LXIX und Harles Supplem. ad brev. notit. litterat. Rom. tom. I. p. 409—411. Es ist durch den Buchbinder in ganz verkehrter Ordnung gebunden, und da weder Ebert noch Hain dieser Ausgabe erwähnen, so will ich hier eine ganz genaue Beschreibung derselben folgen lassen, welche Sie vielleicht bei der Seltenheit des Buches in Ihre Monographie aufnehmen werden. Da ich nicht wissen kann,

in welcher Reihenfolge die einzelnen Theile der Ausgabe ursprünglich standen, so muss ich eben die Ordnung meines Exemplares anzugeben mich begnügen:

Fol. I a tit.: Quinti Horatii Flacti (sic) de || Arte poetica ad pisones. *Fol. I b*: M. Jaco. Illumi. Ad lectorem. || Omnis vita brevis *etc. Sunt sex disticha Fol.* 2 *a* cum sign. Aij: Umano capiti ceruicē pictor equinam *etc. Explicit fol.* 15 *b. Cum signat.* 17 *linn.* 16 *foll. Fol.* 16 *vacat* — Fol. I a tit.: Horacii Flacci satyrici || poete sermonum Liber || primus. *Fol.* 2 *a cum sign. Aij:* Horatii vita per Magistrū Joannem Cubitēsem. *Fol.* 3 *a cum sign. Aiij*: Quinti Horatii Flacci Sermonum Li || ber primus. Satyra Prima. *Fol.* 33 *b. lin.* 5. 6: Quinti Horatii Flacci Sermonū || Liber secūdus. Fol. 65. b. lin. 10: Finis: *Insigne typogruph. cum signat.* 17 *linn.* 66 *foll. Fol.* 66 *vacat.* — Fol. I a tit.: Quinti Hratii (*sic*) Flacci epi- || stolarum Liber primus: *Fol.* 2 *a cum sign. Aij.:* Quinti Horatii Flacci epistolarū Liber primus. || Epistola Prima ad Mecoenatem. *Fol.* 32 *a lin.* 12. 13: Quinti Hratii (*sic*) Flacci Epistolarum || Liber Secundus. Ad Augustum. Fol. 46 a lin. 17: Finit foeliciter. *Cum sign.* 17 *linn.* 46 *foll.* — *Fol. I a tit.:* Quinti Horatii Flacci li || ber carminum primus. *Fol. I b:* Ad Horatium Flaccum Ode dico- || los tetrastrophos Angeli politiani. *Fol.* 2 *a cum sign. Aij*: Ad Moecenatē. ꝑ caeterorū studiis con || temptis lyricum carmē scripturus sit. || Liber primus. *Fol.* 28 *b lin.* 14. 15: Quinti Horatii Flacci: Car || minum Primi libri Finis. Fol. 29 a: Jo. Francisci Philomusi Pisaurensis poete || laureati Carmen Ad inclitum principem Joan || nem Sfortiam. Fol. 29 b lin. 11: Joannes Cubitensis ad Lectorem. || Scriptorem

lyricum noscere qui cupis *etc. Est Carmen trium stropharum. Insigne typogr. Cum sign.* 17 *linn.* 30 *foll. Fol.* 30. *vacat. — Fol. I a tit.:* Quinti Horatii || Flacci epodos. *Fol.* 2 *a cum sign. Aij*: Quinti Horacii Flacci Epodos || Incipit Ad Mecoenatem: *Fol.* 20 *b infra:* Finis opusculi cuius varius est ac pul- || cherrim⁹ fructus et utilitas amplior ꝙ̄ || ut verbis exprimi possit. *Fol.* 21 *a:* Libellus Horatii. || Jam censura grauis *etc. sunt duo disticha, quibus diligentia in castigando textu adhibita praedicatur. sequitur*: Michaelis Tarchaniotae Marulli || Constantinopolitani viri patricii Epi || gramma de poetis latinis. || Amor Tibullo *etc.* Joannes Cubitensis. Viuent Virgilii: viuent quoꝗ carmina Flacci || Donec erit phoeb⁹: dum vehet amnis aquas || Impressum in inclyta ciuitate Liptzgk || ꝑ. Baccalariū Martinū Herbipolēsem || Anno salutis. M. CCCC. XCII. *Cum sign.* 17 *linn.* 22 *foll. Fol.* 22 *vacat. — Fol. I. a tit.:* Quinti Horacii Flacci carmi || nuꝫ liber quartus incipit. ad || venerem Ode i. dicolos. *Fol.* 2 *a cum sign. Aij:* Quinti Horatii Flacci carminum || liber quartus incipit ad venerem. || Ode Dicolos i. *Fol. I* 9. *b lin.* 4. 5: Quinti Horatii Flacci libri quarti || carminum finis. *Cum sign.* 17 *linn.* 20 *foll. Fol.* 20 *vacat. — Fol. I a tit.:* Quinti Horatii Flacci Car- || minum Liber Secundus In || cipit Ad Polliones. Ode i. *Fol.* 2 *a cum sign. Aij:* Quinti Horatii Flacci Carmi || num Liber Secundus incipit. || Ad pollionem. Ode. i. *Fol.* 19 *b lin.* 2 *explicit Ins. typogr. Cum sign.* 17 *linn.* 20 *foll. Fol.* 20 *vacat. — Fol. I a tit.:* Quinti Horacii Flacci liber || tercius ad choros virginuꝫ et || puellarum. Ode. i. tricolos. *Fol.* 2 *a cum sign. Dij:* Quinti Horacii Flacci liber tercius || Ad choros Virginum et puellarum || Ode. i. tri-

colos. *Fol.* 32 *a lin.* 13: Finit foeliciter. *Insig. typ. Cum sign.* 17 *linn.* 32 *foll.* — *Fol. I a tit.*: Quinti Horatii Flacci || Carmen seculare. *Fol.* 2 *a cum sign. Aij*: Quinti Horatii Flacci || Carmen seculare. *Fol.* 4 *a lin.* 11: Carminis Saecularis finis. *Fol.* 46: Jacobi Sentini ricinensis de || quibusdā (*sic*) liricis carminibus || Tractatulus: z. p̄mo prefatio. *Explicit fol.* 6 *a infra. Cum sign.* 17 *linn.* 6 *foll. Character litterarum gothicus, forma libri ea est, quam quartam minorem appellant.*"

Haec Vir ille. Sed quum fieri potuerit, id quod opinabatur *Harlesius*, „ut singulae illius collectionis partes separatim ederentur et reliquae, praeter Epodon librum, iis annumerarentur libris, qui anni nota carerent," *Ebertus*, (cujus memoria in omnium mentibus haeret recens) ea de re tum adhibitus in consilium est, qui ad *Hessium*, rei literariae studiosissimum, mensi Febr. a. 1829. scripsit haecce:

„Mit der Ausgabe des Horatius, Lips. Thanner, 1492, 4. hat es allerdings seine Richtigkeit. Als ich jenen Artikel in meinem Lexicon arbeitete, kannte ich noch nicht Seybold's Programm über die 3. Ode des 3. Buchs vom Horaz (Grünstadt 1778. 4.), wo sie beschrieben ist. Seitdem aber habe ich auf der Leipziger Universitätsbibliothek Carmina et Epodon liber. Lips. 1492. 4. und in Wolfenbüttel das Carmen seculare, sowie die Epistolas (beide letztere ohne Orts- und Jahrangabe) selbst gesehen und in Händen gehabt. Nur die Satyrae und die Ars poetica sind mir noch nicht vor die Augen gekommen. Die hiesige Königl. Bibliothek besitzt nichts davon. Dass die Thannersche Ausgabe von 1498 ganz von ihr verschieden ist, ergibt sich am sichtbarsten

durch die Vergleichung der beiden Bände M. 4. 196. (vom J. 1492) und M. 4. 234 (vom J. 1498) in der Leipz. Universitätsbibliothek. Ich erlaube mir bei dieser Gelegenheit die Versicherung, dass den literar. und bibliograph. Nachweisungen meines verehrten Freundes, Herrn Dr. *Bardili*, im Fache der altklassischen Literatur immer der vollste Glaube beigemessen werden kann. Es ist unglaublich, wie viel und wie richtig dieser Gelehrte immer gesehen und wie selbstständig er geforscht hat. Ich habe diess bei Vergleichung seiner mir zahlreich mitgetheilten Angaben mit den mir zu Gebote stehenden Exemplaren häufig zu erproben Gelegenheit gehabt."

Dedi igitur omnia, quae de hac editione principe in Germania hac quidem aetate erudite disputata sunt, ut ii, quorum id scire interest, haberent quasi acta ad recte judicandum idonea.

Quodsi in annotatione critica quam maxime studui brevis esse, neminem, opinor, offendet, quod, ne oculi in conspectu scripturae variantis distinerentur, saepe Feam testem citare malui, quam editiones veteres ab ipso laudatos oculis denuo subjicere. Praedicovii deliramenta hic illic ut v. 6. *extremam — arenam.* 58. *Sit! Quadringentis etc.* 60. *Hic μισθὸς aëneus esto* — v. 61. *culpa! An* etc. et id genus alia a me omissa nemo dolebit. In Commentariis ipsis si liberiori sermocinationi indulsisse videar, id existimari velim, perpaucos veteris cujuslibet poëtae locos recte accurateque intelligi posse, nisi adhibeas alios quasi testes idem vel sentiendi vel dicendi fidissimos. Est interpretis, illustrem rerum suppeditare explanationem, ut ii, qui legunt vel audiunt, habeant, quibus ipsi sibi parent rerum sub aspectum paene sub-

jectionem vel cogitando sibi fingant talium imaginem atque formam. At si hoc modo interpres nonnulla et vel plurima secum fert, quae „*indocti discant et ament meminisse periti*" quis est, qui eum reprehendat? Quapropter magnopere cavebit, ne, dum ad illud praescriptum „sapienti sat" agere apud se constituerit, sicco saepe pede locos difficiliores transiliat altoque supercilio praetereat ea, quorum complicata notio evolvenda erit. In re autem obscura atque incerta errare equidem malui, quam conjectandi libertate cuilibet concessa non uti. Quum nemo nesciat, quam magnum sit et arduum opus, dilucide interpretandi Horatium, aequos harum rerum arbitros erratis meis veniam esse daturos spero atque confido. Ceterum in hoc fasciculo retractavi multa, quae in editione I. (*Des Qu. Horatius Flaccus erster Brief des ersten Buches. Erklärt — — Rudolstadt, in der privilegirten Hof-Buch- und Kunsthandlung* 1822. IV et 94 pp. f. 8.) audacius proposita leguntur, alia ut concederem, viri docti non persuaserunt.

Restat, ut qua laude dignissimus est, ea exornem hujus operis redemptorem *Georgium Wigand*, virum honestissimum, quippe qui *Horatianas Epistolas* hoc commendabili nitore et perpolita munditie prodire voluerit. Itemque maxima debetur gratia iis viris, qui permolestum plagularum a typothetae erratis purgandarum munus passi sunt sibi imponi. In his utilissima me monuit *Gu. Ad. Becker.*, qui vir antiquitatis scientia non magis excellit quam humanitate. Is postea meo rogatu aliquot annotationes interposuit, quod saepius factum vellem optabuntque omnes qui norunt diligentissimi Viri elegantem doctrinam ac politum judicium. Quanquam sic optime

invigilatum est typothetis errantibus, mea tamen ipsius culpa accidit, ut in annotatione critica v. 16. p. 4. nonnulla confuse describerentur; quare post numerum 96. adde 98. 553. et dele 553. post voc. *Bas.*

Vale, Lector benevole, et libellum, qualiscumque est, aequi bonique consule. Fasciculus secundus suppeditabit Epistolam secundam Lollio inscriptam et quae deinceps proxime subsequuntur Epistolae, eas interpretabitur *Th. Schmidius*, „ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus." Scribebam Rudolstadii XXII. Cal. Quintiles a. Ch. MDCCCXXXVII.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA I.

AD MAECENATEM.

Prima dicte mihi, summa dicende Camena,
Spectatum satis et donatum jam rude quaeris,
Maecenas, iterum antiquo me includere ludo?

Ad Maecenatem Allocutio. Ms. vetust. ap. Torr. *Quintus Horatius Flaccus Mecoenati S.* Edd. Ven. 479. 81. *Epistola prima ad Moecenatem.* Edd. Ven. 483. 86. Lips. 492 [*Mecoen.*] Flor. 482 et Loch. [*Mecen.*]

V. 1. *camena.* Mss. Guelf. omn. Dess. et Lips. omn. Goth. Graev. *camoen. camaen.* Al. mss. et edd., sed v. Schneider. Elementarl. p. 79. Lindem. ad Paul. Diac. p. 362. Majuscula rectius ab editoribus recentt., exceptis Jon. Haberf. et Hunt., scribitur.

V. 3. *antiquo iterum.* Ms. Feae 2, b. *me antiquo.* Ms. Guelf. 1. ap. Schmid. Ed. Chab., v. annot. ad v. 76. *me* deest in ed. Lips. 510. — *me inducere.* Mss. duo ap. Bersm. un. ap. Fe. et Hoched. [Victorius] Dess. 1. 2. (hic in margine *includere*) Lips. 3. Haec verba saepe commutantur, v. Heins. et Jahn. ad Ovid. Met. 4, 408. Drak. ad Liv. 7, 34, 1. *me cludere.* Ms. Bad. 3. (Borgianus) *me reddere.* Ms. Feae 1, e. — De scriptura *Maecenas* (e nostris, quorum quidem orthographiam habemus enotatam Dess. 1. Graev.) *Mecen.* (Dess. 2. 3. Goth. Lips. 2. 3.) *Moecen.* (Lips. 1.) et *Mecoen.* (Gott. 2) in mss. et edd. variante v. quos laudat Lion. in *Maecenatian.* p. 5 sqq. Orell. Inscr. nr. 624. 2910. 2991. cf. Ottf. Müller. in „*Etrusker*“ I. p. 403 sq. — *ludo?* Sic ms. Feae 1, a. Edd. Wakef. (qui restituit) Fe. Both. Jahn. Doer. Schmid. Braunh. Al. *ludo.*, quod def. C. Bach. in Zimmerm. Zeitschrift f. d. Alterthumsw. 1834 p. 1027; illud tuentur Eichstad. ad van Ommer. p. 210 et Jahn. ad

Non eadem est aetas, non mens. Vejanius armis
Herculis ad postem fixis latet abditus agro,
Ne populum extrema toties exoret arena.
Est mihi purgatam crebro qui personet aurem:
„*Solve senescentem mature sanus equum, ne*
Peccet ad extremum ridendus et ilia ducat!“
Nunc itaque et versus et cetera ludicra pono;

Od. 4, 1, 2. Vide infra similia interrogationis exempla. *ludo:* Sic ed. Passov.

V. 4. *Non aetas eadem, non mens.* Ms. un. Bersm. Dess. 3. Ed. Both. Quod B. ordinem vulg. minus elegantem dicit, in errore est. Praevalet enim pronominis vis. Similiter erravit V. d. in v. 10. Vid. annot. ad v. 81. *eadem aetas est.* Ms. Feae 5, e. — *Vehianius.* Ms. ap. Torr. Edd. Ven. 483. 86. Flor. 482. *Vehanus.* Ed. Ven. 481. *ut janius.* Ms. Guelf. 3. *Vesanius.* Ms. 4. ap. Jaeck. *Vejanius.* Edd. Ven. 479. Lips. 492. Loch. al. vid. Torr. et infra Comment. — *annis.* Edd. Fabr. 578. Pulm. 581; mendose, quare digitum intendo ad Sat. 1, 1, 4.

V. 5. *ad postes.* Ms. Feae 5, a. Bad. 1. *postē* Dess. 1. — *additus.* Ms. Feae 1, o. *aditis.* Goth. Verba *abd.* et *addere* ubique permutantur, v. Bentl. Vanderb. et Feam ad Od. 3, 4, 38. (ubi Vanderb. recipere non debebat *addidit*) Drak. ad Liv. 2, 45, 7. Ruhnk. et Orell. ad Vellej. 2, 110, 3. Bach. ad Tib. 1, 2, 22. Verba: *Vejanius armis ad postem fixis* laudat Serv. ad Virg. Aen. 1, 248.

V. 6. *totiens.* Mss. Guelf. omn. Dess. 1. 2. 3. Goth. Gott. 1. Lips. 1. 2. 3. Graev. Edd. Flor. 482. Ven. 479. 81. 83. 86. Lips. 492. Loch. al. Sic ubique Bentlejus et Oberlinus, fortasse rectius; v. Schneider. l. l. p. 459. Zumpt. ad Cic. Divin. in Caecil. c. 14. Boettich. de vit. Tacit. p. 70. Usitatam scribendi rationem retinui, quod mss. Horatiani ex hac quidem parte parum accurate excussi videntur. — *exornet.* Mss. plrq. ap. Lamb. duo Bland. ap. Cruq. (alter per lituram) Feae, 1, a. (a 2. m.) 2, c. d. 5, a. (a 1. m.) cod. Mentel. ms. Corvei. un. Barthii (Adv. 37, 19) cum glossemate: aurum dicit quod populus victori postulat, unde Juvenalis. Accipe victori populus quod postulat aurum — etc., prob. Simeo Bosius, teste Lambino. — *harena.* Mss. Dess. omn. Goth. Gott. 2. Lips. 3. Guelf. 2. 3. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. Flor. 482. Lips. 492. Loch. al. vett. Vid. Osann. ad Apulej. de Not. aspir. p. 88. 90. Schneider. l. l. p. 185. — *Ne populum, extr. toties, exor. ar.* distinguendum praecipit Tunstallus in The Works of Horace in English Verse etc. London. 1759. II. p. 613.

V. 7. *Et mihi.* Edd. Ven. 483. 86. Loch. — *purgata — aure.* Gesn. 3. — *cerebro.* Ms. Goth. — *personat.* Ms. Dorvill. 1. — V. 9. *in extremum.* Ms. Guelf. 2. — *illa.* Ms. Goth. — V. 10. *ludicra cetera.* Ms.

Quid verum atque decens, curo et rogo et omnis in hoc sum;
Condo et compono quae mox depromere possim.
Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
Nullius addictus jurare in verba magistri,
Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes.
Nunc agilis fio et versor civilibus undis,

ap. Bersm. Ed. Both. vid. v. 4. — *cetera*, non *caetera* mss. nostri; v. Wagn. ad Virg. Ge. 3, 3.

V. 11. *Quod verum.* Mss. duo ap. Fe. Guelf. 4. Edd. Ven. 479. 83. 86. Flor. 482. Ascens. IV. (Paris 528). *Quid verum.* Scriptura vulg., cuius rationem et usum pete ab Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 141 et Ramsh. Gr. lat. § 160 p. 366 ed. 1. — V. 12. *Cudo.* Ms. Feae 7, a. — *conpono.* Sic mss. Dess. 1. 2. — *deponere.* Ed. de Maroll. (Paris. 660). — *possum.* Ms. un. ap. Fe. et Jaeck.

V. 13. *Ast ne.* Ms. un. ap. Fe. et Jaeck. *At.* Ms. un. ap. eund. Gott. 2. Lips. 2. Formulae *ac ne* adversativam quandam vim copulativae jungentis exempla collegerunt Bentlejus ad Od. 1, 18, 7. et Cuningamius in Animadv. in Hor. Bentl. p. 217. Cf. Hand. Turs. 1. p. 494. — *Lare.* Sic scribunt Lamb. Torr. Cun. Jon. Oberl. Pott. al.; recte, nisi nomen proprium fere in appellativum abiisset. Exempla suppeditat ed. 1. p. 16. — *tuiter.* Ms. Gott. 1.

V. 14. *Non ullius.* Ms. Guelf. 3.— *adductus.* Mss. Feae 1, c. 2, b. e. un. ap. Comb. C. Eandem scripturam in aliis multis iisque veterr. libris mss. cum interpretatione interlineari *coactus*, *compulsus*, *vocatus* reperit Ferd. Hauthalius, quod is me per literas docuit. Confunduntur autem haec verba, v. Cort. ad Lucan. 6, 453. Drak. ad Liv. 3, 46, 8. Burm. ad Prop. 3, 9, 2. — *in verba jurarem.* Ms. Jaeck. 6. — V. 15. *deferat.* Ms. un. Bersm. *deferar.* Dess. 1. *deseror.* Goth.

V. 16. *fio*, *mersor* omissa copula un. ms. Bersmanni et Corvei. — *versor.* Sic in complur. mss. reperisse videtur Lambinus, ms. *m* ap. Hoched.; Gesner laudat Lamb. Bosium, cujus tamen codex Franekeranus *mersor* habet, quod hic (p. 66) probat. Edd. princ. ap. Gesn. Comb. et Feam. Neap. 474. Ferrar. 474. Med. 474 (ab Hauthalio mihi indicatae) 476. 77. Ven. 478. 79. 81. 509. 52. 73. Ald. 501. 509. 19. Junt. 503. 14. Glar. 536. 43. Bas. 517. 27. 31. 45. Dion. ab Hars. Lugd. 538. H. Steph. 544 (teste Fea) Pulm. 557. Minois 584. Rodell. — Bip. 828. Hanc scripturam in ed. 1. 1822 a me receptam comprobat V. d. quidam in Heidelb. Jahrbb. 1823 p. 707, tuetur Hand. ad Gronov. Diatr. in Stat. Silv. I. p. 432, docte def. Bach. in Seebod. Krit. Bibl. 1826 p. 1234 atque in Zimmerm. Zeitschrift f. d. Alterthumsw. 1834 p. 1028. Cf. et mea ipsius annotata ibid. 1832. p. 500. — *mersor.* Mss. aliorum et nostri omnes, Porphyr., nisi eum ex sua horum verborum interpretatione legisse *mergor*, quod etiam habet ms. *a* ejusque Schol. ap. Hoched., veri similius sit. Schol. mss. Paris. B. φ. [2. 6. ap. Pott.]: „dicit se Horatius versari inter duas sectas i.

Virtutis verae custos rigidusque satelles;
Nunc in Aristippi furtim praecepta relabor,
Et mihi res, non me rebus subjungere conor.
Ut nox longa quibus mentitur amica diesque
Longa videtur opus debentibus, ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum;

inter sectam Stoicorum et Epicurium (Epicureorum). Et ideo secundis (se undis) civilibus *mergi* dixit" etc. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 90. 95. 96. Lips. 492. 508. 10. 14. Colon. 510. Erford. 517. Ascens. Bas. 553. 80. Lambin., quem seq. reliq. Hanc scripturam erudite, ut solet, tuetur Schmidius ad h. l., approbat Hauth. ad Pers. p. 175. Ceterum saepe permiscent libri mss. literas *v* et *m*. Vid. Drak. ad Sil. 2, 96. Liv. 22, 50, 6. Peerlk. ad Od. 2, 1. p. 161. Versus 16—18 delet Guyetus, teste de Marollio II. p. 341. ed. Paris. 1660.

V. 17. *custos verae.* Ms. Feae 1, o. *Virtutis vere custos.* Mss. Dess. 2. 3. Goth. Lips. 2. 3. (sed plerumque diphth. *ae*, *oe* litera *e* scribunt, quod semel indico) Edd. Ven. 479. 81. Alii legi volunt *virt. verus custos*, teste Lambino. — *regidus.* Sic ms. Lips. 2. — V. 18. *Nunc Aristippi f. in pr. rel.* Ms. Guelf. 4.

V. 19. *subjungere.* Mss. pleriq. ap. Lamb. omn. ap. Pulm. Cruq. et, ut videtur, ap. Torr. quinque ap. Bersm. duodevigint. ap. Val. un. Barthii Adv. 37, 19. Franek. ap. Bos. p. 66. plerq. ap. Fe. et Hoched. omn. Guelf. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Graev. Mentel. Schol. Acr., Porphyr. ad Epist. 10, 40. Edd. vett. quas laudat Fea, etiam Lambin. Cruq. Min. Bersm. Torr. — Bentl. Fe. Pott. al. *submittere.* Mss. alii. Edd. vett. ap. Feam, etiam Lips. 492. 508. 10. 14. Loch. Junt. 514. Xyland. 575. Fabr. 578 (qui def.) Bas. 580. H. Steph. 600 (qui def. in Diatr. sec. p. 127.) al. *supponere.* Ms. un. Bersm. Dess. 3. [*subp.*] *subjicere* alii, teste Lamb. Bosio. — *Nec mihi res*, *sed me.* Clericus e conjectura (Seebod. et Friedem. Misc. critt. 1. 3. p. 522) laudans Epist. 1, 17, 24. Liv. 22, 38, 11. Idem in ipsis Poetae verbis posuit Valartus, in Var. lectt. Hor. p. 325 docens, ita legisse Cam. Falconettum allato loco Epist. 1, 17, 23. Turbavit versus Sanadonus, hunc constituens ordinem: *Nunc mihi res, non me reb. subj. conor Virtutis — satelles: Nunc in Aristippi — relabor.* Eum seq. Mervill., refutavit Batteux. in Acad. Inscr. tom. 26. p. 2 sqq., ut annotat Fea. Meliora etiam docuerunt Dorighello et Wielandius ad h. l. p. 45 sqq.

V. 20. *longa, quibus somni est pars nulla.* Edd. Tarteron. (vid. Coste ad Tarter. Amstel. 1710. I. p. XXXIX) San. (omisso *est*) Camp. *requies haud ulla — somnum aufert cura.* Conject. ap. Jon. — V. 21. *lenta.* Ms. Jaeckii 1. et Barthii (Adv. 37, 19.), ex quo recepit Bentlejus, ut satis inconcinna repetitio evitaretur. Eum seq. praeter eos, quos nominat Fea, etiam Mervill. Dorigh. Sivr. Haberf. Both. Zell. *longa.* Mss. reliq. omn. Porphyr. et edd. vulgo. — V. 22. *dira.* Ms. Dess. 3. Con-

Sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quae spem
Consiliumque morantur agendi gnaviter id, quod
Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque,
Aeque neglectum pueris senibusque nocebit.
Restat, ut his ego me ipse regam solerque elementis.
Non possis oculos quantum contendere Lynceus,

fusionem vv. *dir.* et *dur.* habes Od. 2, 12, 1. 3, 6, 36. Sat. 1, 2, 6. — *premet.* Ms. Lips. 1. a 1. manu.

V. 24. *morentur.* Ms. un. Feae. *naviter.* Mss. Bad. 1. Guelf. 3. Jaeck. 1. Dess. 1. 2. Goth. Graev. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. Scriptura non contemnenda; vid. Drak. ad Liv. 3, 41, 8. Kritz. ad Sall. J. 77, 3. Schneid. Elmtrl. p. 486. Assentior Doederlinio in Synon. I. p. 123, quanquam concedendum est, si par ratio valeat in hac variante scriptura atque in voc. *natus* et *gnatus*, de quo usu erudite disputat Wagner. ad Virg. IV. p. 586, formam *naviter* hic praeferendam esse. *graviter.* Edd. Ven. 498. Chab., mendose.

V. 25. *locuplectibus.* Ms. Lips. 1. vid. v. 93. — *atque.* Ms. un. Bersm. Altd. ap. Haberf. Dess. 3. Edd. Ven. 479. 81. 83. Flor. 482. Loch. et duae edd. vett. 474. 76. ap. Maittair. Deest hic versus in ms. A. ap. Comb.; cuius rei causa ab oculis librarii ad alterum versum similiter incipientem aberrantibus petenda videtur. Sic permutat ms. Lips. 2. ordinem v. 25 et 26 addita tamen ordinis veri nota. Versui huic ab Handio, V. D., olim pro non genuino habito (ad Gronov. Diatr. in Stat. Silv. I. p. 411.) atque a me in ed. 1. p. 27 defenso is nunc non omnem in Tursell. I. p. 194 detrahit fidem. At ne quis inhaereat scripturae *atque*, observandum est, nusquam ap. Hor. hanc particulam post vocabulum, quod ea conjungat, poni; loci enim, qui in hanc rem afferuntur: Sat. 1, 4, 107. Epist. 16, 49 a Bentlejo recte aut explicata aut restituta sunt. Alia eiusmodi exempla pertinent ad hyperbaton, de quo vide Heind. ad Sat. 1, 6, 65. Cf. Hand. l. l. p. 512 et Rudd. I. p. 324 ed. Stallb.

V. 26. *Et quod negl.* Ms. un. Bersm. et Altd. *Et que.* Ms. Jaeck. 5. — V. 27. *elementis:* Sic distinguunt Dac. Wakef. Haberf. Wetz. Hunt. Wieland. Fea. Doer. Zell. Hoched. (Vossius et Göller. in verss.), ut ea, quae sequuntur, pro ipsis elementis habeantur. Vid. inf. Comment. Delet hunc versum Guyetus, „delicati fastidii Aristarchus."

V. 28. *oculos.* Ms. un. ap. Lamb. a 1. m., mss. duo ap. Valart. (3. 13. ap. Pott.) Sic jam conjecit Jo. Passeratius. Edd. Lamb. (qui def.) Dion. a Prato et Minois; Bentl. (qui exemplis illustrat) Wakef. Wetz. Haberf. Jaeck. Zell. Braunh. (Göller. in Metaphr.), prob. Eichstad. ad van Ommer. p. 211. Fea laudat etiam nescio quem Treutzerum. *oculo.* Mss. nostri et aliorum fere omn. Edd. vulg. Quam scripturam etsi docte tuentur Cruq. Torr. Doer. Fea, Schmid. Hoched., tamen non persuaserunt, ut ab olim recepta recederem. *oculum.* Mss. alqt. Pott. Similiter variatur 2,

Non tamen iccirco contemnas lippus inungui;
Nec, quia desperes invicti membra Glyconis,
Nodosa corpus nolis prohibere cheragra.
Est quadam prodire tenus, si non datur ultra.

38. *oculis.* Ms. 3, c ap. Fe. — *linceus.* Mss. Dess. 2. 3. Lips. 1. 2. 3. Guelf. 1. 2. 4.

V. 29. *contempnas.* Sic mss. sex ap. Bersm. barbarica, ut ait, scriptione, Guelf. 2. 4. un. Jaeck. Dess. 1. 2. 3. Gott. 1. Lips. 1. 2. 3. Graev. Cf. Schneid. Elemtrl. p. 467. *contendas.* Ed. Lips. 510. — *inungui.* Mss. Pulm. 1. 3. 4. 10. duo ap. Bersm. omn. fere ap. Torr. Dess. 1. 3. Goth. Reliqui de his rebus minutis tacent. Cf. Lamb. et Torr. ad Epist. 2, 2, 183. Cellar. Orthogr. lat. p. 385 ed. Harl. Eodem modo variant libri Sat. 1, 6, 123. ubi vid. Kirchn. et Cort. ad Lucan. 3, 238. Edd. vid. ap. Feam, etiam Hunt. et Passov., recte.

V. 30. *Et quia.* Ms. A. ap. Comb. m. ap. Hoched. Edd. Lips. 492. Ven. 498 et multae edd. vett., quas indicat Fea. Hanc scripturam explicant Landinus et Ascensius. *Non quia.* Ms. Feae 1, k. *Neu quia.* Edd. Cun. San. — *desperas.* Ms. un. Feae et Jaeckii. — *Milonis.* Ms. Feae, 1, k. a 2. m. et Oberlin. C. in margine; commemorat Schol. Cruq. Ceterum *Gliconis*, non *Glyconis* exhibent mss. plrq., illud servat ed. Minois.

V. 31. *Nodosa nol. corp.* — *ciragra.* Ms. Guelf. 1. *cheragra.* Ms. Pott. 1. Goth. *chiragra* (Dess. 1.), *cyr. cir.* (Dess. 3. 2.) *chyr.* (Graev. Lips. omn.) variatio usitata. *Cheragra* rectius, quoties prima syllaba corripitur, v. Bentl. ad Sat. 2, 7, 15., prob. Piscator, H. Steph. in Diatr. p. 68 et Casaub. ad Pers. 5, 58. Edd. Xyland. duae, Bentl., quem seq. fere omn. recentiores. Doringh. scripsit: *Chiragra* majuscula. Est et huic formae suum jus. *podagra.* Mss. duo ap. Feam, fortasse ob Ovid. ex Pont. 1, 3, 23.

V. 32. *quadam.* Mss. Cruq. 1, a. 4, a. [*aliqua pr. ten.* ms. 9 ibid.] et ejus Schol. in lemmate, Pott. 1. 2. et b. ap. Hoched. Edd. Colon. 519. 96. Lamb. (ex conjectura) Cruq. Dion. a Prato (teste Cuning. p. 75), duae Minois, Bersm. Bentl. (qui def.) quemque seq. plurim., prob. Gatack. ad Antonin. p. 144. *quodam* mss. nostri uno excepto et plurimi aliorum. Edd. vulg. ante Bentlejum, tum Dac. Maitt. Jon. Pott. Camp. Hoched. (qui def.) *quoddam.* Mss. Feae 1, e. k. (a 1. m.) 7, a. A. D. F. G. ap. Comb. Gott. 2. Edd. vett. quas indicat Fea, etiam edd. vett. 474. 76. ap. Maittair. Lips. 492. et Loch. Ven. 498. Schurerii 514. Bas. 517. Feae (qui def.) Jaeck. Weber. *quiddam.* Al. teste Piscatore. *quondam.* Mss. tres ap. Fe. un. ap. Jaeck. Altd. ap. Haberf. Barthii codex (Adv. 37, 19.) h. l. sic exhibet: *Est quodam prodire tenus? si* etc. Goclen. (Lat. ling. obss. p. 58) sic habet: *Est aliquid prodire tenus* etc. Ceterum *quoddam* ferendum esset, nisi loci, quibus Fea suae opinioni patrocinium quaerit, Catull. 63, (64) 18. Ovid. Her. 12, 27. Val. Fl. 1, 538. Suet. Caes. c. 52 essent dubiae fidei, longe aliter sentiente Prisciano, qui Virgiliani loci: *crurum tenus* more

Fervet avaritia miseroque cupidine pectus:
Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis et magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes: sunt certa piacula, quae te

graeco genitivum vocabulo *tenus* adjungentis non nescius ipsis verbis declarat: „*sine* et *absque* et *tenus* non inveni nisi cum ablativo et semper transitive.“ Vid. lib. 14. p. 508. 515. et lib. 18. p. 709. 742. ed. Bas. 554. *Quodam* vix ac ne vix quidem fert latinitas, quod pluribus demonstratum ivi in Zimmerm. Schulz. 1832. II. p. 501. Sed res breviter perstringenda est. Quodsi Fea *quoddam pr. tenus* motum ad locum, non ex loco *quadam*, i. e. ex quadam parte, contra *quoddam*, neutro genere, ad quendam terminum, ad aliquid, si non plurimum, et Hochederus *quodam tenus* = usque ad locum quendam, et *quadam tenus* = usque ad rationem quandam significare opinantur, uterque V. d. formulae naturam ac vim parum perspexit. Ut enim *qua*, *ea*, *hac* et Graecorum ᾗ, τῇ, ἄλλῃ al. primitus notionem loci habebant, cui rationis et modi significatio accedebat, ita eadem valuit in compositis *hactenus*, *quadamtenus*, *aliquatenus*; vide hujus quidem formulae exempla ab Handio in Turs. I. p. 257 cll. p. 242 et III. p. 5 allata, lege etiam Th. Schmidii et ad h. l. annotata et disputationem, qua in Jahnii N. Jahrbb. f. Phil. u. Paedag. III, 1. p. 18 Hochederi levem opinionem docte confutavit. Adde denique Hoffmann. ibid. 1828. II, 1. p. 30. Ex qua facili talium rerum explicatione luce clarius apparebit, *prod. quadam tenus* idem (i. e. ad locum quendam, quo res desiisse cogitatur) significare, quod sibi erroris opinione isti Editores formulis *quoddam* et *quodam* finxerint. Cf. Cuning. Animadv. in Hor. Bentl. p. 340 et Rudd. II. p. 323. At ne quem offendat talis tmesis, cavebit observatio Jahnii et Bachii ad Ovid. Met. 5, 642. — *ultro.* Guelf. 1.

V. 33. *Fervit.* Ed. Cuning. — *misero*, *misera.* Utraque forma in mss.. Illa, quam ex nostris habent Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. 2. omn. Lips. Dorv. 1. et sine dubio Mentel. et Graev., est ex consuetudine Horatii, quod jam observavit Muretus Var. Lectt. 1, 4. Cf. Kirchn. ad Sat. 1, 1, 61. Klotz. Lectt. Venus. p. 270 et, quem laudat, N. Heins. ad Ovid. Met. 8, 74. Edd. Glar. 543 (auctore, ut ait, Erasmo, praeceptore) Lamb. Cruq. Piscat. Bersm. Bas. 580. Torr. al. *misera.* Edd. vett. et Camp. — *Cupidine.* Sic edd. Glar. Lamb. Cruq. Torr. Val. Dorigh. — *pectus?* Sic edd. vulgo. Posui colon cum Jahnio, Schmidio, aliis hic et v. 36; omissa enim est, ut vulgo ajunt, partic. *si.* Vid. Commentat. ad v. 87.

V. 34. *verba ac—laborem.* Cuning. ex ingenio, seq. Sanad. Mervill. *et — laborem.* Ed. Dorigh. Cf. Fea ad Epod. 17, 64. — V. 35. *morbi magnam.* Ed. Cuning. ex aure sua. — *depellere.* Ms. F. ap. Comb. — V. 36. *tumes?* Sic dist. edd. vulg. *tumes:* Pulm. Jahn. Schmid. Passov. Meinek.

Ter pure lecto poterunt recreare libello.
Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator,
Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modo culturae patientem commodet aurem.
Virtus est vitium fugere et sapientia prima
Stultitia caruisse. Vides, quae maxima credis
Esse mala, exiguum censum turpemque repulsam,
Quanto devites animi capitisque labore?

Web. Braunh. — V. 37. *puro*. Ms. un. Bersm. et Guelf. 2. a 1. m.

V. 38. *inhers*. Sic scrib. ms. Graev. — *viciosus amator*. Ms. Jaeck. 6. *amator?* Ms. un. Bersm. Edd. Xyland. Piscat. (qui def.) Val. Doer. Pott. al. *adulter*. Conject. ap. Jon. — V. 39. *qui non*. Ms. Feae 2, g. Jaeck. 6. et h. ap. Hoched. Cf. Hand. Turs. I. p. 139 sq. et Ramsh. Gr. lat. § 185. N. 1. 2.

V. 40. *accommodet*. Ms. un. Bersm. Gesn. 3. un. Feae. Corvei. *accommodat*. Ms. Jaeck. 5. *praebeat*. Ms. Feae 1, q. Jaeck. 6. Ceterum pro *culturae* conjecit Morgenstern., V. D., (in *Symb. crit. ad Plat. Polit. ab Astio denuo editam* 1815. Part. I. p. XXI et in *Prolusione* continente *Probabilia critica exp.* p. XXX) *culturo*, quam conjecturam non necessariam habet Fr. Jacobs. in Zimmerm. Zeitschrift etc. 1835 p. 470. Utrumque versum notarunt propter mutatum translationis genus Buchnerus *de commut. rat. dicendi* p. 48 et Heineccius in *Fundament. stil. cultior.* ed. Niclas. p. 152, quapropter hic elegantius concinnanda fuisse opinatur verba hoc modo: *Non adeo ferus est, ut non mansuescere possit, Si disciplinae p. acc. aurem.* Vellem V. d. si non alia, at saltem quantitatem voc. *disciplinae* animum advertisset!

V. 41. *Est virtus*. Ms. Feae 2, a. Hunc versum laudat Lactantius Inst. 6, 5, 12.

V. 42 excidit in Ms. Dess. 2 et a 2. manu in margine est positus, sed *cedis* pro *credis* ex solita h. vv. permutatione, v. Epist. 2, 1, 67. Tib. 4, 10, 6. — *caruisse vides:* Sic distinx. edd. Ven. 479. 83. 86. Flor. 482. — V. 43. *laborem* pro *repuls.* ms. Jaeck. 1. *labore* et v. 44 *repulsam* pro *lab.* ms. Lips. 1.

V. 44. *animo*. Mss. Cruq. 3. 7. 9. Edd. Baxt. Gesn. Oberl. Comb. Wakef. Bad. At solito errore librarii aptant vocabulum quoddam proximo, imprimis Adjectivum Substantivo, de qua re dixit Cort. ad Lucan. 8, 290. Receptam scripturam efflagitat oppositorum ratio et verborum (*quanto—labore* ut v. 90 et Sat. 2, 3, 29) res aequales vinculo quodam amplectentium concinna compositio. — *dolore*. Ms. un. Feae 1, m. Jaeck. 5. et un. Bersm. tres ap. Val. Ed. Chab. *dolore vel labore*. Ms. Feae 1, g. *periclo*. Ms. Fe. 2, g. a 1. m. *labore?* Sic Ms. Feae 5, a. Edd. Burm. Cun. San. Jon. Val. Gottschling. Hunt. Ita etiam Kroftius (Horace éclairci par la ponctuation. Paris 1810 p. 120) h. loc. distingui jubet allatis hisce locis: Od. 3, 27, 17. Sat. 2, 2, 76. 2, 5, 5. Od. 3, 20, 1.

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignis:
Ne cures ea, quae stulte miraris et optas,
Discere et audire et meliori credere non vis?
Quis circum pagos et circum compita pugnax
Magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
Cui sit conditio dulcis sine pulvere palmae?

Quanquam non omnium par est ratio locorum, recte tamen h. l. factum arbitror. Male plurimi post *labore* punctum ponunt. Rectius Oberlinius, Jahnius, Schmid., Doer. alii duobus punctis incidunt, ut vv. 42—46 duplicem habeant protasin et v. 47. 48. apodosin. De confusione vocab. *labor* et *dolor* v. Burm. ad Anth. lat. I. p. 150. Cort. ad Lucan. 2, 317. Lachm. ad Prop. p. 70.

V. 45. *currit.* Ms. Jaeck. 6. Ed. Bersm. Cf. ad 2, 23. — V. 46. *per ignem.* Ms. Jaeck. 5. Scripsi *ignis* pro *ignes* cum Bentlejo aliisque, quam scribendi rationem pete a doctissima Kirchneri ad Satir. p. LXXXII sqq. disputatione; cf. Schneider. Formenlehre p. 269. Kritz. ad Sall. Cat. 1, 1. et quos indicat Jahn. ad Virg. Ge. 1, 25. — Wakef., quem seq. Hunter, ita distinguit v. 45. 46: *Imp. extr. c. m. ad Indos, Per mare, paup. fugiens, p. saxa, p. ignes* — ut verborum ordo et sensus sit: „Pauperiem fugiens, curris mercator ad Indos, per mare, per saxa, per ignes!" Distinctio admodum obscura!

V. 47. *Nec cures.* Mss. Feae 1, k. 2, d. 7, b. *Non cures.* Ibid. 1, p. Guelf. 1.

V. 48. *Dicere.* Mss. Feae 2, i. Cf. Drak. ad Liv. 6, 25, 9. — *audere.* Ed. Zarott., quae scriptura probatur Gesnero; v. Commentar. Confusio verborum *audere* et *audire* ubique obvia, v. Drak. ad Liv. 6, 18, 7. — V. 49. *competa.* Sic ms. Goth.

V. 50. *contempnat.* Sic mss. Dess. et Lips., v. supra v. 29. *contemptat.* Ms. Lips. 1. a 2. m. *contemnet.* Ms. Jaeck. 5.; scriptura per se probabilis, sed vid. Klotz. ad Cic. Lael. 17, 64. — *olimpia.* Sic mss. Guelf. 1. 3. omn. Dess. et Lips. *olimpica.* Ms. Guelf. 2. Edd. Lips. 514. Erford. 517. At illa brevior talium Adjectivorum forma Horatio et aliis poetis usitata est, v. Bentl. ad Od. 1, 22, 2. 2, 13, 8. Schmid. ad Epist. 12, 20. Hand. ad Stat. Silv. I. p. 450. Quodsi Fea Od. 1, 1, 3 scripsit auctoritate suorum mss. innisus: *Olympium*, recte fecisse putandus est. Cf. Fritzschii Comment. de Aristoph. Daetall. p. 39. Post *Olympia* interrogative distinguendum docet Ascensius (itemque Baxter), quod jam improbavit Glareanus. J. Tunstallus conj. *contendat*, in suam rem afferens vv. 42—44. 47. 48. A. P. 412. Cic. Brut. c. 69. Aeschin. contr. Ctesiph. c. 60. — Verba: *coronari Olympia* laudat Prisc. lib. 18. p. 744. ed. Bas.

V. 51. *Quoi.* Ed. Cuning. Cf. Schneider. Elmtrl. p. 336. — *condicio.* Sic mss. Guelf. omn. Dess. 2. 3. Lips. omn. Goth. (Gotting. scriptura nobis ignota) Edd. Bersm. Schmid. Meinek. Braunh., def. Schmid. lds

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
„O cives, cives, quaerenda pecunia primum est;
Virtus post nummos!“ haec Janus summus ab imo
Prodocet, haec recinunt juvenes dictata senesque.

Schneid. Elmtrl. p. 250, prob. Lindem. ad Plaut. Trin. 3, 3, 18. Wagn. ad Virg. Aen. 12, 880. Kritz. ad Sall. Cat. 20, 4. Miror hanc scribendi rationem hodie a tot tantisque viris comprobari; si sequuntur vetera monumenta, iis non valde repugnaverim, sin etymologiam, dubito num id ex lege linguae fiat; nam a *condicendo* fit *condictio*, a condendo *conditio*. Ceterum libri mss. fere ubique c pro *t*, ut plerique nostr. *tociens*, *avaricia*, *pacientem* et similia exhibent. — *dulcis et s.* Ms. Guelf. 2. Post *palma* puncto distinx. Ascensius, ut haec verba respondeant ad superiora: *Quis* — *Olympia?* i. e. sapiens, qui sine pulvere et sudore palmam obtinuit, non cupiendo, sed contemnendo etc.

V. 53. *Vil. arg. est auro.* Mss. et nostri et plrq. aliorum. Edd. vulg. *Vil. est arg. aur.* Mss. meliores Torrentii, un. Bersm. Pott. 13. Jaeck. 5. et un. ap. Hoched. Edd. Maitt. San. Mervill. Dorigh. *Vil. est auro arg.* Ms. Bentl. 15. [c ap. Hoched. ?!] Edd. Bentl. Cun. Both. — Hanc scripturam dulcius quid et numerosius in se habere opinatus est Bentlejus, quem me olim secutum esse hodie piget. Etenim ista, quam nunc recepi, inversio oppositorum veteribus valde usitata in se habet elegantiae quid et grati soni; vid. Epist. 7, 86. Plura exempla suppeditant Cort. ad Sall. Cat. 9, 1. Beier. ad Cic. de Offic. 3, 33, 118 et Klotz. in Jahnii N. Jahrbb. 1833. VIII. 1. p. 29.

V. 53. *primum est.* Mss. et edd. vulg. *primum* omisso *est.* Ms. Guelf. 1. Ed. princ. ap. Feam, Cun. San. Mervill. Dorigh. Sivr. Hunt. *prima est.* Ms. Feae 1, g. Omissione verbi substantivi nihil frequentius est in libris antiquis, sed caute in hac re versandum. Falsum enim est, quod praecipiunt, in extremo versu post longam syllabam *est* melius omitti; etiam sono praecedentis vocis sua est vis eaque major, quam ista rerum externarum ratio. Vid. ad v. 76. Male etiam omittitur v. 62 et Epist. 16, 79. 2, 1, 124. Cf. Heind. et Kirchn. ad Sat. 1, 9, 42. Fea ad Sat. 1, 5, 104. Lachm. ad Prop. p. 122. Bach. ad Tib. 1, 6, 7. Dissen. ad eund. 2, 3, 31. Wagn. ad Virg. IV. p. 437 sqq. Klotz. ad Cic. Lael. 8, 26. De vocabulo *est* a participio suo interpositis aliis sejuncto dixerunt Beier. ad Cic. Offic. 2, 18, 63 et Klotz. ad Lael. 25, 90. — V. 54. *numos.* E nostris mss. certe Graev. Ed. Meinek. Scriptura vulgaris satis defenditur, vid. Cellar. Orthogr. p. 298. ed. Harl. cf. Orell. Inscr. nr. 4831. 3226 sq.

V. 55. *Prodocet.* Mss. alq. ap. Lamb. omn. ap. Pulm. optim. ap. Cruq. et Schol. ejus, quinq. Bersm. totidemque ap. Torr. al. ap. Talb. et Bentl. fere omn. quatuor et vigint. ap. Val. plrq. Feae, duo Barthii (Adv. 37, 19.) cum glossemate in altero: *primum docet*, Franek. ap. Bos. p. 66. qui prob., mss. a—i ap. Hoched. Guelf. 2. 4. Dess. omn. et Lips. Goth. Gott. 1. 2. Graev. Mentel. Edd. Lamb. Cruq.

Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto.
Est animus tibi, sunt mores, est lingua fidesque,
Sed quadringentis sex septem millia desunt, —

Min. Bersm. Bentl., quem seq. fere recentt. etiam Pott., qui de suis tacet. *Praedocct.* Mss. al. ap. Cruq. Talb. Feam. un. ap. Hoched. Guelf. 1. 3. Dorv. 1. 2. Edd. vett. ap. Feam, etiam Lips. 492. *Perdocct.* Mss. reliq. ap. Cruq. Torr. Talb. un. ap. Bersm. et Hoched. Edd. vett. ap. Fe. etiam Loch. Pulm. Fabr. Xyland. Pisc. Torr. (qui def.) H. Steph. (qui def. in Diatr. p. 45. 127.) Chab. et edd., quas vidimus, saec. 16. fere omn., e recentior. Dac. Maittair. Camp. *Edocet.* Ms. un. ap. Cruq. — *recitata.* Ms. D. ap. Oberl., sed corr. *dictata — haec juv. recin.* Ms. Guelf. 4. Ceterum praepositiones *pro, prae, per* cum verbis compositae saepe confunduntur. Vid. Drak. ad Liv. 5, 15, 8. Cort. ad Lucan. 4, 484. Wakef. ad Lucret. 5, 894. Wagn. ad Virg. Ecl. 1, 73. Aen. 12, 106. — *senesque et* conj. Marklandus in *Explicatt. Veter. aliq. auct. loc. ad* calcem *Eurip. Supplic.* p. 304. ed. Lips., ut sensus sit: juvenes, senes *Et* pueri, ut Sat. 1, 6, 74.; nam ridiculi forent, inquit v. d., *senes*, Laevo suspensi loculos etc. i. e. δὶς παῖδες οἱ γέροντες, *et*, ut Od. 2, 16, 37. Sat. 2, 2, 100., probat Eichstad. ad van Ommer. p. 212, in textum recepit Wakef. Horum virorum sententiam olim a me quoque probatam (p. 52) nunc volo mutatam.

V. 56. *Laevo — lacerto.* Hunc versum Guyetus, Cuningamius pro non genuino habuerunt, Sanadonus, Jones, Mervillius, Valartus, Camp. et Meinekius expunxerunt, Wetzelius uncis tanquam insiticium et ex Sat. 1, 6, 74. huc tractum inclusit, Beckius in Commentat. de *Glossematis in vett. libris Quaest.* I. p. 11. (Lips. 1831) male ex illo Satirarum loco hic repetitum opinatus est his usus inter alia verbis: „nam uti satirae illi, in qua pueri sistuntur cum tabula et loculis in scholam numerorum discendorum causa euntes, aptissimus, ita epistolae loco, ubi juvenes senesque *recinere dictata*, h. e. frequentissime in Janis dicta recinentes commemorantur — neque enim Marklandus recte pueros, addita particula *que* [leg. *et*], nolente poeta, infersit — accommodatus dici potest.“ At versum suo loco non indignum judicarunt Jahnius in N. Jahrbb. 1831. III. 1. p. 123 et Lehmannus in Progr. scholast.: *Lucubrationum sacrarum et profanarum Partic.* II. Lübben 1830. Adde quae de hoc versu recte explicando bene disputant Schmidius in edit. Epist. II. p. 302 atque in Zimmerm. Allgem. Schulzeit. 1829. II. nr. 52 p. 430, vulgatam scripturam *suspensi* recte contra conjecturam: *suspensis*, a se ipso ibid. nr. 3. p. 23 propositam vindicans, et Censor ed. Schmidianae in Jen. L. Z. 1829. nr. 110 p. 398. Bene etiam integritatem versus tuitus est Dorighello, alio modo Gesnerus, quem sequuntur Doeringius et Hocheder. — *oculos.* Ms. Goth., sic etiam Jaeck. 4. *suspensit ocul.*

V. 57. 58. Horum versuum ordo usu receptus hic fuit: *Si quadr. — desunt, Est animus — fidesque.* Cruquius ex cod. Buslid. vetustissimo primus transposuit: *Est animus — fidesque, Si quadr. desunt,* quem quidem ordinem servata particula *si* seq. edd. Jon. Wakef. Jaeck. Jahn. Sic

Plebs eris. At pueri ludentes, „*Rex eris*,“ ajunt,
„*Si recte facies.*“ Hic murus aheneus esto:
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

etiam mss. Feae 1, p. 2, h. a 1. m. *Est animus — Sed quadr.* Mss. Pulm. 1. 10. un. ap. Bersm. un. ap. Val. alqt. Feae, quos non nominat, Goth. Hanc scripturam transpositione a Cruquio facta innisus restituit Bentlejus, pluribus vindicans particulam *sed*, quam habent octo Lamb., Schol. Cruq., plerique Torr., tres Pulmanni, totidem Bersmanni et Bentl. 1. 2. 6. A. B. ap. Comb. Bad. 1. plerique Potterii, Dess. 1. Gott. 1. Lips. 1. 2. Dorv. 1. 2. Mentel. *Sed quadr.* etc. post v. *Nil conscire — culpa* transfertur in ms. Bentleji 9. et plane deest in ms. Jaeckii 4. Bentlejum seq. edd. Maitt. Cun. San. Mervill. Phil. Sandb. Val. Dorigh. Bad. Wetz. Haberf. Zeun. Hunt. Camp. Zell. Hoched. Meinek. Weber. Transpositionem def. Graser. in Hall. Allg. L. Z. 1832. nr. 47 et Bach. in Zimmerm. Zeitschr. f. d. Alterthumsw. 1834. p. 1030. Contra ordinem usitatum retinuerunt Dac. Gesn. Comb. Oberl. Fea. Doer. Schmid. Braunh. Passov. Pott., sed hic auctoritate suorum mss. scripsit: *Sed quadr.*, quod non improbat Gesnerus. Jam videamus singula. Bentlejus, Fea aliique exhibent scripturam aliquot mss. (etiam Guelf. 1. 3. Mentel.) comprobatam *desint*, prob. Bauer. ad Sanct. Minerv. II. p. 328, praefero equidem cum multis aliis et mss. (fere omn. nostr.) et edd. ob orationem magis definitam eaque re antiquitati magis accommodatam *desunt;* praefero etiam ob majorem repetitionis vim: *est lingua*, quod habent alqt. mss. Lamb. Pulm. 1. Bentl. 15, b. Lips. 2. 3. Edd. Chab. Bentl. Cun. San. Mervill. Val. Wakef. Hunt. Schmid. al. *et ling.* Edd. vulg. At nihil horum vocab. permutatione frequentius, v. Hand. Turs. II. p. 540 et Gernh. ad Cic. Lael. p. 66. — V. 58. *milia.* Sic mss. Guelf. 1. 2. D. ap. Oberl. Dess. omn. Goth. Lips. omn. Graev., quam orthographiam probant praeter Grotef. (Gr. lat. II. § 190) Gernh. et Beier. ad Cic. Offic. 3, 32, 114., sed v. Schneid. Elmtrl. p. 412. et Harl. ad Cellar. Orthogr. p. 288. Sic se res habet: antiquiorem formam non geminatam usu recepit, ut in aliis voc. factum, aetas recentior. — *quadr. sex, septem des.* Lambinus distinguendum proponit, seq. ed. de Maroll. Bonfinis legi mavult: *sex septem aut m. des. Etsi an.*, cui jure obloquitur Ascensius. Utrumque versum pro supposito habet Guyetus. Monendi autem sunt qui de pretio librorum mss. judicant, ne contemnant libros recentioris aetatis. Gothanus enim, quem accurate descripsit Fr. Jacobs. in: Beiträgen zur ältern Literat. I. 2. p. 235 sq. servavit optimam scripturam, omisso solum *est* vel *et* ante *lingua.*

V. 59. *Plebis eris.* Ms. Goth. — *Et pueri.* Ms. Feae 2, g. *Ut pueri.* Mss. alqt. Lamb. cod. Mentel. *Ac pueri.* Ms. d. ap. Hoched. Ed. de Maroll. *aut pueri.* Ed. Colon. 510. Particulas illas ubique confusas vid. ap. Hand. Turs. I. p. 450. — *rex tu.* Ms. Corvei. — V. 60. *facias.* Ms. un. Bersm. Guelf. 2. — *Hinc murus.* Edd. Ven. 483. 86. 98. Lips. 492. Sic permutantur *hic* et *hinc* Od. 1, 17, 14. Virg. Ge. 2, 514. vid. Drak. ad Liv. 26, 13, 13. — *eneus.* Ms. Dess. 1. Goth. Lips. 2. Guelf. 2. *aeneus.* Dess.

Roscia, dic sodes, melior lex an puerorum est
Nenia, quae regnum recte facientibus offert,
Et maribus Curiis et decantata Camillis?

2. 3. Gott. 1. Lips. 1. 3. *aheneus.* Guelf. 1. 4. [*heneus* Guelf. 3]. Hoc fortasse rectius. De numero syllabarum et quantitate dixit Bentlejus ad Sat. 2, 3, 183., cui obloquuntur Schneid. Elmtrl. p. 130 et Bach. ad Ovid. Met. 7, 247. Verba: *Hic murus — culpa* omisit ut absona Wielandius in versione sua eique assentitur Schützius (Ind. lectt. in Acad. Hal. et Viteb. consoc. per hiemem anni 1826. p. IV.), qui, nisi istos versiculos per incuriam hic intrusisse Horatium opinari quis malit, statuendum opinatur, eos olim ex nota marginali irrepsisse, qua possessor alicujus codicis voluerit versiculos illos ob argumenti confinium commemorare. „Ceterum," inquit ille, „si quis quaerat, quomodo, si verba: *Hic — esto* resecentur, versiculus 60 *Si recte facies . . .* expleri possit, conjicere hic licet verba in hanc fere sententiam adjecta fuisse . . . *quae ludi regula possit.*" Jam antea Haberfeldus verba: *Hic murus — sodes* omittenda ratus lacunam ita explendam vel potius verba ita componenda censuit: *Si recte facies. Melior lex an puerorum* etc. Eichstadius contra scribi jussit (ad v. Ommer. p. 213): *At pueri lud., Rex eris, ajunt, Si recte facies: hic — esto: Nil — culpa.* Intellexit igitur V. D. sententiam, quae in ore omnium esset sive versus populi a pueris prolatos. Similiter Vetterlein., nisi quod *ludentes* explicat *canentes* in: *Annott. plerumq. critt. in singula auctorum veterum loca, Cothen.* 1795, quam interpretandi rationem non improbat Vir Doctus quidam in: *Erlanger L. Z.* 1801. nr. 17, ita tamen, ut *ludentes* intelligat pueros, qui in schola sententiam illam vel memoriter protulerint, vel magistro praeeunte (dictante) recitarint. Vid. infra Comment.

V. 62. *Rosia.* Mss. Feae 1, b. e. Eadem aberratio Sat. 2, 6, 35. — *puerorum est.* Mss. sex ap. Lamb. omn. uno excepto ap. Cruq. omn. ap. Pulm. quat. ap. Bersm. Bentl. 1. 2. 3. plrq. ap. Comb. et Feam et sine dubio omn. ap. Pott. alqt. ap. Jaeck. Guelf. 3. 4. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. Lips. omn. Dorv. 1. 2. Mentel. Edd. Lamb. Bersm. Hugon. a Porta et Minois (574 ? teste Cuningamio) Baxt. Bentl., quem seq. fere omnes, etiam Fea et Pott. *puerorum.* Mss. reliq. Edd. vett., etiam Lips. 492. Loch. Cruq. Bas. 580. Minois 584. Piscat. Chab. Torr. Burm. al., e recentior. Dac. San. Mervill. Val. Dorigh. Sivr. Camp. At omissio verbi *est* vix fertur, v. annot. ad v. 53 et 76.

V. 63. *Nenia.* Sic ms. Jaeck. 1. Guelf. omn. itemque Dess. Lips., Goth. Graev., ex quibus tamen certi quid statui non potest; vid. ad v. 17. Vera scribendi ratio ex origine vocabuli petenda videtur, v. Fea ad Od. 2, 1, 38. Goerenz. ad Cic. de Legg. 2, 24, 62. Scalig. ad Varr. L. L. II. p. 227. Bip. Schneid. Elmtrl. p. 54. *Naen.* def. Apulej. de Diphth. p. 139. Os. Illud servant edd. Feae, Pott. Jahn. Schmid. al., hoc edd. Bentl. Wakef. Both. Doer. al. — *recte regnum.* Ms. un. Bersm. un. Feae. Guelf. 2. Edd. alqt. vett., quas indicat Fea, etiam Glar. 543. Pulm. 581. de Maroll. — V. 64. *Ne curiis maribus.* Ms. Jaeck. 5. *curiis decantata.*

Isne tibi melius suadet, qui rem facias, rem,
Si possis, recte, si non, quocumque modo rem,
Ut propius spectes lacrimosa poëmata Pupi;
An qui Fortunae te responsare superbae
Liberum et erectum praesens hortatur et aptat?

Ms. Goth. *curis.* Ms. Corvei. — V. 65. *Iste tibi.* Ed. Chab. — *suadet melius.* Ms. un. Bersm. et Guelf. 1. — *qui ut rem.* Mss. Pulm. 2. 3. Edd. multae, quas habet Fea, etiam Lips. 492. Ald. 501. Schurer. 514. Bas. 517. Junt. 514. Ascens. (Paris. 528) Glar. Pulm. Xyland. Piscat. Bersm. D. Heins. Torr. Bond. de Maroll. Camp. *qui rem.* Mss. omn. nostr. et reliq. Edd. vulg. Quodsi Bentlejus illud *ut* neque in edd. priscis, neque in membranis comparere affirmat, id ex parte tantum verum est. „*Rem. fac.* — *Pupi;*“ Sic Jahn.

V. 66. *Si posses.* Ms. Dess. 2. *Si possis recte,* sic verba jungunt Cun. Mervill. et Meineke; minus recte; sensus enim: *facias rem, recte, si possis.* — *Si facies recte.* Ms. Guelf. 1. *Si recte facias, si.* Ms. Guelf. 2. *si non?* Sic Edd. Ven. 479. 81. 83. 86.

V. 67. *proprius.* Sic ms. Guelf. 3, idem mendum Epist. 10, 28. *lacrimosa.* Mss. nostri fere omn., alii *lachrymosa, lacrym.*, sed v. Grotef. Gr. lat. II. § 150 et Heyn. ad Virg. Ecl. 1, 14. — *Pupi.* Mss. optimae notae ap. Torr. complur. (qui prob.) Bentl. 1. [Graev.] 2. 6. quat. et vigint. ap. Feam. A. B. ap. Comb. un. Oberl. C. [Pott. de suis tacet, scripsit tamen *Pupi*] Guelf. 3. 4. Dess. 1. Goth. Lips. 1. 2. 3., restituit Bentlejus, quem seq. plerique. Sic jam edd. Ven. 492. 95. 98. Vide doctam de hoc nomine disputationem Bentleji et Feae, cui addas Drak. ad Liv. 4, 54, 3. 39, 45, 2., qui litera non geminata etiam propter nummos, quos congesserit Morellus in Thes. tom. 1. in gente Pupia, scribendum esse docet. Cf. Raschii Lexic. univ. rei num. vet. T. IV. P. 1. p. 483—86. Orell. Inscr. nr. 1419. Schneid. Elmtrl. p. 427. Ceterum vulgo *Pupí* cum apice, quod improbo cum Schmidio ad Epist. 6, 26., quanquam primitiva forma Genitivi *ii* non *i* videtur fuisse, quod bene docuerunt viri docti in Hal. Lit. Zeit. 1834. N. 75. p. 594 et in Lips. Lit. Zeit. 1833. N. 126. p. 1001 sqq. contra Suerdsioei *Vindic. praecepti Bentlejani de Genitivo substantivorum in ius et ium desinentium.* Rigae et Dorp. 1832. Tenendum tamen est, cujus quidem rei jam auctor fuit Fea, etiam gentem Puppiam fuisse. Vid. Gor. in Columbar. Polen. Thes. III. p. 244. *Puppi.* Mss. reliq. et edd. vulg., e recentt. Dac. Val. Camp. *Publi.* Ms. D. ap. Oberl. et Corvei. pr. var. lect., sed eadem aberratio in ipsis inscriptionibus, ubi pro *Pup.* reperitur *Publ.*, ut ap. Murat. 2040., quod recte indicavit C. L. Grotefend. in Zimmerm. Zeitschr. f. d. A. 1836. p. 932. 938.

V. 68. *respondere.* Ms. Feae 5, a. a 1. m. Bad. 1. — *Fortunae* scr. majuscula cum edd. Schmid. et Feae. — V. 69. *ortatur.* Ms. Dess. 2. — *aptat.* Mss. alq. Lamb. omn. Pulm. septem Cruq. atque ejus Schol. tres Bersm. nov. Torr. al. Talb. quinq. et vig. Val. [Pott.] pleriq. Feae. quinque Comb. un. Oberl. a 2. m. Guelf. 2. 3.

Quodsi me populus Romanus forte roget, cur
Non ut porticibus sic judiciis fruar isdem,
Nec sequar aut fugiam quae diligit ipse vel odit;

4. omn. Dess. Lips. 1. 2. Gott. 1. Mentel. Graev. un. Barthii (Adv. 37, 19) cum interpretatione: *informat docendo.* duo ap. Canter. Nov. Lectt. 4, 12. qui prob. cum Turneb. Adv. 26, 26. H. Steph. in Diatr. sec. p. 127. Edd. Cruq. Burm. 699. Bentl. qui exemplis rem illustrat, Feae. rel. *optat.* Ms. Goth. Gott. 2. Lips. 3. reliq. Edd. vulg. etiam Lamb. (qui def.) Dac. Camp. Quodsi Dacerius Infinitivum verbo *aptandi* convenire negat, nil agit. Vide similia exempla a Schmidio ad h. l. atque Bachio ad Ovid. Met. 6, 413. 7, 691. allata. Cf. Rudd. II. p. 230. In verbis autem *apt.* et *opt.* confundendis librarii lapsi sunt ap. Liv. 3, 64, 9. ibiq. Drak. Cf. Burm. ad Prop. 1, 13, 17. ad Anth. lat. I. p. 467. *orat.* Alqt. mss. Lamb. *adaptat.* Ms. Bersm.

V. 70. *At si Rom. pop. me.* Ms. Feae 3, c. — *rogaret* sine *cur.* Ms. Jaeck. 5. *rogat.* Ms. Dess. 1. *roget forte.* Ms. Dess. 2. — *te pop.* Ms. Guelf. 2. a 1. m. — V. 71. *fruor.* Mss. Feae 1, q. 2, i. *ferar.* Conj. Bauer. (Animadv. in Hor. p. 5. v. Schirach. Clav. p. 144), improb. C. C. W. in ed. Zeun. 1815. — *isdem.* Mss. omn. Pulm. Bad. 1. Guelf. 1. 3. Dess. 1. 3. Lips. omn. Goth. Graev. *hisdem.* Dess. 2. *eisdem, iisdem.* Scriptura varians ap. cet., qui quidem talia curant. Praefero primam formam, quanquam sine apice, et alibi repertam. v. Broukh. et Bach. ad Tib. 1, 10, (11) 15. Lindem. ad Donat. I. p. 7. not. 47. Kritz. ad Sall. Cat. 49, 1. Stürenb. ad Cic. pr. Arch. p. p. 117. Klotz. ad Cic. Tusc. 4, 15, 34. *idem.* Mss. Cruq. 7. 9. quod ei non displicet, sed similiter peccatur ap. Ovid. Met. 12, 121.

V. 72. *Non sequar.* Ms. Feae 7, a. Guelf. 1. — *aut fugiam.* Mss. Lamb. Cruq. Pott. (ut videtur) Pulm. 1. 2. 4. 7. quinq. Bersm. quat. Comb. alqt. Feae. Guelf. 1. 2. (in 2 corr. in *et*) Dess. 2. 3. Goth. Gott. 1. Lips. 2. Graev. Dorv. 1. 2. Corvei. Edd. Lips. 508. 10. 14. Erford. 517. Lamb. Cruq. Minois. H. Steph. Bersm. Chab. Burm. 699. Bentl., quem seq. plrq. etiam Pott. *et fugiam.* Mss. Feae 1, d. e. i. o. 2, a. b. e. (a 1. m.) 5, a. f. Pulm. 10. Bersm. un. Oberl. C. Bad. 1. Guelf. 3. 4. Dess. 1. Gott. 2. Lips. 1. 3. Edd. vett. ap. Feam, etiam Ven. 486. Lips. 492. Loch. Ascens. — Fe. Jaeck. Jahn. Schmid. Hoched. Meinek. *ac fugiam.* Ms. Pulm. 3. Feae 1, a. 2, d. Oberl. D. cod. Mentel. Edd. vett. ap. Fe., etiam Junt. 514. Bas. 517. Glar. 543. Pulm. Xyland. Fabr. 576. Bas. 580. Piscat. Cun. al. De confusis partic. *aut*, *et*, *ac* v. ad Epist. 2, 21. Fea ad Od. 3, 24, 26. Bentl. ad Sat. 1, 6, 29. 68. Hand. Turs. I. p. 512. II. p. 539. Ne quis haereat in eo, quod Hocheder. dicit, nullam me, nisi quod *vel* magis responderet partic. disj. *aut*, indicasse causam, cur *aut* praeferretur voc. *et*, observandum est: solere poëtam res diversas et quodam modo sibi oppositas, quae tamen reapse arte cohaereant, ut voc. *et* admitti queat, particula *aut* disjungere, ut rebus ita separatis majorem addat vim. Vid. Od. 1, 6, 3. 3, 25, 2. Epist. 2, 51. 2, 1, 180 ibiq. Schmid. et ad. 1, 18, 102.

Olim quod volpes aegroto cauta leoni
Respondit, referam: „*Quia me vestigia terrent,*
Omnia te adversum spectantia, nulla retrorsum.“ —
„*Bellua multorum es capitum: nam quid sequar aut quem?*“
Pars hominum gestit conducere publica; sunt qui
Crustis et pomis viduas venentur avaras,
Excipiantque senes, quos in vivaria mittant;
Multis occulto crescit res fenore. Verum

Cf. Jahn. ad Sat. 2, 3, 157. — *deligit.* Ms. Lips. 1. *deligat.* Ms. Lips. 2. (ab altera m. corr. in *it*) Dorv. 2. — V. 73. *volpes.* Edd. Bentl. Val. Oberl. Weber., recte; v. Kirchn. ad Sat. p. LXXXVI. Hunc versum paucis mutatis laudat Quintil. Inst. 5, 11, 20. — V. 75. *Omnia advorsum* omisso *te.* Ms. antiquiss. Torr. —

V. 76. *Belua.* Sic mss. Guelf. 2. 4. omn. Dess. et Lips. Goth. Graev. Reliqui nihil annotarunt. Forma non geminata antiquior, v. Osann. ad Apulej. de Diphth. p. 134 et cf. Schneid. Elmtrl. p. 409., servant praeter edd. Ven. 483. 86. 79. Lips. 492. Loch. al. etiam Bentl. et Comb. — *est cap.* Ms. g. ap. Hoched. — Plaza, teste Cuning., et Bentl. ex conjectura, seq. Cun. San. Mervill. Phil. Dorigh. Sivr. Wakef. Wetz., confutat praeter ceteros Gesn. *capitum es.* Ms. un. Bersm. (*captum e*) Dess. 2. Gott. 1. Edd. vett. ap. Fe. et Comb., etiam Loch. Ven. 486. 98. Lips. 492. Ascens. (Paris. 528). Rectius inseritur v. *es*, ut vocabulo antecedendi subjecto hoc levioris significationis verbo major addatur vis; sic etiam locum laudat Acro v. 90; et sic supra bene edd. vulg. *antiquo me*, quoniam pronomen non habet sonum. Editores hanc rem saepe neglexerunt uti ap. Tib. 1, 1, 35., ad quem locum Dissen. docuit verissima. Cf. Klotz. ad Cic. Tusc. 4, 7. p. 396 sq. — *aut quae.* Mss. Lips. 1. 3.

V. 78. *Crustis.* Mss. alq. ap. Lamb. Cruq. Torr. (qui prob.) quinq. ap. Bersm. un. ap. Oberl. D., plrq. (ut videtur) ap. Fe. et Jaeck. Guelf. 1. Lips. 3. (ab alia m.) Goth. Edd. Muret. Piscat. H. Steph. (qui def. in Diatr. sec. p. 125) Chab. Bersm. Bentl. Feae et recentior. plrq. *Crustis ac.* Edd. Cun. San. Mervill. *Frustis* (*Frustris* un. Bersm. et Jaeck.) Mss. plrq. et edd. vulg., etiam Pott. *Frustis aut pomis.* Ms. Feae 3, c. a 1. m. *Fustibus.* Ms. Alt. ap. Haberf. *Fructis.* Mss. duo in aperta litura ap. Cruq., qui ita legendum censet, ut *fructis* sit secundae inflexionis, sed bene contra eum disputat H. Steph. l. l. — *venantur.* Ms. Jaeck. 4. D. ap. Comb. Guelf. 3. (*a* superscript.). At vide Bentl. ad Sat. 2, 1, 1. Heind. ad Sat. 1, 4, 24. Schmid. ad Epist. 6, 4. — V. 79. *Excipiuntque.* Ms. Feae 1, b. — *mittunt.* Ms. Pulm. 2. Jaeck. 5. *vinaria mutant,* mendose Goth.

V. 80. *fenore.* Sic omn. mss. Guelf. Dess. 2. 3. omn. Lips. (*venere* Goth.). Edd. Fe. Schmid. Meinck. al., for-

Esto, aliis alios rebus studiisque teneri:
Idem eadem possunt horam durare probantes?
„Nullus in orbe sinus Baiis praelucet amoenis,"
Si dixit dives, lacus et mare sentit amorem
Festinantis heri; cui si vitiosa libido
Fecerit auspicium, „*Cras ferramenta Teanum
Tolletis, fabri!*" Lectus genialis in aula est:

tasse rectius quam *foenore* v. Gell. 16, 12. Voss. ad Virg. Id. I, 49. et quos indicat Kritz. ad Sall. Cat. 33, 1. Utraque tamen forma in usu erat aevo Varronis (L. L. 4. p. 95.) — *Verum, Esto.* Sic dist. Fea et Jaeck., male.

V. 81. *alios aliis.* Ms. Feae 2, i. Jaeck. 6. Guelf. 2. Dess. 3. Usitatus quidem verborum ordo, ut subjectum in talibus s. praecedat, sed hic praevalet sententiae vi objectum. Cf. ad v. 76. Exempla in utramque partem collegerunt Beier. ad Cic. Offic. 1, 7. p. 51. et 1, 17. p. 128. Goerenz. in Jahn. Jahrbb. 1826. I. p. 43. Schadeberg. in eiusd. et Seebod. Archiv. I. 3. p. 423.

V. 82. *Idem.* Sic mss. omn. Pulm. Guelf. et Dess. Lips. 1. 3. Graev. et edd. vett. plrq. et mult. recentt. v. ad v. 71. — *possuntne.* Mss. Lamb. 1. 5. Edd. Lamb. Cruq., probat Bonfin. teste Ascensio. At particula interrog. melius hic abest, ut res simpliciter sine ulla dubitatione negetur, aut subjungitur pronomini *Idem* vel *eadem. possint.* Ms. un. Feae a 1. m. — *Non eadem*, sed in margine *idem* ms. C. Oberl. — *hora.* Mss. duo Bersm. Guelf. 2.

V. 83. *Nullius in urbe.* Ms. A. ap. Comb. et ed. Zar. Loch. (sed haec *orbe.*) *urbe* etiam ms. Dess. 2. cum superscr. o. — *locus.* Mss. B. C. ap. Comb. — *Bais.* Ms. Guelf. 3. Dess. 2. 3. omn. Lips. Edd. Ven. 483. 86. Lips. 492. Loch. — *praecedet.* Ms. un. Feae. — *amicis.* Ms. G. ap. Comb. — V. 84. *Sic dixit* Ms. Guelf. 1. *dives dixit.* Ms. un. Bersm. *Davus* pro *dives* conj. Waddel. (Animadv. critt. etc. p. 72), causam textus mutandi oriri potuisse opinatur a vers. 90. — *locus* Mss. Lips. 2. 3.

V. 85. *eri.* Sic ms. Jaeck. 1. Guelf. 3. Dess. 1. 3. Lips. 2. 3. Goth. Vid. Schneid. Elmtrl. p. 186 et Maj. ad Front. Epist. p. 412 ed. Rom. laudatus ab Osanno ad Apulej. p. 97. — *cui vit.* omiss. *si* Ms. Lips. I. et ed. Chab. (?!) — *ventosa libido.* Conj. Markland. (Epist. crit. p. 168), sed mutavit mentem ad Stat. Silv. 4, 1. p. 306. ed. Sillig. epitheti transpositionem intelligens, i. e. si libido fecerit *vitiosum auspicium.* De tali transpositione dixi in Zimmerm. Schulz. 1832. II. p. 1204, sed h. l. nulla est. Contra Marklandi conjecturam disputavit Eichstad., V. Exc., ad van Ommer. p. 213. — *cupido.* Ms. Guelf. 3.

V. 86. *Fecerat.* Ms. Feae 3, c. — *hospicium.* Ms. Guelf. 4. — *Theanum.* Sic mss. Dess. 2. Gott. 1. al. et mult. edd. ut Ven. 481. Lips. 492. Pulm. Bas. 580. Cruq. Bersm. *Theannum.* Edd. Ven. 479. 83. 86. De scriptura vid Drak. ad Liv. 23, 24. 5. et Wesseling. ad Vett. Rom. Itiner. p. 122.

V. 87. *aula est?* Sic Bas. 580. Burm. 699 et recentiores plrq., quam

Nil ait esse prius, melius nil coelibe vita;
Si non est, jurat bene solis esse maritis.
Quo teneam voltus mutantem Protea nodo?
Quid pauper? Ride: mutat coenacula, lectos,
Balnea, tonsores, conducto navigio aeque

distinguendi rationem contra comma a me in ed. 1. usurpatum impugnat Lehmannus in Progr. schol. Lucubratt. etc. Partic. II., sed rationem meam docte tuiti sunt Schmid. ad Epist. 6, 29. Jahn. in N. Jahrbb. 1832. IV. 2. p. 265. ad Ovid. Trist. 4, 3, 33. et Bach. ad Ovid. Met. 8, 28.; signum interrogandi etiam prob. Bauer. ad Sanct. Minerv. II. p. 327. Vid. infra Comment. *aula est:* Sic recte e recentt. edd. Schmid. Jahn. Zell. Hoched. Meinek. Weber. Braunh. — *genitalis* pro *genial.* Ms. un. Bersm. Sic Fulv. Ursinus hic quoque scribendum putat (v. Torr.); at vide Bünem. ad Lactant. Inst. 3, 22, 9. Peerlk. ad C. S. 20. p. 512. et quos infra laudabimus. Cf. Hand. ad Gronov. Diatr. in Stat. Silv. I. p. 448.

V. 88. *celibe.* Sic teste Torrentio in antiquissimis exemplaribus, e nostris certe in mss. Dess. Lips. omn. Goth., sed v. annot. ad v. 17. Edd. Ven. 479. 83. 86. Loch. al. *caelibe.* Mss. complur. al., e nostris certe Graev. Ed. Lips. 492. al., tuentur Fea ad Od. 2, 15, 4. et Apulej. de Diphth. p. 135. ed. Osann. Nos sequimur cum Jon. Comb. Jahn. Scaligerum ad Fest. p. 363. ed. Lindem.

V. 90. *nodo — vultus.* Mss. Feae 1, o. 5, e. et Guelf. 1., vid. ad v. 44. annot. — *vultum.* Ms. Feae 1, k. un. Bersm. et Jaeck. 6. At in Plurali inest notio mutatae formae ut in *colores* Epist. 16, 33., ubi perperam a nonnullis *colorem* legitur. — *voltus.* Sic edd. Bentl. Val. Oberl. Web. vid. annot. ad v. 73. — *prothea.* Sic ms. Guelf. 3. omn. Dess. et Lips. Gott. 2. Graev. Edd. alqt vett. ut Ven. 481. Loch. —

V. 91. *Quod.* Ms. Graev. — *pauper? viden', ut mutat.* Ed. Bentl. ex conjectura, rem ipsam exemplis erudite illustrans, seq. Wetzel., prb. Burm. ad Lotich. p. 605. Bauer ad Sanct. Min. II. p. 216. Both. in Annotatt. ad Fe. V. D. in Heidelb. Jahrbb. 1823. Nr. 45. p. 708., sed locus non indiget emendatione. *ride* etiam novem mss. ap. Oudend. ad Suet. Octav. c. 68. *rides.* Ms. un. Bersm. Dess. 1. Lips. 3. Sic etiam unus et alter ap. Bentl. (si suos intellexit) atque ex ejusdem subtiliori hujus loci interpretatione Schol. Cruq., quod tamen dubito. Ed. Cuning. *Q. p. ridet?* Ed. Praedicov. — *cenacula.* Sic edd. Loch. Bersm. Bentl. Fe. Meinek. al., def. Fea ad Od. 2, 14, 23., sed vid. Bauer. ad Sanct. Min. I. p. 82. et Cellar. l. l. p. 210. *Coen., caen., cen.* commutantur ubique in mss. et lapidibus; v. Cellar. ibid. et Orell. Inscr. nr. 686. 4132. 2493. (*cenatorium*). *Cinacula* legitur in Inscr. Romae reperta, v. Thorlac. in Friedem. et Seebod. Misc. critt. I. p. 739; *coenacula* (quod habet ms. Lips. 1. a 2. m.) habes ap. Orell. nr. 4323—24. Cf. Fest. p. 42. 378. ed. Lindem.

V. 92. *conducit navigia.* Ms. un. Bersm. (*navigia* etiam ms. Lips. 1. a 1. m.) — *et aeque.* Ms. Gott. 2. —

Nauseat ac locuples, quem ducit priva triremis.
Si curatus inaequali tonsore capillos
Occurri, rides; si forte subucula pexae

V. 93. *ut loc.* Ms. Feae 3, d. Jaeck. 5. Guelf. 2. (superscr. particulae *ac*) *at locuples.* Ed. princ. ap. Comb. *locuplex.* Sic mss. Guelf. 2. 4. (a 1. m.) Lips. 1. Gott. 1. Edd. Ven. 481. Lips. 492. Loch. Cf. Schneid. Elmtrl. p. 353.— *ducit quem.* Ms. Jaeck. 5. Ed. Cuning. ex ingenio aurium, seq. San. Mervill. Dorigh.— *prima.* Ms. Guelf. 3. *Priv.* et *prim.* confunduntur etiam Sat. 2, 5, 11., ubi ms. Corvei habet *primum* et al. ap. Feam.

V. 94. *curatus.* Mss. aliorum omnes duobus, quos ipsis verbis indicant Viri eruditi, exceptis, et nostri, quibus accedunt ms. Franek. ap. Bos. et quatuor mss. ab Oudendorpio visi ad Apulej. Met. VI. p. 438. [*curatos* a 1. m. D. ap. Oberl. et *curatur* ms. Bad. 1.] Edd. vett. omn. praeter Locherianam, etiam Junt. 514. Glar. Pulm. Fabr. (et Bas. 530) Bersm. Bentl., quem seq. plrq. recentt., etiam Fea (qui def.) et Pott. Hanc scripturam confirmat praeter Porphyr. in lemmate Jul. Rufinianus, qui hunc locum, mendose quidem, laudat: *Sic aratus* (p. 238. ed. Ruhnk.), erudite def. Bentlejus et Fea, comprobant Ruhnkenius l. l. et Broukhusius ad Prop. 3, 12, 28., exemplis illustrat J. F. Gronovius (Obss. 1, 23), qui eandem scripturam in tribus libris se reperisse testatur. *curtatus.* Ms. Cruq. 2. et ejus Scholiast. in lemmate, explicans *tonsus*, quae interpretatio magis scr. *curatus* quam *curtatus* indicat, Pott. ms. 20. Edd. Loch. Ascens. Lamb. Cruq. (qui tamen *curatus* non improbat) Xyl. Min. Piscat. H. Steph. Chab. Torr. D. Heins. Bond. Rodell. Burm. Tart. Dac. Baxt. (qui def.) Maittair. Jon. Gesn. Comb. Val. Oberl. Zeun. Bad. Camp. al. Ita habet Jul. Rufinianus in Antiq. rhet. lat. ed Pith. 599. p. 32, sed R. Stephanus et Pithoeus, quem sequitur Gesner. in Prim. lin. art. rhet. p. 165, hunc locum contra fidem optimae editionis (Veterum aliquot de arte Rhetorica traditiones etc. In Inclyta Basilea An. 1521. 4. p. 70) ad vulgatas Hor. edd. refinxerunt. Etiam Bähr. in Heidelb. Jahrbb. 1830. N. 32. p. 504. hoc vocabulum pro genuino habet, quod interpres quidam in *curatus* magis usitatum mutaverit. Licet Bentlejus bene doceat, non ridiculum fuisse *curto capillo* (quod hominum severiorum erat) incedere aliudque esse, *inaequaliter tonderi* atque *curtatis* curari capillis: vereor tamen, ne adversarii habeant, quo rem suam ex liberiore loquendi usu defendant. Cf. Moeb. ad Cic. Or. pr. leg. Manil. 9, 22. Capillus enim inaequaliter tonsus bene dicitur *curtatus*, quo verbo illa ipsa tondendi ratio vertitur in ridiculum. Quapropter Bothius id dicere non debebat *παντολόγον.*

V. 95. *Occurri.* Mss. plrq. et aliorum et nostr. scriptura, quam seq., quod sciam, edd. usque ad Bentlejum. Edd. recentt. Gesn. Comb. Oberl. Bad. Hunt. Camp. Pott. Schmid. Passov. Braunh. *Occurro.* Ms. un. Bersm. duo Torr. Bentl. 3. 6. un. Val. Feae 1, b. d. p. 2, b. f. 3, c. f. 6, a. (a 1. m) 9, a. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 509 in bibl. Barberina, Guelf. 1. Dess. 1. 2. (a 2. m.) Gott. 1. 2. et Corvei. Edd.

Trita subest tunicae, vel si toga dissidet impar,
Rides. Quid, mea quum pugnat sententia secum,
Quod petiit spernit, repetit quod nuper omisit,
Aestuat et vitae disconvenit ordine toto,
Diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis?
Insanire putas sollemnia me neque rides,

Bentl. Maittair. Cun. San. Mervill. Val. Sandb. Sivr. Dorigh. Wakef. Wetz. Haberf. Fe. Jaeck. (qui de suis mss. tacet) Hoched. qui def. Jahn. Meinek. al. *Decurri.* Ms. un. Bersm. *Occurret.* Ms. Guelf. 3. *Occurrit.* Ms. Franek. ap. Bos. Ed. Minois 584. — At quae Bentlejus de praesenti tempore magis idoneo et sono auribus gratiore docet, pluribus confutavi in Seebodii Krit. Bibl. 1823. p. 183 sqq. De temporibus quidem diversis adde Bach. ad Ovid. Met. 5, 634. 13, 940. Wagner. Quaest. Virgil. VII, 7. Sillig. ad Cir. 359. Schmid. ad Epist. 2, 2, 138. Hoc loco tamen *occurri* idem quod: *si ante oculos tuos sum*, *versor*, rides, quod bene docet Bach. in Zimmerm. Zeitschrift etc. 1834. p. 1030. De syllabis geminatis adde Bentl. ipsum ad Od. 2, 20, 10. Naekium in Mus. Rhen. 1829. III. p. 380 sqq. Beier. ad Cic. Lael. 21, 79. Bach. ad Ovid. Met. 3, 213. Ochsner. ibid. 4, 783. Wüstem. ad Theocr. 4, 26. 20, 29. Cf. Klotz. ad Cic. Cat. maj. p. 127. Scriptura *occurrit* a Minoe recepta non incommodum quidem praebet sensum, at, nisi conjectura nititur, originem debet literis sibi simillimis *t* et *r* sequentis verbi. — V. 96. *ut si.* Ms. Dess. 2. (ex compendio male intellecto enatus est error) — *discidet.* Ms. id. *dissideat.* Ms. Gott. 2. — *inpar.* Sic Mss. Dess. 1. 2. *impar?* Sic male dist. alqt. edd.

V. 97. *Quid? mea.* Sic distinx. edd. Cun. Mervill. Fe. Doer. Jaeck. Camp. Zell. Hoched. (quidef.). At vide Both. ad h. l. in ed. Feae, Schmid. ad 16, 8. et 2, 1, 40. Beier. ad Cic. Off. 2, 7, 25. 3, 23, 90. et mea ipsius annotata in Seebod. et Jahn. Archiv. I. 3. p. 464. *Quid mea — secum?* Edd. Val. Dorigh. *Quid, — secum?* Al. — *quom.* Ed. Oberl. ubique, v. Schneid. Elmtrl. p. 337. — *pugnet.* Mss. Feae 1. k. o. Jaeck. 5. Guelf. 4. Dess. 2. *pugner.* Dess. 1. — *mecum.* Mss. tres ap. Torr. alq. ap. Bentl. et Feam. Jaeck. 5. Victorius et a. e. ap. Hoched. Guelf. 1. 4. Dess. 1. (pro var. lect.) Goth. At *secum* exigit sermo latinus, quod bene observarunt Bentlejus et Fea, quorum ille attulit Ovid. Met. 15, 27. (ibiq. Gierig.)

V. 98. *omittit.* Ms. Dess. 1. *amisit.* Edd. Loch. Colon. 510. — V. 99. *ac vitae.* Edd. Cun. San. Mervill. Dorigh. — *toto d. o. vitae?* Sic ms. Jaeck. 6. *ordine tanto?* Ms. 5. ibid. — V. 100. *rotundis.* Puncto distinx. plurimae edd. vett. *Quid, mea — secum; — rotundis?* Sic distinguendum arbitror cum Bentlejo, Bothio, Schmidio, aliis. Alii aliter, ut *secum? — omisit? — toto? — rotundis?* Contra Jahnius et Meinekius interrogationem a versu 97 usque ad v. 105 *amici?* suspensam habent; quod cur his VV. dd. assentiri nequeam, infra ad v. 97 dicetur, ubi sententiarum nexus enucleandus erit.

V. 101. *putes.* Ms. Pulm. 4. Guelf.

Nec medici credis nec curatoris egere
A praetore dati, rerum tutela mearum
Quum sis et prave sectum stomacheris ob unguem
De te pendentis, te respicientis amici.
Ad summam: sapiens uno minor est Jove, dives,

1. Dess. 3. *putat*. Ms. Dorv. 1. — *sollennia*. Sic ms. Goth. *sollempnia*. Mss. Dess. 2. 3. Lips. 2. 3. Guelf. 3. *solemnia*. Graev. *sollemnia*. Mss. Guelf. 1. 2. 4. Dess. 1. Lips. 1. Haec vera videtur esse scriptura, vid. quos laudant Fea ad Od. 4, 11, 17 et Herzog. ad Sall. Cat. 22, 2. Cf. Perizon. ad Sanct. Min. II. p. 558 sqq. B. Ceterum Lambinus: „alii legendum putant *sollennia mi* pro *mihi* hoc sensu, putas mihi rem esse sollennem et usitatam, in horas mutare sententiam et insanire; alii post *sollennia* distinctionis notam ponunt hocque modo explicant: insanire putas esse res omnibus mortalibus sollenneis et usitatas etc. neque me rides." *solemnia me?* Sic dist. un. ms. Feae et ed. Dorigh. — *nec*. Ms. Lips. 3. *neque rides?* Sic ed. Zell.— V. 102. *Nec — neque*. Edd. Cun. San. Mervill. De his particulis sibi respondentibus vid. quae annotavi in Seebod. et Jahnii Archiv. I. 3. p. 462. Cf. Cuning. Animadv. in Hor. Bentl. p. 43 et Wagner. Quaest. Virg. XXXII, 18. — V. 103. *a praetore dati?* Ita distinx. edd. Cun. et Dorigh.

V. 104. *stomacharis*. Mss. Feae 3, b. c. Schol. Cruq. in lemmate. Ed. Colon. 510 et, teste Kirchnero (*Quaest. Horat*. Numburgi 1836 p. 36.), Pinciana Ven. 492., 494. 95. 98. Med. 508. 12., quam scripturam Vir. Exc. comprobat suo assensu ita distinguens: *Quum sis; et* etc. i. e. sed stomacharis.

V. 105. *te suspicientis* ex conjectura N. Heinsii scripsit Bentlejus, quem seq. Wetzel. Improbatur merito a plerisque, etiam a Johnsono (Aristarch. Anti-Bentl. II. p. 92 sqq.), Jo. Clerico in Friedemanni et Seebod. Miscell. critt. I. 3. p. 543, Oudend. ad Apulej. Met. VI. p. 402 atque ab Horreo in Misc. critt. I, 5. p. 83. Nodell. in Not. critt. c. 4. p. 91. Praedicovii conjectura: *se despicientis*, ne refutatione quidem digna videtur. — *amice*. Ms. Oberl. D. *amici?* Sic disting. edd. Feae, Jaeck. Doer. Jahn. Meinek., sed diverso modo, v. v. 100 et 97. Ita etiam distinguendum praecipit Z. Pearce in Seebod. Krit. Bibl. 1820. 10. p. 861, „ut patet," inquit, „in versu 97." Rursus alii, ut Bentl. Cun. Val. Dorigh. Schmid. Zell. Braunh. post *amici* puncto signant. Passovius sine ulla interrogatione: *Quid, mea — rotundis: — amici*

V. 106. *Ad summam sapiens*, Ita distinx. Cruquius, quem refutat Torrentius. *Ad summum*. Ed. de Maroll. (vertit tamen: Enfin) Rodell. v. Hand. Turs. I. p. 132. *Aut summam*. Ed. Basil. 580. — V. 107. *hornatus*. Ms. Guelf. 2. (an *ornatus?* quod nisi metro adversaretur, conferendus esset Schneid. in Elmtrl. p. 184.) — *pulcher* Sic certe mss. nostri Dess. Goth. Lips. Graev. *pulcer* exhibent edd. alqt, ut Chab. Schrevel., probat Heyn. ad Virg. I. p. LXI. ed. Wagn., sed cf. Schneid. l. l. p. 206. — *denique rerum*. Ms. Guelf. 3. V. 106—108. delet Guye-

Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
Praecipue sanus, nisi quum pituita molesta est.

tus. Ex qua re atque ex annot. ad v. 16. apparet, hominem eruditum fuisse jocorum Horatianorum aut ignarum aut osorem. Similiter offensus est Epist. 1, 2, 44. Postquam haec scripsi, luculenta Guyeti in rem literariam merita ejusque vitam ab Jo. Alb. Portnero sub commenticio Antonii Periandri Rhaeti nomine conscriptam hominibus literatis erudite aperuit Eichstadius, Vir Exc., in *Paradoxis quibusd. Horatianis* octavum propositis Jenae 1837. Libenter autem acquiesco in sententia, quae de homine illo a viris aliquot doctis lata p. 20. commemoratur.

COMMENTARII

IN

HORATII EPISTOLAM PRIMAM

LIB. I.

Quicquid viri docti de Horatianarum Epistolarum ratione ac natura sentiunt, in eo, quod sunt humanitatis sparsae sale atque insignes mitioris sapientiae notis, omnes consentiant necesse est. Quodsi quaeras, et hodie quaesitum est, utrum eae ad poëticum quoddam genus auspice Musa compositum pertineant, an prosae orationi a sola intelligendi vi profectae et legibus metricis tantummodo astrictae annumerandae videantur, ipsum libet audire Poëtam, qui ex poëtarum numero se utpote sermoni propiora dicentem eximere non dubitat Sat. 1, 4, 39—63 et Epist. 2, 1, 250. Qua quidem in re observanda sunt duo. Primum enim Romani magis in re ipsa descripta quam in eo, quod spectabat scribentis ac meditantis ingenium, omnem videbant poëseos vim ac naturam, ut bene observavit *F. Passovius* ad Pers. p. 294. Tum Horatius, sive serio sive simulate *) dixit, in Epistolis conscribendis poëtae minime deposuit personam, sive spectes externam Epistolarum formam, sive rerum ipsarum inventionem, dispositionem, tractationem; quanquam sunt, qui et Satiris et Epistolis, utpote, opinor, afflatu quodam divino carentibus, omnem fere poëticam vim abjudicent. Cf. *Ag. Benary.* in Berlin. Jahrbb. f. wissensch. Krit. 1834. p. 569 et 584.

---

*) De hac callida Horatii dissimulatione nuper dixit A. G. *Rein.*, V. Cl., in Progr. schol., *in quo de Romanorum Satiris agitur.* Gerae 1836. p. 2.

At reputent illi secum, ipsam poëseos naturam non multum dissimilem esse Protei illius ambigui vultusque semper mutantis. Epistolae enim, quales scripsit Horatius, ab intimis animi sensibus profectae pro sua ipsarum natura lyrici sunt generis et ejus quidem, quod numero modoque epici temperatum gratae negligentiae quid habet, ita ut hoc Epistolarum genus medium quasi inter poëma et orationem *) tenere videatur. Quod Poëta **) epistolarum sumpsit formam, inde factum existimem, ut et liberior esset cum amicis et personis sive veris sive fictis sermocinandi ratio et astrictior vitae communi utriusque i. e. usui tum scribentis, tum ejus, ad quem scriberetur, accommodatior. Qua quidem re efficitur, ut non umbram cernamus vel personarum vel rerum et imaginem, sed solidam earum et expressam teneamus effigiem, quae ob morum eorumque saepe diversorum et dissimilium notationem atque inde enatam asperitatem omnes omnium eblandit sensus. In eademque intima duarum personarum complexione cernitur etiam, ut alia non commemorem, illud, quod inter Satiras atque Epistolas intercedit, non leve discrimen, de quo dixerunt *Eichstad.* ad Astii Plat. Phaedr. p. 168, *Morgenst.* de Sat. atque Epist. Hor. discr. p. 10 sqq., *Kirchner.* in Edit. Satir p. VII., *C. Passov.* in „Leben u. Zeitalter des Hor.", dissert. Epistolis Hor. translatis praemissa p. LXVII. not. 178 et 282, aliter sentientibus *J. C. Scaligero* in Poëtic. VI. p. 808, *Is. Casaubono* de Roman. Satir. 2, 3. p. 227, *Dacerio* in ed. Hor. Amstel. 1735. VI. p. 325, *Fr. Astio* de Plat. Phaedr. p. 31. et *Weicherto* in Prolus. 1. de Hor. Epist. p. 4. Quod quanquam Epistolarum genus, ut veterum omnino poësis, propius abest a vita communi ***) ab eaque magis proficiscitur, quam nostrorum poëtarum studia poëtica, sola saepe animi agitatione agitata, cautus tamen in-

---

*) De Horatiani hexametri et in Satiris et in Epistolis solutiore negligentia erudite disputant *Kirchnerus* in Horat. Satir. etc. p. XXXI sqq. et *Morgenstern.* de Satirae et Epist. Horat. discrimine p. 29 sqq. Cf. *D. Heinsius* de Satira Horat. p. 7. ed. 1612. *Hermann.* Element. doctr. metr. p. 353 sqq. Epitom. p. 130. *Kirchnerum* sequitur *Pinzger.* in „Versmaasse d. Q. Hor. Fl. p. 21 sqq.

**) Qui ante Horatium scripserint epistolas poëticas, indicat *Torrentius* p. 620. ed. 1608.

***) Idem de versibus componendis nostris poëtis praecepit summus e nostratibus poëta, *Goethius.* Vid. Eckermanni *Gespraeche mit Göthe* I. p. 54.

terpres cavebit, ne semper personarum ratione anxie habita omnia vel ad eum, qui scribit, vel ad eum, ad quem scribitur, referat et sic, quae communia sunt, artis et temporum et personarum limitibus terminet. Immo *), Horatius is existimandus est, qui aut occasione quasi scribendi a certis personis sumpta saepe ad communia transeat temporibus illis majora, aut etiamsi scribat, quae proxime ad ipsum et ad amicos pertinent, res tamen vulgares et ante oculos positas quum ingenii sui lepore ornet, tum ipsae ut expolitione distinctae splendescant faciat **). Ceterum commune est omnium Epistolarum, ut Poëta ea proponat, vel quae ad vitae rationem bene ac sapienter ineundam accommodata sint, vel quae ad literarum studium tum recte dijudicandum, tum rite promovendum apta atque idonea arbitretur. Quodsi in Satiris multa hilaritate et sale aliquo nigro conspersis philosophiam inchoavit (ut de Varrone dicit Cicero in Academ. 1, 3, 9.) *ad impellendum satis, ad edocendum parum*, in Epistolis inchoatam illam perpolivit non subtilitate quidem disserendi, at majore facetiarum urbanitate atque orationis festivitate, ut non tam ridendo vitia, quam laudandis virtutibus quasi quandam rationis ac vitae proponeret formam atque ita omnes jucunditate temperati illius dicendi generis et ad legendum et ad rectius vivendum invitaret. Hoc tamen non ita dictum existimari velim, ut cum Dacerio sentire videar, quippe qui ex Satiris pendere Epistolas opinetur, quibus Poëta philosophiam moralem persequi voluerit. Prius enim vitia ex animo evellenda fuisse, quibus per Satiras evulsis viam ad virtutem patefactam ipsis jam sterni ac perfici Epistolis. At poëtae non includendi sunt arte factis philosophorum cancellis. Horatius, qua fuit mobili et levi natura, tempori

---

*) Bene de hac re dixerunt *Roetscher.* in Berlin. Jahrbb. 1830. N. 84. p. 667. et *Stangius* in Commentatione de Hor. Epist. 1, 2. Frkf. ad Viadr. 1830. p. 2 sqq. Cf. *Fr. Jacobs.* Verm. Schrift. V. p. 48 sqq.

**) *Eichstadius* l. l. p. 169. omnes Epistolas poëticas ad tres potissimum species commode reduci posse arbitratur: quarum una sit Epistolarum didacticarum, altera elegiacarum, tertia jocularium. Ad illam didacticarum speciem pertinere morales seu ethicas, quales Horatius composuerit. *Stangius* Horatii ipsius Epistolarum duo facit genera p. 2, alterum earum, quae ad utramque personam tantum spectent et res vulgares poëtico sermone pronuntient, alterum earum, quae rem philosophicam tractent, neque sint, ut Cicero dicat, absque argumento ac sententia. Ad illud genus refert I, 3. 4. 5. 7. 8. 9. 13., ad alterum I, 1. 2. 6. 10. II, 1—3.

vel suo vel amicorum aliisque rebus fortuitis serviisse putandus est *).

Pervetusta fertur inter viros doctos quaestio, utrum Horatius ipso *Epistolarum* nomine an alio, ut *Sermonum* vel *Satirarum* (Sidon. Apollinar. Carm. 9, 223 sqq.) haec Musarum pedestrium insigniverit dona. Licet demus, Poëtam *sermones* Epist. 1, 4, 1. Satiras et Epist. 2, 1, 250. Epistolas tanquam commune utrique generi nomen intellexisse, tota tamen fere antiquitas, ut Priscianus, Scholiastae (ad Sat. I, 1, 1.) et vetustissimi quique libri manu scripti in hac Epistolarum ἐπιγραφῇ consentiunt **). De tempore, quo singulae scriptae vel in volumen quoddam collectae prodiisse videantur, suo loco dicetur.

De *prima Epistola* recte judicat *J. C. Scaliger* in Poëtic. 6,

---

*) Plura de epistolarum argumento et forma disputavit *C. Passovius* l. l. p. CXXXIX sqq. Cf. *Kirchner.* l. l. p. VII et LXX. *Eichstad.* l. l. p. 170 sqq. *Manso* in: „Nachtraegen zu Sulzer's allgem. Theorie“ etc. IV. 2. p. 481 sqq. *Haberfeld.* „Vorlesungen“ etc. IV. p. XIII sqq. „Ueber die Horazische Epistel“; eadem disputatio legitur sine auctoris nomine in *Mansoni* „Nachtraegen“ sqq. VI. 2. p. 395—450. Neque male in rem *Visconti* Iconogr. Romaine I. 2. p. 393: „Ses épîtres offrent dans un style en même temps simple et mordant d'excellentes règles de conduite qui se gravent d'elles-mêmes dans l'esprit. Ce sont plutôt les maximes de la sagesse que celles de la philosophie à une légère teinte d'épicurisme près qui se repandoit alors sur les écrits de presque tous les poëtes de la cour d'Auguste.“ Cf. „*Essai sur la vie et les écrits d'Horace*“ in Hor. Opp. ed. *Campenon* et *Desprès*. I. p. XXXVII. LIII. et *A. Arnold.* loc. ad v. 15. indic. p. 4.

**) Vide ad utrumque locum *Schmidium* et *Weichert.* de Cassio Parmensi (Grimae 1836) p. 238 et in Prolus. de Hor. Epist. p. 34. *Eichst.* l. l. p. 168. *Morgenst.* l. l. p. 6. Not. 9. De ratione, qua Horatius Satiris et Epistolis nomen *sermonum* tribuerit, fusius dixi in Jahnii „Jahrbb. d. Phil. u. Paedag.“ 1827. I. 1. p. 88 sqq. Cf. *Heinrich.* in Explanatt. Horat. prooemio. Kilon. 1808. et *Wachsmuth.* in Athen. I. 2. p. 218 sqq. De inscriptione et Satirarum et Epistolarum quum in universum, tum singulatim disputarunt *Lambin.* ad Sat. I, 1. p. 9. ed. Frcf. 596. *Cruquius* ibid. p. 308 et p. 647 sqq. ed. 1611. *Torrent.* p. 414 et p. 620. ed. 1608. *Is. Casaub.* de Rom. Sat. 2, 3. p. 228 in *Crenii* Mus. Philol. Lugd. B. 1699. *Dacerius* VI. p. 323 sqq. *Kirchn.* l. l. p. VI et XCVIII. Cf. Fabric. Bibl. lat. I. p. 395. ed. Ern. Quare Suetonius in Vita Hor. III. p. 50. ed. Wlf. Epistolam Augusto inscriptam *Eclogam* dixerit, docet *Weichert.* in Poët. Lat. Reliq. p. 20, quocum cf. *Schmid.* ad Hor. Epist. II. p. 3. et *Bentleji* Praefat. p. VIII. ed. Lips. 1764. De Horatianis omnino cf. *Baehr.* Geschichte d. Roem. Liter. §. 105—107. *Bernhardy.* Grundriss etc. p. 253 et 239.

7. p. 809. his usus verbis: „Prima vero Epistola quovis melle dulcior est. Sententiae appositae, dictio casta, rotunda, suavis. Quapropter arbitror postremam omnium factam, primam positam ob luculentam raritatem.“ — Horatius in hac Epistola Maecenati suo, qui ipsum ad lyrica, lyra jam deposita, incitasse videtur, se jam toto animo philosophari velle non sine facetiarum urbanitate profitetur. Sed quum eam sapientiam sequatur, qua mores conformentur quaeque virtutem altissimum locum in homine et maxime excellentem tenere doceat, omnia alia, quibus alii teneantur, studia pro inanibus habenda et aperte et tecte indicat. Imprimis illum ante oculos ponit mentis errorem, quo homines et in divitiis et in honoribus sitam esse putent felicitatem, eamque consectentur non constantia quadam, sed mira levitate ex altera ad alteram rem desilientes. Praeterea in hac ipsa inconstantiae ac mutabilitatis festiva descriptione satis indicat, vera animi bona tantum abesse, ut homines cognoscant, ut vel minima pro magnis habeant magnaque curare omittant. Quae omnia tam levi arte texit et miscet Poëta, ut *sapientia* ipsa *summum* intelligatur *bonum*, cujus contraria sit *stultitia* vitiorumque, quibus homines huc illuc trahantur, varia multitudo. Vides igitur, Poëtam non poëtarum more verba fudisse, sed ratione et arte quae dispersa videantur et sibi contraria in unum quasi sapientiae vinculum conclusisse. Cetera, quae ad interiorem sententiarum complexionem pertinent, suo indicabuntur loco.

Quodsi *Wielandius* observat, ad Epistolam hanc recte intelligendam opus esse, ut Maecenatis ingenium ac mores noverimus, id equidem minime negarim, modo ne ipse Senecae in Maecenatis moribus notandis ac perstringendis (Epist. 114. 101.) acerbitati nimium esset obsecutus. Hic observasse satis erit Maecenatis magnum in viros doctos et elegantes studium hilaremque ejus animum jocis aliorum commodas praebentem aures, majorem in supellectile cultuque corporis nitorem et omnino quandam voluntatum inclinationem, qua ad Epicuream philosophiam propendisse videbatur. Locos ad hanc rem facientes indicavi in edit. 1. p. 7, quibuscum conferas *Meibomii* Maecen. c. 19. 20, *Lionis* Maecenatiana etc. p. 14 sqq., *Visconti* Iconographie Romaine I. 2. p. 398 sqq., *C. Anthoni* Excurs. ad Od. lib. II. in edit. Poëmat. Horat. (New-York-Paris, Astoin. 1830.), *C. Passov.* l. l. p. XLI—XLV.

Tempus autem, quo hanc Horatius scripserit Epistolam, de-

finire dubito, licet ingeniosa sit *Kirchneri* (Quaest. Horat. p. 36.) eam ad annum 739 referentis conjectura. Vid. ad v. 3. Id tamen pro certo habendum videtur, Horatium aetate jam provectiorem post lyrica, quae tres illi libri suppeditant, hoc poëmatium mitioris sapientiae plenum composuisse, non ut esset veri prooemii loco *), quod erudite demonstravit *Kirchnerus* p. 12 et 35, sed potius credendum est, illud alia quadam occasione, qua Maecenas Poëtam ad lyricum quoddam cohortatus esset, scriptum et edendis Epistolis propositum esse, ut prooemio quasi inserviret. Quum ex *Kirchneri* doctissima de rebus chronologicis disputatione appareat, Carminum tres libros priores, promiscue compositos, simul et conjunctim editos circa annum 736 fuisse, facile intelligitur, *hanc Epistolam non ante annum 736 scriptam esse.* Ne quis mihi objiciat Epist. 1, 20. Epilogi loco scriptam et annum 734 u. c. Varr. indicantem, quo loco nuperrime abusus est *Langius* in Berlin. Jahrbb. f. wiss. Krit. 1835. N. 107. p. 862, observari velim, Epistolam undecimam lyrica non modo scripta, verum etiam jam edita ponere, qua quidem re alia Epistolae vicesimae interpretandae ratio atque ea est, quam vir ille doctus iniit, quaerenda videbitur. Ex sententia *G. F. Grotefendi* in Encyclop. Halens. X. sect. 2. p. 475. haec prima Epistola paulo ante Carmen Secul. scripta est; a qua temporis definiendi ratione non multum abhorret *Weichertus*, qui eam (Poët. Lat. Reliq. p. 458.) non ante annum 737 exaratam opinatur**). Ceterum totum Epistolarum librum primum (*Bentleji* enim de hac re sententia jam pridem explosa est) *Grotefendus* l. l. p. 472—475. ab anno 733 ***) usque ad annum 737 scriptum editumque arbitratur, *Kirchnerus* illam Epistolarum et scriptionem et editionem annis u. c. Varr. 727—739. (p. 36. 41.) attribuit, ad quem proxime accedit *Weichertus*, qui in opere novissimo de *Lucii Varii et Cassii Parmensis Vit. et Carm.* Grimae 1836. p. 167. librum hunc circa initium anni 738 editum censet. Judicium penes alios esto.

---

*) Scriptura illa: *Ad Maecenatem Allocutio*, a Torrentio in vetustissimo codice ms. reperta, ex Grammaticorum ratione explicanda videtur.

**) Ex mente *Sanadoni* Horatius hanc Epistolam Maecenati inscripsit quinquaginta annis major; idem fere sentit *Dorighello; Valartus* in Synopsi chronologica (p. XXVI.) 741 [?!] a. u. scriptam putat.

***) Qua in re dissentiam, dixi in Jahnii Jahrbb. 1835. XV. 1. p. 68 sqq. Cf. ibid. 1836. XVI. 1. p. 45. 51. et *C. Passov.* l. l. Not. 281.

Graece vertit Epistolam primam *Goeller.* in libro, qui inscribitur *Μεταφράσεις*. Sammlung von Uebersetzungen ins Griechische — Koelln am Rhein 1825. p. 8 sqq., in patrium sermonem singulatim *Herder.* in Adrastea II. 3. p. 40 sqq.

V. 1. — *Camena.* Horatius Maecenati sese, quod nulla mittat poëmata, excusaturus atque omnem ingrati animi a se culpam remoturus, patronum suum dicit *dignissimum, qui carmine nunquam non celebretur, sive cujus nomen laudesque ut olim celebraverit, ita in posterum poëmatis, si quae facturus sit, intexat.* Singula igitur verba non anxie premenda videntur, quod parum caverunt *Dacerius* et *Klotzius* (Lectt. Venus. p. 28) *primam Camenam* carmina lyrica, *summam satiricum* genus (Dac.: les poësies morales) intelligentes, vel, ut alii volunt, *primam* Satiras, *summam* Epistolas. Etenim ut nihil nunc dicam de tempore, quo Horatius sua varii generis opera composuerit, ipsa *Camenae* appellatio impedit, quo minus nec Satiras neque Epistolas intelligamus, quibus ipse ut Musae pedestris fetibus (Sat. 2, 6, 17.) poematum nomen denegat (Sat. 1, 4, 40.) eamque ob rem in operum suorum censu (Epist. 1, 19.) omisit, quod bene observat sententiam meam (p. 7. ed. 1.) sua comprobans assensione *Kirchnerus* in *Satirarum* editione p. 157. et in *Quaest. Horatianis* p. 35. Huc accedit praeter illam metonymiam *Camenae* pro carmine vel lyrici vel epici generis (Od. 1, 12, 39; 4, 9, 8.) etiam verbum *dicendi* in laudibus vel deorum vel excellentium virorum proprie usurpatum, vid. Broukh. ad Tib. 2, 1, 54 et Propert. 2, 10, 12. Praeterea quae sequuntur nihil aliud indicant, nisi se non amplius juvenem abhorrere a carminibus, quibus olim delectatus fuerit. Quapropter non assentior *Heindorfio* ad Sat. 1, 1 et *Grotefendio* in Encyclop. Halensi Sect. II. T. X. p. 462, qui *primam Cam.* primam libri primi Satiram his verbis indicatam volunt. Quamquam igitur recte *Kirchnerus* (quocum cf. *Cruq.* p. 512.) *prima* et *summa Camena* non alia carmina quam lyrica significari statuit, nolo tamen cum *Scholiasta Cruq., Bondio, Minellio* aliisque *primam* C. ad primam odam exacte anxieque referre, licet hoc carmen ante hanc Epistolam scriptum libenter concedam.' Paulo aliter de hac omni re sentit *Doeringius.* Quod reliquum est, Poëta hic

veterem laudis diis deabusque tributae formulam ex more aliorum poëtarum in suum transtulit Maecenatem, ut Theocrit. Id. 17, 3. 4. *Ἀνδρῶν δ' αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω καὶ πύματος καὶ μέσσος*, ubi videndi sunt *Wüstem.* et *Fr. Jacobs.* Cf. Lamb. ad h. l., Voss. ad Virg. Id. 8, 11, Bach. ad Ovid. Met. 10, 157, Maj. ad Cic. de Rep. 2, 36 et Heindorf. ap. Stallb. ad Platon. Euthyd. p. 186.

V. 2—3. *Spectatum satis — ludo.* Cum gladiatore rudiario scite se comparat Poëta eoque scitius (Epist. 19, 35—41. 2, 2, 103), quod gladiatores saepe mobilem Quiritium turbam plausus modo huic, modo illi datos experiebantur; attamen nolim cum interpretibus *spectatum* interpretari *probatum, satis perspectum*, *δοκιμασθέντα*, sed qui saepe populo se conspiciendum, spectandum praebuit non sine aliqua voluptatis vel, si mavis, satietatis notione, ut Juv. 4, 64. Quid, quod *spectari* est proprium hujus rei verbum, vid. *Orell. Inscr.* nr. 2564—2566 et Vol. II. p. 377., cf. *Doederl. Synon.* IV. p. 312. et Riedel. ad Epist. 2, 1, 230. p. 367. Praeterea notatu dignus est Poëtae mos, quo comparationem cum ipsa sententia mira arte commiscet atque contexit, ut 1, 2, 26. 28. 42. 3, 19. 7, 35. 10, 42. 15, 24. 16, 21 sqq. 2, 2, 8. 28. 97. 98. Od. 4, 4, 50—60. ibi Mitsch. Veram hujus rei rationem exsequemur ad Epist. 1. 10, 5. — *rude donatum*, similiter Juv. 7, 171. *ipse sibi dabit rudem.* Martial. 3, 36. *Hoc merui, Fabiane, toga tritaque meaque, Ut nondum credas me meruisse rudem?* Cic. Philipp. 2, 29, 74. *Ne tum quidem sequeris? tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti?* De hac gladiatoriae artis missione vid. *Ruhnk. Antiq. Roman.* XX. ed. *Eichstad.* p. 7. cum annotatione Editoris 57., *Lips. Saturn.* 1, 15, 2, 23. et *Octav. Ferrarii Dissertatt. duae — de Gladiatt. ed. J. Fabric. Helmst.* 1720. p. 50. Missioni isti apposite opponitur v. 3. *antiquo includere ludo*, sive spectes ludum ipsum, in cujus minutis cellis inclusi tenebantur gladiatores (Quinctil. Declam. p. 135. *Morabar inter sacrilegos, incendiarios, et quae gladiatoribus una laus est, homicidas inclusos turpiore custodia et sordido cellarum situ.* Cf. Turneb. Adv. 26, 26.), sive amphitheatrum, in quo illi producebantur. Arenam enim murus, quo podium sustinebatur, claudebat atque ambiebat. Prudent. Peristeph. 6, 62. *Intrant interea locum rotunda Conclusum cavea.* Cf. *Sachsii „Gesch. u. Beschreibung der alten Stadt Rom.* II. p. 197. Huic similitudini porro inservit, quod *ru-*

diarii s. exauctorati interdum aut pretio aut sponte ad pugnandum inducebantur. Sueton. Tib. 7. Plin. H. N. 8, 7. Ceteroquin Schol. Cruq. bene: „*Antiquo ludo: alludit ad libros carminum*"; quare Cruquii interpretationem: „Cupis, o Maecenas, me continere in assueta jam inde ab adolescentia jocandi ludendique ratione" pro vera haberem, si Horatius v. 10. *versus* intellexisset solos ludicros atque amatorios. *Kirchnerus* ingeniose conjecit (*Qu. Hor.* p. 36.), Maecenatem Horatio jam senescenti (v. 8.) ideoque invito celebrandam carmine lyrico injunxisse Drusi Neronis Augusti privigni de Vindelicis a. 739. victoriam. In rem Propert. 3, 7, 3. *Maecenas — Quid me scribendi tam vastum mittis in aequor? Non sunt apta meae grandia vela rati.* Calpurn. Ecl. 8, 9, 10. *Hos annos canamque meam, mihi care, senectam Tu juvenis carusque deis in carmina cogis?* ibiq. Wernsd. II. p. 177.

V. 4. 5. *Non — agro.* Et aetatem senectuti propiorem et inde mutatam voluntatem sentiendique rationem, quae lusum poëticum missum faciunt, (v. 10.) sive serius sive jocosius praetexit Poëta. Perperam igitur *Haberfeldus*, *Sanadono* duce, intelligit ingenii vim, qua Horatius se imparem dicat carminibus scribendis; cf. v. 10 sqq. Od. 4, 10, 7. Epist. 2, 1, 108. et Morgenstern. *de Satirae atque Epist. Hor. discr.* p. 18. — Minoi in hisce verbis proverbium vetus videnti, ut: „Alia aetas alios mores postulat" non valde repugnaverim. Alia quidem, at non paulo diversa ratione *Ausonius* Epist. 9, 9 sqq.: *vetus mihi Paule sodalis, Assuefacte meis joculari carmine nugis. Aggrediar; quamvis curam non ista senilem Sollicitent frugique viro dignanda putentur.* — *Vejanius*, cujus nomen magis Italicum quam Romanum esse, Varrone auctore [R. R. 3, 16. p. 238. Bip. adde Orell. Inscr. nr. 2172], dicit Torrentius, fuit, Porphyrione interprete, *nobilis gladiator, qui post multas palmas consecratis Herculi Fundano armis, tandem in agellum se contulerat. Cujus exemplo dicit aetatem suam et propositum impediri, ne in scribendis iis carminibus perseverat.* Idem legitur in Auctario Schol. Cruq. a Dousa confecto p. 692. (Bothius perperam Acronem nominat). Bene de Vejanio ad v. 6. disputat Cruquius, quem vide. Templum Herculis Fundani memoratur a Vopisco in Floriano c. 4. et in quadam inscriptione ap. Orell. nr. 1539. Ut veteres quadam pietate permoti vel devotionis causa, vel in memoriam defuncti periculi vel ob mutatam vitae rationem intermissamque artem diis suis arma, ἀναθήματα, aliaque artis instru-

menta postibus templorum vel domuum suarum infigenda curabant, ita gladiatores emeriti arma aedibus Herculis, qui iis praeesse putabatur, suspendebant. Vid. Non. Marc. v. *vel* p. 781. Gothofr., Turneb. Adv. 6, 9. Lips. Saturn. 2, 23. Cf. Heffter. in censura progr. scholastici ab *Hartungio* „Ueber den röm. Hercules" Erlang. 1835. scripti, quae legitur in Jahnii Jahrbb. 1836. XVIII. p. 337. Bene affert *Haberfeldt*. Epigr. ex Anal. Br. *Δέξαι μ', Ἡράκλεις, Ἀρχεστράτου ἱερὸν ὅπλον, Ὄφρα ποτὶ στεπτὰν παστάδα κεκλιμένα γηραλέα τελέθοιμι.* T. I. p. 254. I. (Jacobs. Anth. gr. I. p. 187.) cf. ibid. p. 223. XII. (Jacobs l. l. p. 157). Locis in hanc rem [imprimis Serv. l. supra laud.] a me olim p. 10. atque a *Schmidio* laudatis adde Heind. ad Sat. 1, 5, 65. et Wernsd. ad Calpurn. Ecl. 8, 14. II. p. 177. De usu et locutione: *ad postes figere, postibus et in postibus figere* vid. Schmid. ad Epist. 1, 18. 56. Drak. ad Sil. Ital. 1, 617. ad Liv. 38, 43, 11. Broukh. ad Prop. 3, 7, 26. et Burm. ad Anth. lat. I. p. 207. — *latet abditus agro, λαθὼν ζῇ*, et gloria olim parta contentus et evitaturus imminens senescenti periculum v. 6. Quare dissentio a *Doederlinio* in *Synon.* IV. p. 51. Terent. Hec. 1, 2, 100. *Senex rus abdidit se.* Tib. 2, 3, 65. *Haud impune licet formosas tristibus agris Abdere,* ibique Huschk. et Dissen. Cic. Off. 3, 1, 3. *fugientes conspectum — abdimus nos.* Juv. 6, 237. *Abditus interea latet et secretus adulter.* Cf. Mitsch. et Peerlkamp. ad. Od. 3, 4, 38. Wernsd. ad Salej. Bass. Carm. ad Pis. v. 214. IV. p. 274. Voss ad Virg. G. 3, 96. — Nimis argute, ut singula singulis respondeant, *Cruquius* in hac comparatione Horatium Veneri posuisse vult lyram citharamque cum versibus lascivis, quum non minus cantionibus, lyra citharave ad puellarum molliendos animos quam gladiatoribus suis armis ad superandos adversarios opus sit.

V. 6. *Ne — arena.* Hoc dicitur et de gladiatoribus, qui vel fracti vel victi a populo vitam petituri se admovebant spectaculis, unde audiri possent et, Acrone atque Scholiasta Cruq. interpretibus, de iis, qui rudem portaturi ex media arena se ad crepidinem Circi conferebant. Inde *Turnebus* (Adv. 26, 26.), *Lambinus* aliique opinati sunt, Vejanium, utpote qui in arena saepe precario servatus, furtim ipse sibi rudem dedisset artemque desiisset, hic describi malum gladiatorem; sed totus sententiarum nexus nos adducit, ut credamus, Vejanium hic, ut Scholiastae interpretantur, potius laudari, vel quod toties victor tandem populum exoraverit plenam, ne

in certamen denuo revocaretur, missionem, vel quod gladiator olim fortissimus tum ob senectutem adventantem (v. 9.) arenae valedixerit, ne iterum ac saepius idque cum juniore et fortiore dimicanti vitae venia esset petenda. Hanc explicationem assensu comprobat *Jahnius*. Fecit igitur Vej. prudens, quod in alteram partem Xenophon Hist. Hell. 6, 3, 16. vituperationi dat athletis, qui post multas victorias *οὐ πρότερον παύονται, πρὶν ἂν ἡττηθέντες τὴν ἄσκησιν καταλύσωσιν*. Rem ipsam illustrant *Lipsius* l. l. 2, 21. *Ferrarius* l. l. p. 46; de amphitheatro, cujus infima pars arena in usum pugnae sparsa erat, erudite disserunt *Lipsius de Amphitheatro* c. 3. et *Stieglitzius* in „*Archaeologie der Baukunst*" II, 1. p. 314 sqq. cf. „*Pompeji*." Lps. 1834. I. p. 272 sqq. et p. 252 sqq. — Quibus rebus observatis sponte apparebit, alteram scripturam *exornet* a Lambino non improbatam, si rem ipsam remota similitudine spectaveris, Horatii modestiae verecundiaeque adversari. Cetera nequeo accedere ad sententiam viri cujusdam docti (ap. *Schmid*. p. 6.), qui Vejanium hunc a mimo tantum in scena actum ac repraesentatum fuisse parum probabili ratione arbitratur; gladiatores enim, imprimis, qui in arena superiores discesserant, in ore omnium fuerunt et ipsa saepe principum virorum ora in se converterunt, quod ex Lipsii libris Saturnal., ex inscriptt. ap. Orell. I. p. 447—453. atque ex ipso Horatio Sat. 2, 3, 310. 6, 44. 7, 96. 1, 7, 20. Epist. 1, 18, 19. satis intelligitur.

V. 7—9. *Est mihi — ducat.* Sunt, qui hunc monitorem per aures Horatii sonantem esse putent animae diviniorem partem, quae ex placitis philosophorum in auribus hominum habitare dicatur; sunt etiam, qui hic Apollinem aurem Poëtae vellicantem (Virg. Ecl. 6, 4.) significari affirment; sunt denique, qui genium, humanae naturae deum, intelligant; in re autem incerta certi quid definire non ausim. Dubitanti tamen occurrit Persius (5, 96): *Stat contra ratio et secretum gannit in aurem.* Locutio: *perpurg. aur.* orta videtur ex veterum medicorum more, *auriculas sorde dolentes* (2, 53) aceto infuso purgandi. Pers. 5, 86. *mordaci lotus aceto.* Id. 5, 63. *Purgatas inseris aures fruge Cleanthea.* Cf. id. 1, 126. Plaut. Mil. gl. 3, 1, 176. Auson. Epist. 4, 67. *Scillite decies si cor purgeris aceto.* Etiam Plutarchus II. p. 38. A. vult *ὦτα καθαρὰ καὶ λόγοις ἄθικτα φαύλοις*, quem locum scite comparat Fr. Jacobs. ad Prop. 2, 13, 12. *Blumenlese* II. p. 177. Vid. Cels. 6, 7. Plin. H. N. 20, 1. 28, 11. 29, 6. 32, 7. et in proverb. locutionem Erasm. *Adagg.* 2, 4, 94. In totum versum Lambinus et Hocheder. con-

ferunt Plat. Crit. c. 17. — Ille autem transitivo hujus verbi usu offensus explicat, comparans Od. 2, 7, 24. *deproperare* [?!], *sonare per* — At non desunt hujus usus exempla. Vid. Virg. Aen. 6, 417. 171. Petron. 121. Claud. in Eutrop. 2, 302. Sidon. Apoll. Carm. 9. Ab ipsa re non multum differt Lucian. Somn. 5. ἡ φωνὴ τῶν ἀκουσθέντων ἔναυλος. Plat. Menex. p. 235. οὕτως ἔναυλος ὁ λόγος καὶ ὁ φθόγγος παρὰ τοῦ λέγοντος etc. Cf. Cic. Epist. ad Div. 6, 19, 6. — V. 8. *Solve equum.* Homericum λύειν ἵππους ἐξ ὀχέων. V. 9. *ne ilia ducat.* Quint. Inst. 8, 3, 10. *Decentior equus cui astricta sunt ilia, sed idem velocior.* Bene Schol. Cruq. *il. duc., frequenter anhelet.* In ilibus enim equorum spiritus et fortitudo spectatur; anheli autem anhelitu latera pulsant, quare non explicaverim cum Xylandro, Bersmanno, Passovio aliisque: lumbos trahere, die Lenden schleppen, sed omni labore *anhelitum ducere* (Ovid. Met. 7. 555.) Sic. Virg. Ge. 3, 506. *imaque longo Ilia singultu tendunt,* et ibi Voss. *Alia hujus loquendi usus exempla exhibent Turneb. Adv. 17, 9. Barth. ad Stat. Theb. 6, 473. et Cort. ad Lucan. 4, 757. Cf. Wernsd. ad Stat. Silv. 1, 1, 49. p. 97. ed. Hand. Dixit Horatius, quod sensu quidem obscoeno Petronius c. 100. [*alioquin*] *anhelitu opus perdet.* Equus ejusmodi suspiriosus et debilis *peccat* (πταίει) *ad extremum,* quod *Ascensius* et *Cruquius* ante metam s. sub exitum curulis certaminis interpretantur, alii autem cum voc. *ridendus* conjungunt i. e. plurimum ridendus. Illud quidem ferendum est, sed melius ex usu communi explicandum: *postremo.* Sic ap. Cic. ad Attic. 2, 22, 1. 24, 2. Lael. 26, 10. Alia exempla suppeditat *Hand.* Turs. I. p. 131. In promptu est, alludi ad equum in ludis Olympicis vel Circensibus currentem, qui, ne parta olim gloria privetur, omni absolvendus sit certaminum genere. Origo hujus similitudinis petenda videtur ab *equo Ibycio,* qui multorum imitatione nobilitatus est, ut Enn. ap. Cic. Cat. maj. c. 5. (ibique Gernh. p. 30.). Virg. Ge. 3, 498. Ovid. Met. 7, 542. Tib. 1, 4, 31. (ibiq. Huschk. et Dissen.) Inde in proverbium venit (v. Zenob. Adag. 4, 41.) ἵππῳ γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε, ubi Schottus affert Virg. Ge. 3, 96. Vid. *Schneidewin.* ad Ibyci Rheg. Carm. Reliq. p. 106. Cf. de equis corona honestatis Bentl. ad Od. 4, 2, 18. Lips. Epist. Cent. 3, 26. Wernsd. ad Maximian. Eleg. 2, 60. VI. p. 328. — Horatium imitatus esse videtur Ovid. Trist. 4, 8, 19 sqq. *Ne cadat et multas palmas inhonestet adeptas, Languidus in pratis gramina carpit equus. Miles, ut emeritis non*

est satis utilis armis, Ponit ad antiquos, quae tulit arma, Lares. Sic igitur tarda vires minuente senecta, Me quoque donari jam rude, tempus erat. (Quo in loco noli mutare *et multus* in *et nutans* cum Burmanno ad Lotich. p. 345. 695.) — Cruquio etiam haec similitudo, ut vv. 4. 5., ad amores, in quibus seni quidem peccare et facile sit et turpe, pertinere videtur, et Minos (p. 166. ed. 1584) vel adeo hic remotiorem, cujus explicatio a verbo *ἱππομανεῖν* petenda sit, sentit sensum. At sunt etiam in comparationibus enodandis certi fines, ultra quos sapere omne delirat interpretum acumen. Quomodo in hujus vers. verba commentatus sit Nadermannus in *Commentar. in Horat.* Münster. 1835, hodie ignoro.

V. 10. Valde hic dissentiunt interpretes de significatu vocabuli *versus*. Sunt qui per *versus* et *ludicra* omnia lyrica indicari putent, sunt etiam, qui *versus* intelligant solos amatorios et *ludicra* jocos, convivia et id genus alia, sunt denique, qui versus interpretentur lyricos et *ludicra* Satiras. Sic Gesnerus, Sat. 1, 4, 139. et 10, 37. afferens. Idem fere sentit Klotzius in Lectt. Ven. p. 28. Suorum ipse verborum optimus interpres est Horatius Epist. 2, 2, 141—144. et 55—57. Cf. Od. 3, 26. 4, 1. Epist. 1, 14, 36. Vult enim, ut utar verbis Lambini hic rem acu tangentis, „omnino versuum faciendorum finem facere, jocos omnes, amores, convivia, nugas, res omnes ludicras denique omittere, sese totum ad philosophiam, tanquam vitae superioris emendatricem et omnium virtutum vitaeque adeo beatae effectricem, conferre." At ne mireris, Poëtam et *versus* quasi in ludicris i. e. levibus et nullius fere pretii rebus ponere, tenendus est ille poetarum mos, quo omnia, quae seriis operibus opposita sunt, *ludicra, nugas, jocos* et similia vocant. Vid. Heind. ad Sat. 1, 9, 2. Mitsch. ad Od. 1, 32, 2. Wernsd. et Barth. ad Vestrit. Spur. Od. 1, 1. III. p. 352. 366. Hand. ad Stat. Silv. I, p. 12—14. Cf. Doederl. *Synon.* II. p. 32. III. p. 87. Horatius autem, quum Epist. 2, 1, 111. *Ipse ego, qui nullos me affirmo scribere versus, Invenior Parthis mendacior* dicit, hic et aliis locis cavisse videtur, ne quis amicorum ipsi injungeret poëmatum faciendorum munus, neve vulgari ipsum poëtarum gregi ascriberet, quod bene docet Wielandii subtilissima ad hunc locum observatio. Cf. etiam Torr., Fr. Jacobs. *Verm. Schrift.* V. p. 198. et Riedel. ad Epist. 2, 1, 93. Cum re compara Claud. (seu quisquis fuit) contra Poëtas vanos v. 14—19. *quondam decuerunt ludicra parvum. Nunc animis gravior, quantum provectior annis Aspernare leves maturo*

corde Camenas etc. Pari elegantia, quanquam alia de re Cic. ad Attic. 2, 5. *Sed quid ego haec, quae cupio deponere et toto animo atque omni cura φιλοσοφεῖν? Sic, inquam, in animo est. vellem ab initio.* Interpretationem autem de verbo *ponendi* i. e. deo cuidam versus consecrandi, quemadmodum Vejanius sua Herculi consecraverit arma, a me olim propositam lubenti animo retractatam nunc volo. De particula *itaque* rarius sic posita vd. Hand. Turs. III. p. 510.

V. 11. 12. *Quid — possim.* Poëta philosophus suum studium operamque non in res obscuras easdemque non necessarias confert, sed omnem curam ponere dicit in rebus cognitione dignis et honestis (ut *verum ac decens*, sic *rectum et verum*. Epist. 2, 2, 44. 45., et *pulchrum* Epist. 1, 2, 2.), quas ita in thesaurum *congerat* atque *ordinet*, ut eae ipsae *mox*, primo quoque tempore, prouti usus ferat, in vitam transferantur. Similiter Seneca Epist. 108. *auditionem philosophorum lectionemque ad propositum vitae beatae trahendam: non ut verba prisca aut ficta captemus et translationes improbas figurasque dicendi, sed ut profutura praecepta et magnificas voces et animosas, quae mox in rem transferantur.* Bene hoc dicitur in eos philosophos, *qui* eodem Seneca interprete (ib. 88.) *diligentius sciunt loqui, quam vivere.* Verbum autem *condo* hic non tam notionem *abdendi* habet, quocum hunc locum componit Doederlinius in *Synon.* IV. p. 51., quam *colligendi*, notione diligentiae adjuncta et metaphora a frumentis colligendis servandisque (Epist. 2, 1, 140.) desumpta; ubi vide Schmid. et, quem laudat, Broukh. ad Tib. 1, 1, 42; cf. Barth. Adv. 2, 17. Cui interpretationi non repugnat metaphoricus v. *deprom.* usus, ut est ap. Cic. Fin. 3, 4, 10. *e locis, quasi thesauris, argumenta depromere.* *Minos* allegoriam a cella vinaria sumptam dicit; quodsi *expromere* ad commodum aliorum promovendum refert, me quidem non habet assentientem. Verbi *comp.* plura exempla suppeditat Broukh. ad Prop. 1, 9, 3. *Haberfeldt.* et *Wieland.* ad istam de formica et cicada fabulam hic alludi opinantur. Quicquid est, *verum* aut indicat eam philosophiae partem, quae in contemplatione rerumque cognitione sita est et *decens*, πρέπον ἢ προσῆκον, quae de moribus praecipit (Cic. Offic. 1, 27, 94.) ut observant Turnebus (Adv. 26, 26.) et Torrentius; aut in universum utroque vocabulo morum disciplina intelligitur, ut volunt Rappolt., Pflugradt. (*de Horatii philos. Stoica* p. 29.) et Mitscherlich. ad Od. 1, 28, 14. Idem sentit etiam Cruquius, *verum*

interpretans verum animi bonum, τὸ καλὸν τοῦ βίου, vitae decorum, ut Euripid. ἐπιμεληθῆναί τινος καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ. Usus quidem loquendi hanc explicationem (Sat. 2, 3, 43. 208. Epist. 1, 7, 98.) haud sane damnat, si recte intellexeris Horatianum similia sine pleonasmo conjungendi morem, de quo vid. ad Epist. 1, 2, 60. Ne autem haereas in particula *atque*, quae res diversas vel genus et species conjungere ab Hochedero dicitur, vid. *Hand.* in *Tursell.* 1. p. 464. — *curo* apposite, quatenus ipse secum meditatur de rebus honestis, ut Epist. 1, 4, 5. 12, 15. Cf. Sat. 2, 6, 72—76. 1, 3, 76 sqq. — *rogo*, quatenus ab aliis se vult edoceri, Epist. 1, 18, 96 sqq. Aliter tamen vir doctus quidam in Jen. Lit. Z. 1829. nr. 110. p. 396: *curo*, quoad Poëta has res dicat res maximi momenti quaeque ad se maxime pertineant, *rogo*, quoad de iis meditetur et cogitet. — *omnis in hoc sum*, ut Lucian. Hermot. c. 2. (IV. p. 3. Bip.) οὕτως ὅλος εἶναι ἐν τῷ πράγματι. De hoc Graecorum usu vid. quos laudat Stallb. ad Plat. Phaed. c. 35. p. 112. et de imitatoribus Latinis Heind. ad Sat. 1, 9, 2. Lachm. ad Prop. 2, 1, 10. Bach. ad Ovid. Met. 13, 546. Quod hic dixit *omnis* pro *totus*, dubito num distingui voluerit, ut Doederlinius meus in *Synon.* IV. p. 358, vere quidem, docet. Poëtae singula saepe verba non curant. Sic etiam non video illam, quam Torrentius vidit, in ambiguitate verborum *cond.* et *comp.* pariter de versibus faciendis usurpatorum elegantiam. Eleganter vertit Göller totum h. loc.: τοίγαρ ἐῶ τά τε λοιπά νυ παίγνια, τήν τε ποίησιν, ἀλλὰ τὸ ὄν τε πρέπον τε μέλει· ὅλος εἰμὶ πρὸς αὐτοῖς, οἷς τε τάχ' ἂν χρῶμαι, ταμιευόμενος συναγείρω.

V. 13—15. *Ac ne — deferor.* Hoc Poëta irrisioni Maecenatis sui occursurus (recte observante Wielandio) dixisse videtur. Philosophiae quanquam apud Romanos suus per Scipiones et Laelios restitutus erat honor, multi tamen, qui illo tempore ei nomen dederant, sapientiae vel non vere studiosi (Cic. de orat. 2, 5, 21) reperiebantur vel tanquam interpretes, *sub aliena umbra latentes* (Senec. Epist. 33) verba magistri mordicus tenebant, ut philosophi nomen viris elegantioribus et delicatis, qualis erat Maecenas, suspectum quodam modo esset. Huc accedebat, quod multi, qui philosophiam tum profitebantur, imprimis Graeci Romae versantes, tum morum vel morositate vel scurrilitate (Boettig. Sabin. p. 286. 312), tum inanitate opinionum disputationumque et futilitate distinctionum labem quandam philosophiae asperserant. Ex quibus rebus effectum est, ut Romanorum multi philosophiae studia ut otiosorum Grae-

corum oblectamenta vel contemnerent, vel leviter curarent et vel adeo irriderent. Quare Seneca non honorificum hujus rei testimonium dicit in Epist. 5: *Satis ipsum nomen philosophiae, etiamsi modeste tractetur, invidiosum est.* Vide quae hac de re disputarunt Graev. et Beier ad Cic. Off. 2, 1, 2. et quos hic affert in censura libri: *M. Tullii Ciceronis in philosophiam ejusque partes merita auct. Kühner.* in Jahnii „Jahrbb." 1826. I, 2. p. 339 sqq., imprimis Tennemanni „Geschichte der Philos." V. p. 400. Cf. Bardilium in Hauffii Philolog. II, 1, p. 68 sqq., Hand. in Encyclop. Halensi Sect. 1. XVII. p. 226 sqq. et quos laudat Baehr. in „Geschichte d. röm. Literatur" §. 293 sqq. Hinc verbum illud quadam ironiae nota insigne. — *tuter* de eo, qui non tam *rationis momenta,* quam *auctoritatis in disputando* quaerit, quique totus pendet a *duce* in ejusdemque prudenti auxilio acquiescit. — *duce.* Sic Phalerid. Epist. 107. *Ἀσκληπιὸς* — ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν, ibiq. Lennep. p. 338.; quod nomen imprimis honorificum summi post Stoam ortam doctoris erat, vel praesidis cujusdam philosophorum scholae; (vid. Osann. Beiträge zur Gr. u. Röm. Literatg. I. not. 80. et cf. Kuinoel. ad Matth. 23, 8. 9.). Hinc Lucret. 1, 639. *Heraclitus init quorum dux proelia primus.* Quintil. Inst. 5, 13, 59. *Ideoque miror, inter duos diversarum sectarum velut duces non mediocri contentione quaesitum.* Prop. 3, 20, 26. *Illic vel stadiis animum emendare Platonis Incipiam aut hortis dux, Epicure, tuis;* ibique Broukh. — *lare,* ut Od. 1, 29, 14. *Socratica domus* et Cic. de Divin. 2, 1. *familia Peripateticorum.* Sidon. Apollin. Epist. 4, 1. *vere intra Eusebianos lares talium te quaedam moneta susceperat disciplinarum, cujus philosophica incude formatus, nunc varias nobis rerum sermonumque rationes-pandebas.* Apposite in totum locum Seneca Epist. 33.: *Adjice nunc, quod isti, qui nunquam tutelae suae fiunt: primum in ea re sequuntur priores, in quo nemo non a priore descivit: deinde in ea re sequuntur, quae adhuc quaeritur.* — V. 14. Animadverte primum breviloquentiam, qua in talibus enunciatis est intelligendum: *scito,* v. Heind. ad Sat. 2, 1, 80. et Bach. ad Ovid. Met. 7, 520., deinde quaeras mecum, unde haec similitudo petita sit. Scholiastae Acron et Cruq. eam a militia, quod milites in verba ducis jurarent, ductam volunt; ego quidem rem gladiatoriam ut olim, sic hodie intelligo. Solet enim Hor. in metaphora aliqua interjectis aliis rebus pergere vel eam ipsi rei immiscere. Exempla aliquot dedi in Seebodii Archiv. 1833. II, 4. p. 585 sq. cf. Acro et Schol. Cruq, ad v. 16. *civ. und. Addictus*

quidem, alioquin verbum forense (R. Klotz. ad Cic. Tusc. 2, 2, 5.), etiam hic valet; Petron. 117. *Uri, vinciri, verberari ferroque necari; et quicquid aliud Eumolpus jussisset, tanquam legitimi gladiatores domino corpora animasque religiosissimi addicimus.* Heind. ad Sat. 2, 7, 58. Et sic omnino *se addicere* i. e. in servitutem se tradere (vid. Ruhnk. ad Vellej. 2, 18.) quod erat eorum, qui homines liberi, ut gladiatores fierent, se *auctorabant* (Eichstad. ad Ruhnk. Antiq. Rom. XX. p. 5. not. 48). Etiam *magistrum* gladiatorum habes ap. Cic. de Orat. 3, 23, 86. Ceteroquin scite observavit *Eichstadius* (l. l. not. 50.) multas loquendi formulas agendique rationes ex *ludis gladiatoriis* ad scholas vel majores vel minores translatas esse. Seneca quoque in re non valde dissimili eadem utitur allegoria in Epist. 37. Formulam jurandi ipsam et militum et gladiatorum suppeditat J. D. Casellius (Variar. 1, 8.) in Grut. lamp. crit. III. p. 202. His positis luce clarius apparet, quam festive Poeta suam sentiendi libertatem declaraverit, qua ut *discipulus magistri* placita pro oraculis habere nollet, minime faciens cum iis, qui in illa αὐτὸς ἔφη auctoritate praesidium quaererent. Cf. Hemsterh. ad Lucian. Nigrin. 28. In rem olim attulimus Cic. Tusc. 2, 2. *nosque ipsos redargui refellique patiamur, quod ii ferunt iniquo animo, qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi a d d i c t i et consecrati sunt eaque necessitate constricti, ut etiam quae non probare soleant, ea cogantur constantiae causa defendere.* Cf. ibid. 4, 4. Seneca de Vit. b. 3. *non alligo me ad unum aliquem ex Stoicis proceribus. Est et mihi censendi jus* — et Epist. 33. *Non sumus sub rege, sibi quisque se vindicat. — At contra scire, est, et sua facere quemque, nec ab exemplari pendere et toties magistrum respicere.* Ibid. 12. *Perseverabo Epicurum tibi ingerere: ut isti, qui in verba jurant nec, quid dicatur, aestiment.* Ibid. 45. Quintil. Inst. 3, 1, 22. *Neque enim me cujusquam sectae, velut quadam superstitione imbutus, addixi.* — Quanquam Poeta his ipsis fere verbis se professus est philosophum ἐκλεκτικὸν, Lambinus tamen quandam hic videt professionem Academicorum, quorum fuerit *nulli rei assentiri.* Cruquius contra „An autem," inquit, „ut quidam sentiunt, Horatius hic Academicis ascribendus sit, judicet lector; mihi certe non apparet, nisi eum de nova Academia fuisse Arcesilamque secutum, (?) nihil certo asseruisse judicemus: qua in opinione eum pugnantia dicere necesse est, ut qui in nullius magistri verba jurare se scribat." Rursum *Heinsius* Poetam in iis eclecticis ponit, quorum dux fuerit Potamo

Alexandrinus, Augusto fere aequalis. Frustra. Iniquissime autem Poetae rationem philosophandi pervertit atque exagitat *J. Casaubonus* in Prolegom. ad Pers., ubi inter alia „Parum sibi constat," ait, „nec fidelem virtutis magistrum agit. Passim enim in aliena transit castra, non tanquam explorator, sed tanquam transfuga. Saepe Stoicum dicas: saepe Epicureum, aut Aristippeum: saepe vero de Anyti et Meliti aut Aristophanis gente prognatam: adeo frequenter et acerbe Stoicos, penes quos solos illa aetate sapientiae magisterium fuit, sugillat et irridet, neque dubitandum est, qualem videmus in ipsius scriptis, talem fuisse in vita quoque inconstantiam. Scripsit enim sicuti vixit." Sed ut taceam, multa perperam intellecta, multa alia jocosae poeseos generi danda esse, ut v. 12—19, vid. qui rectius judicant *Rupert.* ad Iuv. I. p. CXXXI sqq. (1801), *Koenig.* de Sat. Rom. p. 62 sqq., *Wieland.* ad h. loc. p. 39—45., *Capmartin de Chaupy Découverte de la maison* etc. III. p. 338 sqq. *Manso* in „*Nachtraege z. Sulzers allgem. Theor.*" IV. 2. p. 473—481. Cf. Campenon: *Essai sur la vie et les écrits d'Horace*. I. p. XXXIX sqq. et quae nos ipsi diximus p. 21. edit. 1. Alios laudat *Baehr.* in *Geschichte der röm. Lit.* §. 104. not. 7. Ante omnes tamen de omni re subtilissime judicat *C. Passovius* in dissertatione: „*Leben und Zeitalter des Hor.*" p. XIV. XVII—XXX. Cf. Bernhardy. *Grundriss d. Röm. Lit.* p. 238. et A. Arnold: *Des Horaz Brief an die Pisonen.* Berlin 1836 p. 2. Lübker in progr. scholast. Schleswig, 1837. p. 5. sq. „*Zur Charakteristik des Horaz.*" — Num H. in allegoria v. 15, qua mira vis inest in verbo *hospes* a Vossio nostrate neglecta (Passov. l.l. N. 57.), ad Platonis in Theaeteto ἀνερμάτιστα πλοῖα, quibuscum ii comparantur, qui certum tenere cursum nesciant, respexerit, ut ait *P. Petitus* in Misc. Obss. 4, 3. p. 249., aliorum sit judicium. Similiter Cic. Acad. 2, 3, 8. *ad quamcunque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam, tanquam ad saxum, adhaerescunt.* Cruquio ad Phocylid. 112: καιρῷ λατρεύειν, μητ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισιν allusum esse videtur. De verbo *deferri* legitimo de navigantibus dixit Ruhnken. ad Vell. 1, 1. et de constructione: *addictus-deferor* recte Schmidius.

V. 16. 17. *Nunc agilis-satelles. Hochederi* ad hunc locum observatio, his versibus et 18. 19. tantummodo animi agitationem, qua Hor. se dederit studiis philosophiae, significari, ex parte tantum vera est. Etenim quum ait v. d. „denn warum sollte einer, der selbst Platons Republik studiert, nicht sagen dürfen, *er tauche unter* (wie früher: omnis in hoc sum) *in den Wogen des bürgerlichen Lebens.*

Es liegt darin eben nur, so wie in dem Folgenden, eine Andeutung dessen, was seinen Geist beschäftigt, nicht seines äussern Lebens," eum fugit Poëtae festivitas et ingenii ratio, a nostratibus „*Humor*" appellata, qua is rebus internis immiscet externas i. e. suam ipsius agendi vivendique rationem (Sat. 2, 6, 33. 61. 62. Epist. 1, 7, 36. 14, 17. 2, 2, 65. 70.), uti apparet ex locutione *furtim relabor* et *subjungere conor*. Sic alibi sua sensa immiscet atque intexit alienis, ut Epod. 2., quod mirum in modum multos delusit atque fefellit interpretes. Quare sensus ita procedit: Philosophus sum, nulli quidem sectae addictus, *nunc* cum Stoicis affirmo, generi humano obnixe inserviendum esse et totum me trado rebus gerendis, *nunc* etc. Vides, quam festive in his vv. jocatus sit Poëta jocis natus. — *agilis*. Ad Hochederi interpretationem accedere videtur Piscator: Evolvo libros Peripateticorum aut Stoicorum, qui sapienti praescribunt, quomodo se gerat in administranda republica. Melius Acro et Schol. Cruq.: „facilis et mobilis, diversa appetens" etc. Hinc bene *versor*. Nam si Schmidius, qui *mersor* tanquam consequens adjectivi *agilis* accipiendum docet, comparat Epist. 1, 7, 85. 2, 22. Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 1. Catull. 63, 13. 64, 62 aliosque locos, ne sic quidem ferendam arbitror istam scripturam, quippe quae exstinguat levem illam ironiam, quae sub voce *agilis* latet; cf. Doederl. Synon. I. p. 123. Nam is, qui sponte *agilis* factus est, optime *versari, στρέφεσθαι, κυλίνδεσθαι civ. und.* dicitur, quatenus eum *aliena negotia centum, quae per caput et circa latus saliunt* (Sat. 2, 6, 23—39.) agitant, huc illuc trahunt et, non sine aliquo ipsius periculo, rapiunt atque vexant. Inde evanescit omnis tautologia, quam vir doctus quidam in verbo *versandi* videre sibi visus est in Jen. L. Z. 1814. nr. 177. At ne quis de latinitate verbi illius sine *in* usurpati dubitet, quod accidit *Doeringio* et *Hochedero*, habeto haec exempla: Catull. 50, 12. *sed toto indomitus furore lecto Versarer.* Prop. 1, 14, 21. *miserum toto juvenem versare cubili.* Id. 2, 1, 45. 18, 47. Tib. 1, 5, 70. *Versatur celeri Fors levis orbe rotae.* Ovid. Met. 7, 279. *vetus calido versatus stipes aëno.* Id. 8, 668. Senec. Hippol. 523, *duro membra versantem toro.* Plura hujus verbi exempla vid. ap. Broukh. et Burm. ad Prop. 3, 9, 1. 2, 21, 17. Graev. ad Cic. Lael. 26. Heusing. ad Nepot. Attic. 9, 4. Taubm. ad Plaut. Pers. 5, 2, 17., cf. Bentl. ad Epist. 2, 2, 90. Eadem constructione legitur *jactari* ap. Ovid. Trist. 3, 2, 15. *ventis dubius jactabar et undis.* Cic. ad Attic. 1, 18, 9. *Nunc vides, quibus fluctibus jacte-*

mur — de iisdem rerum civilium negotiis. Vides igitur, uti versari bene respondeat homini *agili*, ita *mersari* magis convenire *actuoso*, qui in fluctibus officiorum civilium se quasi obrui patitur. Huc accedit, quod Poeta et alibi res similes componere solet, ut altera proprie, ut dicitur, altera per translationem quandam efferatur, veluti Sat. 2, 6, 17. *Satiris Musaque pedestri.* Epist. 2, 2, 60. et 80., ubi male interpretantur Bentlejus et Mitscherl., Od. 3, 21, 18. 24, 13. al. Cf. *Lübker.* l. l. p. 6., qui verb. *vers.* ex ipsa poëtae philosophia subtiliter tuetur. In rem Senec. Epist. 82. *non satius est vel sic jacere, quam istis officiorum vorticibus volutari?* Cic. de Rep. 1, 1. *in his undis et tempestatibus ad summam senectutem maluit jactari, quam in illa tranquillitate atque otio jucundissime vivere.* Nep. Attic. 6, 1. *Atticus in republica ita versatus est, ut semper optimarum partium et esset et existimaretur, neque tamen se civilibus fluctibus committeret, quod non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se his dedissent, quam qui maritimis jactarentur.* Saepe sic turba civilium negotiorum cum undis et fluctibus comparatur, vid. Schmid. ad Epist. 2, 2, 85. coll. 2, 1, 102. Cic. pr. Planc. 4. 6. pr. Milon. 2. Inde Porphyr. ad Marc. 5. μηδὲ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν περιεστώτων ἀλλοτρίων ἀπαυδήσασαν, ἔκδοτον σεαυτὸν τῷ σύροντι ποταμῷ τῶν πραγμάτων ἐᾶσαι, ibiq. Orell. in Opusc. Gr. 1. p. 612. Vestrit. Spur. Od. 1, 14. *Nos sero pelagus vicimus invium*, ibi Wernsd. III. p. 355.; id. 2, 17; quare Graeci laudant ἀκύμονα βίον, vid. Steph. Schediasm. 2, 19. Sensum totius metaphorae non satis perspexit Porphyrio explicans: *und. civ. inter Stoicum et Epicureum jactari se ait.* Male etiam *Minos*, *Bondius* et novissimus Bipontinae editor in voc. *agilis* Peripateticum, uti *Batteux* vv. 16. 17. Antisthenem, Cynicorum principem, vident significari. Immo H. et hic et v. 17. potius vult Stoicum seu unum ex iis, *qui* ut ait Cicero Orat. post red. 2, 6, 14. *ad laborem, ad industriam, ad pericula pro patria obeunda adhortantur.* Stoici enim appetentissimi erant civilium negotiorum, vid. Cic. de Fin. 3, 20. Senec. de vit. beat. 30. Tacit. Ann. 14, 57. Stob. Eclog. 2, 7. p. 224. ed. Heer. Lucan. 2, 382 sq. Cf. *Kühner de Cic. in philos. merit.* p. 18. — V. 16. *virt. ver. cust.* i. e. aut virtutis omnino sincerae et nulli neque tempori neque cupiditati servientis aut ejus virtutis, quae magis ex Poetae ipsius quam ex Stoicorum sententia hac de re subtilius disserentium (Cic. Offic. 3, 3. Beier. p. 205 sq. et ad 1, 15, 46. Gernh. ad Parad. 3, 1, 21. et ad Lael. 5, 18., Matth. ad Orat. pr. Muren. 31, 65.) *vera* dicitur, i. e.

virtutis usui vitaeque communi, quam maxime fieri potest, accommodatae; quae interpretatio, si observaveris Horatii aliorum verba suo ipsius modo sensuque interpretandi usum, ut 10, 12. 16, 78., et notione *veri* (Heind. ad Sat. 1, 3, 97. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 92. et Ellendt. ad Cic. Brut. p. 163) et fere Horatii ipsius verbis Epist. 1, 6, 15. 16. 18, 8. 9. egregie firmatur. — *custos*. Sic Antipater Sidonius septem sapientes σωφροσύνας φύλακας appellat in Delect. epigr. gr. ed. Jacobs. p. 119. Aristot. Ethic. 5, 6. ἔστι δὲ ὁ ἄρχων φύλαξ τοῦ δικαίου. — *rigidusque satelles.* Quanquam ex Piscatoris sententia hoc epitheton satellitum gestum videtur notare, qui erecto minimeque flexo collo incedunt, bene tamen et rem ipsam attingit. Sed quum *rigor* irremissa propositi regula sit, errant, qui hic *praeceptum omnia peccata aequaliter puniens* inveniunt. Eadem fere sententia Sat. 2, 1, 70. Liv. 39, 40. *Cato-invicti a cupiditatibus animi et rigidae innocentiae.* Senec. Epist. 71. *Flexuram non recipit* (virtus), *rigida est, amplius intendi non potest.* Id. ad Helv. 12. *Stoicorum rigida ac virilis sapientia.* Lucan. 2, 389. (Cato) *Justitiae custos, rigidi servator honesti;* ibique Cortius, qui plura afferet. Sidon. Apollin. Carm. 7. p. 315. Elmenh. *Rigidum sic Pyrrhe videbas Fabricium.* Cic. de Fin. 2, 12, 37. *Epicuri-virtutes-voluptatum satellites.* Simili elegantia poetae (Epist. 2, 2, 230.) *virtutis aeditui* vocantur. — Ceterum errat hic bonus *Gesnerus,* quum *rigidus* ad utrumque substantivum ob particulam *que* referri opinetur. De ipsa relatione, quae alia de causa fieri potest secundum annot. ad v. 41., nunc non quaero, at collocationis partic. *que* alia est ratio; vid. Heind. ad Sat. 1, 6, 43., quem errasse minus recte censet Dissen. ad Tib. 1, 1, 51. Cf. eund. ad 1, 10, 51. Bach. ibid. 1, 1, 40. Sillig. ad Cir. 325. et qui accuratissime de hac re disputavit *Wellauer.* in Additam. ad Vechn. Hellenol. in Seebodii Archiv. 1832. I, 3. p. 394 sqq. — —

V. 18. 19. *Nunc in Aristippi-conor.* Poeta *nunc* suo arbitrio sibique vivere (Passov. l. l. nr. 63.) dicens Stoicis, *qui non sibi, sed toti genitos se credebant mundo* (Lucan. 2, 383) opponit Aristippum, qui nec magna, nec parva curans sibi uni studebat quique *rerum imperiis hominumque Tot tantisque major* incedebat, ut *omnis eum deceret color et status et res* (Epist. 1, 17, 23. cf. Sat. 2, 3, 100). Hinc festive: *mihi res, non me rebus* i. e. ego ad illius exemplum, qui *Sapientem omnia sua causa facere* dicebat, „omnia ad me tanquam lineas ad centrum conversa volo, non me ad omnia," res dulces et jucundas intimo tenens amplexu. Aliter Lambinus, quem vide.

Coste sive quicunque est, cujus verba communicat cum lectoribus in ed. *Tarteroni:* „Horace, à l'imitation d'Aristippe, tâche non de s'accommoder au cours des choses, mais de faire, que les choses contribuent à satisfaire ses désirs.“ Facete ludit Poeta in his verbis, quum contra Stoici *se rebus subjungere* i. e. ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν vel, ut ait Seneca de Clement. 2, 5., *nec sibi tantum, sed universis singulisque consulendum* docerent. Itaque errant, qui ut v. 16. Peripateticum, v. 17. Stoicum, v. 18. Cyrenaicum, sic v. 19. Academicum putant describi aut cum Fabricio et *Piscatore* in v. 19. nihil vident nisi Poetae professionem, qua se nolit sententiis philosophorum summittere serviliter. De Aristippo, quem veteres interpretes quasi antesignanum Epicureorum, ita ut ipse Horatius se professus sit hic talem, positum volunt, vid. praeter Wieland ad h. l. et ad Ep. 17, 21. Diog. Laërt. 2, 65 sqq. Perizon. ad Aelian. V. H. 9, 20. 14, 6. 7, 3., Beier ad Cic. Offic. 3, 33 et Krugii Geschichte der Philos. alter Zeit §. 71 sqq. Cf. Flögel in: Geschichte der Hofnarren p. 135 sqq. — *furtim relabor,* vel, quod equidem praefero, sensim et paulatim, ut Epist. 1, 10, 25., quum ne quis sibi inconstantiam, qua diversas complexus sit sectas, vitio vertat, tum ut inclinatum se atque propensum ad Aristippi doctrinam jocose indicet, vel, *clam,* suasore Cicerone de Orat. 3, 17. *Sunt enim et boni viri, et, quoniam sibi ita videntur, beati: tantumque eos admoneamus, ut illud, etiamsi est verissimum, tacitum tamen, tanquam mysterium, teneant, quod negant, versari in republica esse sapientis.* Minus bene Dorighello: *imprudenter.* Nimis etiam definite, insistens Scholiastarum vestigiis, *Cruquius:* „sector voluptatem — sed *furtim* h. e. non more nepotum publice, cum infamia turpiterque, sed occulte, λάθρα, nec id nisi paucis amicis ejus rei consciis.“ Generatim *Torrentius* totum locum sic explicat: „Nec abs re est, quod *furtim* in *Aristippi praecepta relabi* se dicit, quum in aperto virtutis tanquam satelles quidem incederet: Stoicorum enim, qui omnia in virtute ponunt, disciplina lucem amat; voluptas quaerit quo se abscondat: consulendum autem publice honestati.“ Similiter Hocheder. At si hic *relabi* ad *und. civ.* (Virg. Aen. 10, 307) refert, aliter sentio; dictum est enim ut ap. Cic. Acad. 2, 45, 139. *labor eo, ut assentiar Epicuro aut Aristippo; revocat virtus.* — *Subjungere*, ὑποζευγνύναι, metaphora a boum jugo ducta, majorem habet et gravitatis et festivitatis notionem, quam scriptura *summittere.* Virg. Aen. 8, 502. *Nulli fas Italo tantam subjungere gentem.* Sic *Phariis subjungere regnis* in incerti

auctoris *de victoria Actiaca* carmine, qua dictione hunc locum magis firmatum iri opinatur Fea I. p. XXIII. ed. Both. Torr. comparat Cic. de Orat. 1, 50. *omnes artes oratori subjungere.* Adde Verr. 2, 1, 21.

V. 20—26. Quod, quam aegre ferat omnem suorum studiorum moram, multiplici eaque joculari declarat Poeta similitudine, tecte monere videtur Maecenatem, ne se ad ludicra poeseos juvenilibus annis danda revocare velit. — Francogalli illi quidem, quorum supra fecimus mentionem, prima similitudine ab *amica* i. e. muliere inpudice amata (Epist. 1, 15, 21. Sat. 1, 5, 15) amatorem deludente (Sat. 1, 5, 82) petita offensi delicate mutaverunt ipsa Horatii verba. *Nox longa - diesque longa videtur* dictum ut Ovid. Metam. 4, 40. *quod tempora longa videri non sinat.* Cic. ad Attic. 12, 5. *horae, quibus exspectabam, longae videbantur.* Liv. 3, 2, 10. *His vocibus irritatus miles in diem posterum in castra reducitur, longam venire noctem ratus, quae moram certamini faceret.* ibiq. Drak. Seneca de Brev. vit. 17. *Illud quoque argumentum non est, quo putes diu victuros, quod saepe illis longus videtur dies: quod dum veniat condictum tempus coenae, tarde ire horas queruntur.* Epist. 122. *Nullus agenti dies longus est.* Ovid. Met. 1, 273. *longique labor— anni.* Claud. de Nupt. Honor. 14. *Incusat spes aegra moras, longique videntur stare dies.* Cf. Bentl. et Peerlkamp. ad Od. 1, 25, 7. Cort. ad Sallust. J. 64, 6.

V. 21. Errat *Dacerius,* qui *opus* pro *opera* usurpatum dicit. Etenim *opus* inprimis debent aut servi aut, quod malim cum Scholiasta Cruq., mercenarii, qui *operi rustico* perficiendo conducuntur, cf. Od. 3, 17, 16. Ep. 2, 1, 142. Ita Graeci: *ἔϱγον*, *ἐϱγάτης*, *ἐϱγάζεσϑαι.* Vid. Graev. Lectt. Hesiod. c. 10. p. 50. Ruhnk. ad Terent. Eun. 2, 1, 14. Mercenariis quoque in agro colendo usos esse Romanos docet Varro R. R. 1, 17. *Opus* etiam pro quocumque laboris effectu dici, res nota; v. Doederl. Synon. I. p. 112 sq. Proinde non repugnaverim, si qui aliter hunc locum explicarint. Ceterum miror, tot viros doctos Bentlejum repetito vocabulo *longa* offensum secutos esse, quum inter omnes constet, veteres scriptores non modo non tales repetitiones evitasse, sed saepe etiam quaesivisse, ut orationi majorem adderent gravitatem et librarios, hujus usus ignaros, audacter mutasse verba. Sic Tib. 3, 6, 53. *Quam vellem longas tecum requiescere noctes Et tecum longos pervigilare dies,* et ibi Heyn. et Huschkius. Similem errorem erravit Bent-

lejus ad Epod. 10, 8. et Epist. 6, 60; vide ibi annotata nostra in ed. Schmidii; haeserunt in repetito vocab. *rura* Bothius et Wakef. ad Od. 4, 5, 17. 18.; sed recte vident Conzius et B. O. in Seebodii Archiv. 1825. IV. p. 660., haeserunt etiam in repetitione *gens* Burm. et Both. ad Od. 1, 3, 28., sed multis multorum exemplis saniora docet Jahnius, itemque ad Virg. Aen. 1, 315. 8, 283. 10, 465. 12, 858. ad Ovid. Met. 15, 104. ed. Gierig.; haeserunt denique Cort. et Jever. ad Lucan. 1, 170. propter adject. repetitum *longa,* sed veriora attulerunt Heller., Wellauer., alii. Hic locus tamen tam amplus est, ut vix perstringi queat. Itaque videndi sunt *Jacobus* in Krit. Bibl. 1822. p. 1032, ubi hic locus, de quo omnis institutus est sermo, pluribus exemplis vindicatur; Bach. et Dissen. ad Tib. 1, 1, 6. 3, 4, 32. C. F. Weber. ad Lucan. II. p. 625. E. G. Weber. ad Juv. 14. p. 366. Sillig. Epist. crit. p. 71. Fr. Jacobs. ad Lucret. 2, 1. 6, 53. p. 313. et 362, in Blumenlese etc. Drak. ad Sil. 1, 618. Burm. ad Val. Fl. 2, 254. Harl. ad eund. 5, 468. Burm. ad Prop. 1, 5, 32. 7, 23. Mart. Lag. ad Lucan. 4, 741. Cort. ad eund. 3, 435. 1, 24. 45. Misc. Obss. I. p. 70. 93. VI. p. 319. X. p. 33. 49. Wopk. Lectt. Tull. 1, 13. p. 105. ed. Hd. et in Misc. Obss. nov. II. p. 12. Staveren. ibid. VI. p. 521. Hand. ad Stat. I. p. 269. Weichert. Dissert. *de versib. aliquot Virg. et Val. Flacci injur. suspectis etc.* p. 97 sqq. Bach ad Ovid. Met. 2, 485 et quos laudat locos T. II. p. 621. Wellauer. ad Aesch. Choeph. 236. et ad Apollon. Rhod. 1, 234. Conf. Drak. ad Liv. 1, 3, 9., Ruhnk. ad Vellej. 1, 2. Oudend. et Herzog. ad Caes. b. Gall. 1, 3. Kritz. ad Sall. Cat. 9, 4. J. A. Ernesti Opusc. philol. p. 132. Jacob. in Quaest. Lucian. ad Toxar. p. 30. et Paldamus in Progr. *de repetitione vocum in sermone Graeco ac Latino.* (Greifswald) 1836., quod tamen inspicere nobis non licuit. Vid. Jahn. in Jahrbb. 1836. XVIII. p. 344., qui de varia verborum repetitorum ratione subtiliter disputat. — *piger annus,* ut *pigri Bootae* Juv. 5, 23. Ovid. Fast. 3, 405. et *Ister omnibus ripis piger.* Senec. Med. 763. *pigra palus.* Lucan. 2, 641. cf. Cort. ad 5, 434. *mare pigrum* Tac. Germ. 45. — epitheton maxime accommodatum, quod Veteres annum sibi fingebant mobilem et annuli instar in orbem sese volventem, vid. Voss. ad Virg. Ge. 2, 402 et Seebod. Krit. Bibl. 1822. p. 237.

V. 22. *Pupillis — matrum. Duram matrum custodiam* intellige severiorem a matribus in pupillos exercitam educationem sive disciplinam domesticam, neque tutelam, quae a matribus aliena erat. Locus enim ille Livianus 39, 9, 2 tutelam minime probat; ut

bene vidit Huberus. Nam secundum Digest. lib. XXVI. Tit. I. 18. *Feminae tutores dari non possunt: quia id munus masculinum est: nisi a principe filiorum tutelam specialiter postulent.* Cf. Cod. lib. V. Tit. XXXV. 1. Hunc autem locum imprimis illustrant verba Cod. l. l. Tit. XLIX. 1. *Educatio pupillorum tuorum nulli magis, quam matri eorum, si non vitricum eis induxerit, committenda est. De pupillis* vid. Digest. lib. L. Tit. XVI. 239. et de *tutelae* fine I. Tit. XXII. Ulp. Fragm. XI, 28. Hinc Seneca ad Marc. 24. *Pupillus relictus sub tutorum cura usque ad decimum quartum annum fuit: sub matris custodia semper.* Idem mecum sentit, ut nunc video, *Rein.* in libro utili: „Das Röm. Privatrecht und der Civilprocess" — Lps. 1836. p. 244. *Cruquius Piscatorque* intelligunt novercas et *Haberfeldus* matrum parsimoniam, qua dandae pupillis in quotidianos sumptus pecuniae pepercerint. Immo *dura*, ut *patres duri* Sat. 1, 2, 17. et Ovid. Met. 9, 555. Gierig. ibi. *Nec nos aut durus pater impedient.* Ut hic *durus* facili, sic *duritas* opponitur comitati ap. Cic. de Senect. 18, 65. (ibiq. Gernh.). *Premit* vel coercet, imagine ab equis domandis translata (Koenig ad Pers. 5, 39.), vel sensu generaliori: circumdat omnem pupillorum vivendi rationem eique quasi, ne liberius vivere possint, incubat. Cf. Mitsch. ad Od. 1, 4, 16. Qualis cetera matrum educandi ratio fuerit, bene observat L. Roeder. in *Dissert. de Scholast. Roman. Institutione* p. 5.

V. 23. 24. *Sic mihi — id, quod. — tarda fluunt tempora,* ut Ovid. Heroid. 1, 8. *Nec quererer tardos ire relicta dies.* Sic *tardi menses* ob aestatis longiores dies ap. Virg. Ge. 1, 32. *tardae noctes* ibid. 2, 482. Ovid. ex Pont. 2, 4, 26. (321). — *fluunt,* de lento motu, ut *defluit aetas* Iuv. Sat. 7, 32. ibi Rupert. Cf. Bach. ad Tib. p. 333. et Gronov. ad Liv. 27, 17, 4. — *ingrataque tempora*, ut Epist. 2, 1, 4.) *Si longo sermone morer tua tempora, Caesar.* Ovid. Amorr. 1, 6, 55. *tempora noctis eunt.* Id. Met. 8, 2. Tib. 2, 4, 12. *Omnia nam tristi tempora felle madent.* Ipse Cic. pr. Arch. poët. 6, 13. *quantum ad alias voluptates — conceditur temporum,* quem locum pluribus exemplis vindicavit Ciceroni Stuerenburgius p. 97. De tali pluralium usu perperam saepe explicato dicemus ad Epist. 2, 9. — V. 24. *Consilium — morantur.* In hanc rem illa valet ad Lollium (2, 40) adhortatio: *Sapere aude; Incipe. Qui recte vivendi prorogat horam, Rusticus exspectat, dum defluat amnis etc.* Licet autem mirari, quo aberraverit acumen Cruquii, quum verba *gnaviter agendi* sic interpretaretur: „*equidem malim, gnaviter agere, interpretari, bene quidem vivere, sed ad vitam*

quoque et mores bonos praecepta conscribere vulgareque atque omnium oculis exponere tanquam vitae speculum; namque, ut omittam sequenteis versus hoc desiderare (?), apud antiquos quoque Gnareo vel Gnario in usu erant pro significo, declaro, expono, ut videre est apud Festum in Gnaruisse, i. e. narrasse, deinde in Glossis Gnaritur, *γνωρίζεται.*" At vide nunc Doederl. l. in var. script. l. p. 125.

V. 25—26. *Aeque — nocebit.* Si ab anaphora (etiam alibi reperta vid. Walch. ad Tac. Agric. c. 15.) *aeque - aeque* discesseris, nihil inest in v. 25 absoni, quod olim *Handius* l. supra l. sibi invenisse visus est, ut potius omnia apta atque bene inter se nexa fluere dixerim. Commendat enim Poeta hominibus omnium ordinum atque aetatum sapientiam, et ita, ut studii commoda et incommoda negligentiae indicet, quod per similem rei amplificationem Ep. 1, 3, 26. *coelestis sapientia — Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli etc.* factum videmus. Pari modo Persius 5, 65. *Petite hinc juvenesque Senesque Finem animo certum, miserisque viatica canis,* et dilucide Diogenes ap. Laert. 6, 68. p. 625. *Τὴν παιδείαν εἶπε τοῖς μὲν νέοις σωφροσύνην, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις παραμυθίαν, τοῖς δὲ πένησι πλοῦτον, τοῖς δὲ πλουσίοις κόσμον εἶναι.* Hinc ea repetere taedet, quae olim in ed. I. p. 27. pro incorrupta horum versuum integritate disputavimus. Hoc unum addere libet. Quod H. *locupletes* nominat, fortasse *circum praecordia ridentis amici ludit,* quod *senes,* fortasse iis occurrit, quae Seneca dixit sui aevi hominibus (Epist. 36.): *Sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est: ita non omnibus institui. Turpis et ridicula res est elementarius senex. Juveni parandum, seni utendum est.* Quod Futur. *nocebit* subjungitur praes. *prodest,* Graecis pariter ac Latinis in significanda continuatione alicujus rei proprius est usus, ut observat *Fischer.* ad Platon. Eutyphr. 15. p. 47. *Schmidius* laudat *Weichertum* in Beckii Act. Seminar. reg. Phil. II, 2. p. 326.

V. 27. Sententia tam perspicua: restat, ut equidem his, quae colligo, (v. 12) philosophiae initiis vitam meam moderer contentusque vivam, si majora consequi non potuero" — nobis ob dissentientium multitudinem exquisitioribus firmanda est argumentis. Primum, qui duobus punctis post *elementis* ut *Doeringius, Hochederus* aliique distinguendum affirmant, non vident, ea, quae sequuntur, non *ipsa* esse *elementa,* sed ex more Horatiano (Ep. 1, 2, 38) exempla, quibus ista sententia comparate illustretur: *Ut lippus vel arthriticus mediocri valetudine contentus vivit, neque curam valetudi-*

nis omittit, quum non possit ad summam valetudinem pervenire, sic ego in mediocri philosophiae cognitione acquiesco, desperata praesertim ejus summa scientia. Deinde solet Poëta pluribus alicujus rei exemplis propositis omnia quasi in unum complecti, ut v. 32; 2, 51—54; 6, 39—46; 14, 40—43; 2, 1, 93—100. Quae quum ita sint, facile intelligitur, *solandi* verbum neque cum Sanadono ad tempus praeteritum (pour me consoler du tems passé et pour régler (*regam*) ma conduite à l'avenir), neque cum Scholiasta quodam ap. Hochederum, quem is probat, ad res *adversas* ut *regendi* v. ad *prosperas* esse referendum. Tum illi viri docti non perspexerunt vim pronominis *his,* quod ad ea, quae a persona loquentis proficiscuntur, proxime spectat, quare h. l. idem est, quod *meis,* quae jam v. 12 et sqq. indicata sunt, vid. *Grysar. Theorie des latein. Stils* p. 66. Tum incertum est, utrum Hor. v. 28 sqq. secum loquatur, an cum alio (vid. ad v. 42.), cf. Sat. 1, 4, 134 sqq. Ep. 2, 2, 146 sqq. Praeterea pronomen *ipse* non tam transitioni ad Horatii personam, ut *Hochederus* vult, inservit, quam modestae circumscriptioni, qua Poëta suam se agere rem profitetur unice securus, num alii meliorem vivendi regulam sibi praescribant; similiter Epist. 2, 71. De formula *ego me ipse* vid. *Klotz.* ad Cic. Lael. p. 93. Ridiculus est *Heinsius* quoque, qui *elementis* alludi censet ad στοιχείωσιν Polemonis; immo *elementa,* ut Graecorum στοιχεῖα, de rerum principiis et initiis quibuscunque, v. Lennep. ad Phalar. Epist. 40. p. 169. ed. Lips. et Moser. ad Cic. de Rep. 1, 24. cf. Heind. ad Sat. 1, 1, 26. Verisimilius est, Poëtam his vv. ad Stoicorum προκόπτοντας, quos Seneca Epist. 72. *procedentes* nominat, respexisse; de qua quidem re Seneca Epist. 75 disputans: *Intelliges,* inquit, *satis nos consequi, si inter pessimos non sumus.* Vide *Pflugradtii* Dissertat. de philos. Horatii Stoica etc. p. XXVI. Alii tamen Stoici integriorem sapientiae normam statuentes, omnes, qui non gauderent perfecta sapientia, in stultis et insanientibus ponebant, quod ipse concedit Seneca. Talibus ea, quae sequuntur, scite opposita videri possunt, quum et alibi (ut 6, 15.) haec Stoicorum norma plus aequo subtilis et sublimis vituperio detur. Quicquid est, omnino huc redit illud (Gell. 5, 15. Cic. Tusc. 2, 1, 1.) Neoptolemi Enniani dictum: *Philosophandum est paucis; nam omnino haud placet.* Cf. v. 32 et 41.

V. 28. *Non possis — Lynceus.* De omissa, quam hic volunt, neque necessario supplenda particula *si* vide Jahnii accuratam ad hunc locum annotationem. Vid. infra v. 87. Ad rem bene Porphy-

rio: *His respondet, qui a studio sapientiae deterrentes negant perfectam sapientiam quenquam assecutum, dicens contentos nos esse debere quantulocunque praecepto. Eo enim utique deteriores non erimus.* — Si usquam, hoc loco codices non numerandi, sed aestimandi sunt. *Oculos* enim *contendere*, (cujus dictionis exempla vid. ap. Bentl. et in mea edit. 1.) opponitur ei, qui oculos dispicere nequit, sive cujus oculi aegre se contendunt (Lucret. 4, 810), quod cadit in naturam lippitudinis, (v. 29.) in γλαμυροὺς ὀφθαλμούς, qui saepe visco gravidi rutilantes solis radios ferre nequeunt. Sic Stob. Ecl. 1, 31. p. 616. ed. H. οἱ ὀφθαλμιῶντες δὲ τοῦτο πάσχουσιν (iridem quandam cernunt), ὅταν εἰς τὸν λύχνον ἀποβλέψωσιν. Senec. Epist. 83. *Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi etiam ad minimam radii solis offensionem etc.* Cf. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 103. Hinc optime Vossius: „Kannst du auch nicht scharfäugig den Blick ausdehnen.“ Qui autem, ut Fea, Lynceo oculorum contentione non opus fuisse affirmant, nihil agunt. Poëtis enim licet effectum causa indicare, ut *oculos contendere, intendere, oculorum aciem intendere* saepe nihil aliud sit nisi *acutum cernere* (Sat. 1, 3, 26), *oculos acres, acutos ad aliquid dirigere*, cf. Ovid. Met. 7, 584. Juv. 8, 149. Val. Flacc. 3, 571. ibiq. Burm. Prudent. Hamartig. 895. Qui denique *oculo contendere* explicant *certare*, rem inculcant ineptam atque insulsam, non videntes, explicationem horum verborum sic procedere: *Non possis oculorum acie tali modo certare, quali certavit Lynceus*, quod ne fabulae quidem produnt. Rectius formulam *oculo cont.* interpretati sunt *Cruquius, Doeringius* et *Schmidius*. Ceterum Lyncei (de quo accurate dixit Heind. ad Sat. 1, 2, 90) perspicacitas in proverbium abiit. Etiam Cicero ad Famil. 9, 2. *Quis est tam Lynceus, qui tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat.* Apulej. Met. lib. 2. p. 101. *Vides hominem ferreum et insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo vel Argo, et oculeum totum.* Graeci: ὑπὲρ τὸν Λυγκέα, vid. interpp. ad Lucian. Hermotim. c. 20. VI. p. 379. ed. Bip. [et Timon. ed. Lehmann. I. p. 427.] Erasmi Adagg. 2, 1, 53. —

V. 29. Cruquius ad Sat. 1, 3, 25: „*Lippus* dicitur, cujus oculi pituitam quandam mordicantem exsudant,“ quae interpretatio his quidem locis accommodata videtur, at non omnibus. Vide Cels. R. M. 6, 6, 26. Plin. H. N. 28, 47. et Lichtenstaedt in Jahnii Jahrbb. 1827. V, 4. p. 402 sqq. „Uiber die Bedeutung des Wortes lippitudo und über die Ursachen dieser Krankheit.“ Wallroth. Synt.

de Ophthalmologia veterum p. 130 sqq. Lippi inungnebantur collyriis, quae recenset Celsus 6, 6. cf. Plin. H. N. 28, 11. 21, 20. Dioscor. I, 2. et interpp. ad Apocal. 3, 18. *κολλούριον ἔγχρισον τοὺς ὀφθαλμούς σου.* De ipsius Horatii lippitudine v. interpp. ad Sat. 1, 5, 30. Hieron. Magii Misc. 1, 11. in Gruteri Lamp. crit. II. p. 1288. et Fr. Jacobsii „Vermischte Schrift." V. p. 306. sq.

V. 30. 31. *Nec — cheragra. Glyconem,* fortissimum illum athletam, ab Acrone et Schol. Cruquii indicatum, primus nobis aperuit *Lessingius* (Verm. Schrift. I, p. 325) ex Anthologia graeca (v. Brunck. Anal. II. p. 126. s. Jacobs. Anthol. II. p. 113), cujus vestigiis institit *Eichstadius* ad van Ommer. p. 211. Uterque v. d. Glyconem Poëtae fere fuisse aequalem demonstravit. Epitheton illud *invicti* illustrat ultimus versus: *ὁ πάντα νικῶν Ἀΐδης ἀνέτραπε.* Aliter *Heinsius,* cujus tamen de Lycone [etiam Glycone] philosopho Peripatetico, (Diog. Laërt. 5, 66. 67.) sententia a Ruhnkenio ad Rutil. Lup. p. 100. non improbata, nunc pro explosa potest haberi. V. 31. *Bothius* ad Feam de arcenda cheragra annotat: „Quae te occupabit corpus non exercentem." At aliud quid animo Poëtae obversatum crediderim, uti apparet ex Senecae Epist. 24. *libidines afferunt pedum, manuum articulorum omnium depravationes.* Cf. Cels. R. M. 4, 24. et Fr. Jacobs. ad Delect. Epigr. VII, 65. p. 249., ubi Lucianus podagram describit delicatae vitae comitem. *Nodosa* apprime vocatur cheragra (Sat. 1, 7, 16.), quod humore crasso nodi quasi et lapides in articulis concrescunt; hinc *lapidosa* ap. Pers. 5, 58. ibique Casaubonus. Alii aliter; sed poetae summam rei tangunt. De locutione *prohibere* — dixit Bentl. ad Od. 1, 27, 3.

V. 32. *Est — ultra.* Quid de hac re senserit H., planius perspicitur ex v. 27 et 41. Similia leguntur ap. Epictet. Dissertat. 1, 2. *Τί οὖν, ἐπειδὴ ἀφυής εἰμι, ἀποστῶ τῆς ἐπιμελείας τούτου ἕνεκα; μὴ γένοιτο. Ἐπίκτητος κρείσσων Σωκράτους οὐκ ἔστιν· εἰ δὲ μή, οὐ χείρων, τοῦτό μοι ἱκανόν ἐστιν. Οὐδὲ γὰρ Μίλων ἔσομαι, καὶ ὅμως οὐκ ἀμελῶ τοῦ σώματος· οὐδὲ Κροῖσος, καὶ ὅμως οὐκ ἀμελῶ τῆς κτσήεως· οὐδ᾽ ἁπλῶς ἄλλου τινὸς τῆς ἐπιμελείας, διὰ τὴν ἀπόγνωσιν τῶν ἄκρων, ἀφιστάμεθα.* (Quem locum cum Horatiano comparat Gataker ad M. Antonin. 5, 5. p. 144.) Enchir. 50, 3. *σὺ δέ, εἰ καὶ μήπω εἶ Σωκράτης, ὡς Σωκράτης γε εἶναι βουλόμενος, ὀφείλεις βιοῦν.* M. Antonin. 9, 29. *ὅρμησον, ἐὰν διδῶται, καὶ μὴ περιβλέπου, εἴ τις εἴσεται· μηδὲ τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἔλπιζε, ἀλλὰ ἀρκοῦ, εἰ τὸ βραχύτατον πρόεισι. Seneca* Vit. beat. 17. *Exigo itaque a me, non ut optimis par sim, sed ut malis*

melior. Hoc mihi satis est, quotidie aliquid ex vitiis meis demere et errores meos objurgare. Non perveni ad sanitatem, ne perveniam quidem etc. De illa desperatione, qua homines experiri nolint, quod se posse assequi diffidant, egregia exstat sententia Ciceronis Orat. 1, 4. *Quod si quem aut natura sua, aut illa praestantis ingenii vis forte deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis: teneat tamen eum cursum, quem poterit. Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere.* Quod dictum in suam rem convertit Quintil. Inst. 12, 11, 26 sqq. Conf. Prooem. §. 20. et Colum. R. R. prooem. p. 21. Bip. Apte confert *Hocheder.* Plaut. Trin. 2, 4, 84. — Si verum est, Poëtam v. 27. sqq. respexisse Stoicorum placita (et quidni respexerit, cum infra v. 106 ipsa id verba declarent?), etiam hic locus similem putandus est duxisse colorem. Stoici enim, quum incrementum ipsius virtutis i. e. *absolutae* et *numeros suos habentis* tollerent, hominibus vulgaribus i. e. non *sapientibus*, communia tantum officia tribuebant, quae quis et ingenii bonitate et progressione discendi assequi posset. De re ipsa docte disputavit Beier. ad Cic. Off. 3, 3. 4; cf. 1, 15, 46. Hinc Seneca Epist. 16. *Liquere tibi hoc scio, Lucili, neminem posse beate vivere, ne tolerabiliter quidem, sine sapientiae studio; et beatam vitam perfecta sapientia effici; tolerabilem etiam inchoata.* Cf. Plutarch. de profect. virtut. sent. VI. p. 279 sqq. R.

V. 33. *Fervet — pectus.* Notatu dignum est, Poëtam, ubicunque mores suae aetatis perstringit, avaro primas tribuere partes ad eumque ire redireque, cujus rei causam scite aperuit F. A. Wolf. ad Sat. 1, 1. p. 9. Cf. Sat. 1, 4, 26. 2, 3, 82 sqq. 1, 1, 28 sqq. Epist. 2, 1, 119. 2, 148 sqq. *Avaritia* sensu Horatiano est tum *studium habendi* Aurel. Vict. Caes. 3., *amor habendi* Epist. 7, 85. Virg. Aen. 8, 327. Ovid. Met. 1, 131., *cura habendi* Phaed. 3. prol. 21., *opum furiosa cupido* Ovid. Fast. 1, 211., *argenti sitis importuna* Hor. Epist. 18, 23., *auri nunquam exstincta sitis* Sil. 5, 265. cf. Munck. ad Fulgent. 2, 1. p. 66., *habendi fames* Pacat. in Paneg. 25., tum illa, quae comportatis uti timet, tenacitas, sive quae, ut ait Seneca in Herc. fur. 167., *Componit opes gazis inhians Et congesto pauper in auro est,* Epod. 1, 1, 33. Sat. 1, 1, 70. sq. 2, 3, 110. Virg. Aen. 6, 610. Ge. 2, 507. Martial. 12, 53, 3. De significatu v. bene disputat Wolff. in *Prolegom. ad Plauti Aulular.* p. 3. Cum avaritia bene jungitur *miser cupido*, qui, ut ait Epist. 1, 18, 98., *agitat vexatque* et Prudent. in Hamart. 255. *finis quem nullus*

habendi Temperat, aggestis addentem vota talentis. Cf. Epist. 1, 6, 9. sqq. 16, 63. Od. 3, 16, 17. Senec. de Benef. 2, 27. Juv. 14, 139. 304 sqq.; de significatione epitheti *mis.* vid. Heind. ad Sat. 1, 6, 129. De re ipsa vid. ad Epist. 1, 2, 55. Pariter *avar.* et *cupiditatem* jungit Lactant. Inst. 1, 20, 25. Bün. — *fervet* aut explicandum ut Sat. 2, 3, 80. *Aut alio mentis morbo calet* aut de curis, quas avaritia habet, vexantibus, Epist. 18, 98. Sic Cic. pr. Quint. 11, 38. *qui usque eo fervet ferturque avaritia.* Boëth. Cons. phil. 4, 3. *Avaritia fervet alienarum opum violentus ereptor.* Id. 2, metr. 5. *Fervens amor ardet habendi.* Sulpic. Luperc. de Cupid. 12. ap. Wernsd. Poet. l. min. III. p. 236. *Aestuat augendae dira cupido rei.* Arnob. II. p. 71. ed. Salmas. *Iccirco animas misit, ut — avarissimae hic fierent et in habendi studium inexsaturabili pectoris ardescerent appetitu?* Cf. Cort. ad Sall. Cat. 5, 4.

V. 34. *Sunt — dolorem. Verborum* nomine Cruquius intelligit philosophorum praecepta literis tradita, quibus lectorum animi recreentur; hinc v. 37 *libelli* fieri mentionem, et *voces* eorum esse ait, qui ex vitiorum ostensa turpitudine ad virtutem hortentur, ut v. 40. *si modo culturae etc.* Simile quid jam docuit Ascensius et vetus Glossa ap. Barth. Adv. 37, 19. Quod quanquam per se probari potest, quum Poeta non temere verba ejusdem fere significatus geminet, ut v. 11. 12. 23. 50. 51., aliud quid tamen videre mihi videor. At ante omnia tenendum est, Poetam ingeniose usum esse verbis aeque ad magicam atque ad philosophicam medendi rationem pertinentibus. Multi tamen, fortasse verbis ap. Eurip. Hippol. 478. ed. Valken. *Εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι* etc. decepti, quem locum cum Horatiano *Muretus* V. L. 1, 4. *Lambinus* h. l., *Gatakerus* A. M. P. c. VIII. p. 488 aliique compararunt, *verba* et *voces* sine ullo fere discrimine pro *carminibus* s. cantionibus magicis habent (vid. Both. in ed. Feae p. 150.), vel, ut Vir quidam doctus in Lit. Z. Lips. 1830. nr. 82., *verba* intelligunt singula incantationum vocabula et *voces* totas formulas, magicorum dicta. Circumspectius sane *Doederlinius* in Etymol. IV. p. 28., cujus rationem paene invertit *Hochederus.* At ut *uerba* h. l. sunt *ἐπῳδαί*, *carmina, cantus, cantiones, incantationes, formulae magicae, devotiones,* quibus homines antiqui corporum morbis medebantur (vid. quae affert ad h. l. Lambinus et quae ipse olim collegi p. 33. imprimis Plin. H.N. 28, 2. Lucian. Philopseud. c. 8—12. Ovid. Met. 10, 397. P. Petiti Misc. Obss. 2, 15. et Misc. Obss. X. p. 336—44. 426. Sprengelii *Ge-*

schichte der Arzneik. I. p. 117. 156. 164., Böttigeri *Ideen zur Kunstmythol.* 1. Curs. p. 68. sqq. et quos laudat Dissen. ad Tib. 1, 5, 12.), ita *voces* h. l. intelligimus cantus vel vocis humanae, vel tibiarum nervorumque (Epist. 1, 2, 23. A. P. 216. Virg. Cir. 107. Ovid. Met. 1, 338. Cic. de Divin. 1, 36, 80. Manil. 4, 526. sqq. al.), quibus illi morbos demulcere et depellere studebant, quod imprimis Pythagoras et Thales fecisse feruntur, vid. Sprengel. ibid. p. 304. 358. II. p. 24. Böttiger. l. l. p. 71, 72. Barth. ad Claud. bell. Gild. praef. 20 et quos laudat p. 364., cf. Stuckii *Antiq. Conviv.* 3, 20. p. 597. J. G. Purmanni *Antiq. Musicae.* Frkf. ad Moen. 1776. p. 6. Sprengel. *de Musicae artis cum medicina connubio.* Hal. 1800. Fr. Jacobs. *Verm. Schrift.* III. 1. p. 269. et quos olim congessi locos p. 34. imprimis Macrob. in Somn. Scip. 2, 3. Quod si Vir ille doctus in Lips. L. Z. l. l. Horatium, si musicam intellexisset, dicturum fuisse *modos, non voces* affirmat, argumentum hoc sane leve dixerim. Verum quidem est, quod idem censet, etiam Platonem in Charmide c. 9. p. 67. ed. Heind. (*Θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχὴν ἔφη, ὦ μακάριε, ἐπῳδαῖς τισι τὰς δ' ἐπῳδὰς ταύτας τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλούς*) quem locum apprime laudavit Schmidius, *ἐπῳδάς* interpretatum esse *λόγους*, sed et hoc ne adversatur quidem nostrae, quam de vocabulo *voces* ausi sumus, interpretationi. Neque enim quisquam Horatium hunc locum Platonis exprimere ad verbum voluisse et uno eodemque fere tenore proprie et improprie locutum esse affirmabit. Praeterea Poëtae, quum a vulgari vocabuli *verba* significatione discessisset, etiam voc. *voces* in alio ac pervulgato atque usu trito significatu licuit uti. At idem Plato odas sive cantus cum ipsis incantationibus (de Legg. 2. p. 659. C. D. p. 791. ed. Frkf. *τούτων ἕνεκα, ἃς ᾠδὰς καλοῦμεν, ὄντως μὲν ἐπῳδαὶ ταῖς ψυχαῖς αὗται νῦν γεγονέναι* etc.) comparat. Jam si loco Horatiano detraxeris imaginis lusum, Poëta *verbis* et *vocibus* fortasse ad hoc idem putandus erit respexisse, quod Plato aliique philosophi de vi musices dixerunt. Ob eamque causam Pythagoras philosophiam *τὴν μεγίστην μουσικήν*, quia apte componeret mores et efficeret *τὴν ψυχὴν τὴν ἀρίστην ἁρμονίαν*, auctore Proclo in Polit. Plat. p. 364. appellavit. Sic Pythagoras, teste Seneca (de Ira 3, 9. cf. Aelian. V. H. 14, 23. Censorin. N. D. 12, 4.) perturbationes animi lyra componere solitus est, atque omnino vates et citharistae antiquissimis temporibus non modo musices, sed morum etiam magistri fuerunt. Vid. Siebelis. in Matth. Misc. phil. II, 1. p. 87—89., Orell. ad Opusc. Graec. vett. sentent.

I. p. 442., Stallbaum. ad Plat. Phaed. c. 4. p. 34. et, quem laudant Fr. Jacobs. l. l. et Riedel. ad Epist. 2, 1, 98., C. A. den Tex. in *Disp. de vi musices ad excolendum hominem ex sententia Platonis* Traj. 1816. Adde Baumgarten-Crusium: *Disciplina juvenilis Platonica cum nostra comparatur.* Misn., Klinkicht. 1836. p. 28. sq. Hinc apparet, quam apte et scienter Horatius usus fuerit hac similitudine. Quodsi poetices detraxeris ornamenta, aut simpliciter vocabulis illis *philosophiae in animos hominum vim* significare, aut utrumque vocabulum remoto tropo distinguere voluit hoc fere modo: „*Sunt quaedam philosophiae praecepta* (*verba*), *sunt quaedam disciplinae, quae sensu veri pulchritudinisque excitando colendoque* (i. e. musices artes, *voces*) *hominum mores emendant ac formant, neque feros esse sinunt.* A quo sensu non multum abhorret, quod de se ipso profitetur Poëta in Epist. 2, 2, 143. (ibique Schmidius p. 227.) Uberius rem tractavi in Zimmermann. Zeitschr. 1833. p. 873—75. Unus mihi assentitur Schmidius, nisi idem olim sensit Vossius, quum verteret: „Worte ja giebt's und Töne." —

V. 35. *Possis — partem.* Similiter Catullus de suo dicit amore (76, 25): *Ipse valere opto et tetrum hunc deponere morbum.* Sic *ponas insignia morbi* Sat. 2, 3, 254. Socrates ap. Xenoph. Mem. 3, 5, 18. πονηρίᾳ νοσεῖν. *Morbos* enim nominant philosophi omnes animi perturbationes. Hinc Plato de Republ. 4. p. 444. E. Frkf. p. 647. D. Ἀρετὴ μὲν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὑγίειά τέ τις ἂν εἴη καὶ κάλλος καὶ εὐεξία ψυχῆς, κακία δὲ νόσος τε καὶ αἶσχος καὶ ἀσθένεια. Seneca Epist. 75. *Morbi sunt inveterata vitia et dura: ut avaritia, ut ambitio nimia, postquam haec animum implicuerunt et perpetua mala esse coeperunt.* Cic. Tusc. 3, 4. 4, 13. Fin. 1, 18, 59. Lambin. et Heind. ad Sat. 1, 6, 30., idem ad Plat. Theaet. 68. p. 374. Stob. Eclog. II, 7. p. 182. Muret. in Senec. Benef. Opp. III. p. 8. Doering. ad Catull. I. p. 121. Qua de re Graeci pariter ac Latini νοσεῖν-*aegrotare* de perturbato cujusque rei statu usurpant, vid. Jacob. ad Lucian. Alexandr. p. 60.

V. 36. *Laudis — amore tumes* eum indicat, qui *ambitione mala pallet* (Sat. 2, 3, 78.), vel quem *titillat gloria* (ib. v. 179.), quem *cepit vitrea fama* (ib. v. 222.). Ut *tumere* irae describendae verbum est (Bentl. ad A. P. 196.), ita etiam ambitionis, vanae laudis et superbiae, ut Gr. φυσιοῦσθαι, φυσᾶσθαι, ὀγκοῦσθαι, Sat. 1, 7, 7. 2, 3, 213. Od. 4, 3, 8. Quare arrogantia, fastus per *utres tumefactos* designari solet Sat. 2, 5, 98. de quo loco erudite disputat

Mitscherlichius in Fasc. VI. *Racem. Venus.* p. 7. — Ovid. Met. 8, 396. *Talia magniloquo tumidus memoraverat ore*, 15, 755. Phaedr. 1, 3, 4. *Tumens inani graculus superbia.* Senec. H. f. 171. *Aura tumidum tollit inani.* Octav. 497. *Claro tumentes genere.* Epist. 80. *Fiducia virium tumidus ait.* Juv. 8, 40. *Tumes alto Drusorum stemmate.* Quintil. Inst. 1, 2, 18. — *aut contra tumescit inani persuasione.* Prudent. Hamartig. 168. *nimius dum viribus auctus Inflatur, dum grande tumens sese altius effert.* in Symmach. 2, 154. *pulchroque inflata tumescat honore.* Lactant Inst. 6, 24, 24. *Superbia tumidus inflatur.* Similiter *inflari* Epist. 2, 1, 177. Juv. 8, 72. Cic. Tusc. 3, 9, 19. Lactant. Inst. 6, 4, 21. Bün. et *sufflare* ap. Pers. 4, 20. Hinc Paulus ad Cor. 1, 13, 4. ἡ ἀγάπη οὐ φυσιοῦται. Ceterum *ambitioni* secundus post avaritiam locus tribuitur Sat. 1, 4, 26. 2, 2, 187. ibique Kirchner. Epist. 2, 2, 205 sq. Sic Seneca Epist. 103. *Haerebit tibi avaritia, quamdiu avaro sordidoque convixeris. Haerebit tumor, quamdiu cum superbo conversaberis.* Consol. ad Helv. 13. *Si avaritia dimisit, vehementissima generis humani pestis, moram tibi ambitio non faciet.* Etiam Lucret. 3, 59. *avarities et honorum caeca cupido.* Cf. Cic. Tusc. 4, 11, 26. Praeivit aliquatenus Plato, qui tres animae voluptates in philosopho, ambitioso et avaro quasi expressas videt in Rep. 9. p. 734. C. Frkf. — *certa piacula.* Quum Poeta perseveret in metaphora a morbo ducta, quod et indicat v. 37. verbum *recreandi, certa piacula* non in universum sacra, quae fraudem aut scelus aut flagitium expiant Od. 1, 28, 34. intelligenda sunt, sed piamina morbis depellendis vel sanandis apta, v. Sprengel. Gesch. der Arzneik. I. p. 121. 304. Homines enim antiqui morbos a diis iratis, vel a daemonibus immissos crediderunt, uti apparet ex Diog. Laërt. vit. Pythag. 8, 32. Cels. lib. 1. praef. p. 2. ed. Kr. Lactant. Inst. 2, 14; cf. Wachsmuth. in Athen. II, 2. p. 225. Bothius comparat expiationes insanorum caeso porco, de quibus Heind. ad Sat. 2, 3, 164. *Piacula* vocantur *certa*, vel quia praefinita sunt et constituta (Epist. 2, 2, 170. Cic. de Legg. 2, 8, 19.) vel quia non fallunt (Od. 3, 16, 30.) spem salutis recuperandae.

V. 37. *Ter — libello.* Ut ex religione veterum sacram rem quamcunque procuraturi lotionibus utebantur et abstinebant a libidine, ita etiam ipsis lavationibus et lustrationibus deos expiatum iri sperabant. Hinc Cic. Legg. 2, 8. *ad divos adeunto caste* i. e. ἁγνῶς et καθαρῶς. Tib. 2, 1, 13. *Casta placent superis; pura cum*

veste venite, Et manibus puris sumite fontis aquam, ad quem l. vid. Broukh. et ad 4, 4, 24. Dissen. ad 1, 3, 25. Macrob. Saturn. 3, 1. *constat diis superis sacra facturum corporis abluitione purgari.* Immersio illa vel lavatio et aspersio *ter* fieri solebat. Inde Ovid. Fast. 4, 315. *Ter caput irrorat, ter tollit in aethera palmas.* cf. ibid. 5, 435. Pers. 2, 15. *Tiberino in gurgite mergis Mane caput bis terque et noctem flumine purgas;* ibi Casaub. Juv. 6, 522. *Ter matutino Tiberi mergetur, et ipsis Vorticibus timidum caput abluat.* cf. Heindorf. ad Sat. 2, 3, 291. Fr. Jacobs. ad Delect. Epigr. Graec. 7, 62. 63. Erfurdt. ad Soph. Oed. Tyr. 1227. Cellar. et Bünem. ad Lactant. Inst. 5, 19, 33. interpp. ad Virg. Aen. 2, 720. Matth. ad Cic. pro Rosc. Amer. §. 71. Burm. ad Anth. lat. I. p. 36. Jac. Gronov. ad Liv. 25, 17, 3. Plura cupientibus larga manu dabunt Matth. Brouerius de Vett. et Recent. Adoration. in Polen. Thes. II. p. 975. sqq. Saubert. de Sacrific. c. 11. p. 216. sqq. Lomeier. de Vett. gentil. lustratt. Ultraj. 1681. et Ruhnk. Antiq. Roman. ed. Eichstad. XIV. p. 6. — De *ternario* numero in sacris frequenti vid. Jo. Lyd. de Mens. 2, 7. p. 52 sqq. Rr. Voss. ad Virg. Ecl. 8, 78. Wuestem. ad Theocrit. 2, 43. Torr. et Heind. ad Sat. 2, 1, 7. Wunder. ad Soph. Oedip. Col. 375. Bach. ad Ovid. Met. 7, 189. Dissen. ad Tib. 1, 2, 56. Burm. ad Nemes. Ecl. 4, 63. — *libello.* Sine dubio intelligendus est *libellus* expiationum vel ritus vel ipsas formulas continens. Talium librorum ab Orpheo, Musaeo, ut ajebant, profectorum venditores audiunt *mendici*, ἀγύρται καὶ μάντεις ἐπὶ πλουσίων θύρας ἰόντες ap. Platon. de Rep. 2. p. 595. ed. Frkf. vid. Heind. ad Sat. 1, 2, 2. et cf. Eurip. Alc. 965. Huc fortasse etiam pertinent Ephesiae literae, Athen. 12. p. 171, de quibus Wachsmuth. (l. supra l. p. 253.) laudat Hesychium v. Ἐφεσ. γραμμ. Apud Lucianum in Philopseud. c. 12. Babylonius ille ἐς τὸν ἀγρὸν ἐλθὼν ἕωθεν, ἐπειπὼν ἱερατικά τινα ἐκ βίβλου παλαιᾶς ὀνόματα ἑπτά — περιελθὼν ἐς τρὶς etc. Quae quum ita sint, non assentior viris doctis, qui, ut *Wielandius*, libellum quendam de gloriae cupiditate scriptum, vel, ut *Sanadonus*, alium quendam philosophicum, virtutis admonitorem, intelligant. Quodsi alius v. d. in Zimmerm. Paedag. Phil. L. B. II. 1826. p. 195. metaphoram h. l. ut v. 40. interruptam et *libello* ipsum animi medicamen i. e. philosophiam (Epod. 8, 15.) indicatum affirmat, illud quidem ob exempla a me ipso in Jahnii et Seebodii Archiv. 1833. II. p. 587. allata minime negaverim, at hunc locum aliud quid suadere quovis pignore contenderim. Versuum 39. et 40. plane alia est ratio, ut mox vi-

debimus. Idem mecum sentit doctissimus *Schmidius* p. 19., qui probabili etiam causa docuit, vocabulum *ter* et ad *pure* et ad *lectum libellum* sec. Tib. 1, 2, 56. et Plin. H. N. 28, 2. referendum esse. Apprime finit et suis quasi limitibus concludit Poëta verbo *recreandi, ἀναψύχειν*, metaphoram. Sat. 2, 2, 84. *Seu recreare volet tenuatum corpus.* Cic. Phil. 10, 8. *nondum ex longinquitate gravissimi morbi recreatus;* ad Quirit. p. red. 1. *qui e gravi morbo recreati sunt;* de Invent. 2, 51. *leviter saucius facile est ex vulnere recreatus.* Alia suppeditat Burmannus ad Anth. lat. I. p. 486. cf. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 68. — Ceteroquin animum philosophia purgari praeceptum est et Platonis et aliorum philosophorum imprimis Stoicorum. Inde Plutarcho philosophia est τῶν τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστημάτων φάρμακον. Cic. Tusc. 3, 3. *Est profecto animi medicina, philosophia; cujus auxilium non, ut in corporis morbis, petendum est foris; omnibus opibus et viribus, ut nosmet ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est.* Ibid. 3, 6. 4, 38. *Demus ergo nos huic excolendos, patiamurque nos sanari.* Cf. Fin. 3, 7. Senec. Epist. 15. *Si philosopharis, bene est. Valere enim hoc demum est.* Vid. Bentl. 1, 16, 40. Gernh. ad Cic. Lael. 3, 10. Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 172. Quodsi vera sunt, quae huc usque disputavimus, eleganti vv. 36. 37. proposita allegoria Poëta nil aliud nisi hoc vult: *Etiam sanus fies ex ambitionis morbo, si sincero virtutis amore* (Epist. 1, 2, 67.) *et omni cura diligentiaque philosophiae studiis* i. e. *medicinae animi te tradideris.* Quare dubito, num vera sit illa Lambini interpretatio, quanquam per se bona: „Philosophiae studium sacrum est: et libri philosophici sacri sunt. Quare nemo ad eorum lectionem accedere debet illotis et impuris manibus: h. e., animo impuro; iccirco dixit pure lecto."

V. 38. *Invidus — amator.* Quod Horatius non modo sua ipsius vitia, verum etiam aliorum ob oculos patroni ponit, ex more est in Satiris luculenter conspicuo; quominus tamen eum idem h. loco, ut nonnulli interpretes sibi persuadent, fecisse credam, impedit mentio *invidiae* facta, qua is minime tenebatur. Hinc in singula commentari, ut factum est in edit. 1. p. 37., omitto, ne quis me lignum in silvam tulisse dicat. Unum hoc addere libet. Quod vir doctus quidam pro voc. *amator* conjecit *adulter,* non apud se reputasse videtur, vocabulum *amatoris, ἐραστοῦ*, sensu satis obscoeno plerumque usurpari. Vid. Cic. Tusc. 4, 12, 27. Isidor. Orig. lib. 10. p. 1067. cf. Doederl. Synon. IV. p. 103.

V. 39. 40. *Nemo — aurem.* Uterque versus in varias incucurrit reprehensiones. Jam *Lambinus* exstitit ejus castigator, quum diceret, Poëtam usum esse duabus translationibus, quae mutuo sibi non responderent, *ferum* et *mitescere*, quum *fera* i. e. ἄγρια *mansuescerent* potius seu cicurarentur, acerba *mitescerent*; praeterea in voce *culturae* aliam inesse translationem. *Torrentius* quidem id negat, locum laudans Ciceronis de Invent. 1, 2. *ex feris et immanibus mites reddidit et mansuetos*, *ferum* autem pro *agresti*, qui *cultura mitis* evadat, arbitratur dici collato Virgilii loco: Ge. 2, 36. *fructusque feros mollite colendo.* At nihil in hac quidem re novavit Horatius. Praeivit *Attius* (v. Scalig. ad Varr. L. L. II. p. 235. ed. Bip.): — *neque ullum est ingenium tantum, neque cor tam ferum, quod non labatur lingua, mitescat malo.* Etiam Livius 33, 17. — *belluas tantum recens captas feritatem illam silvestrem primo servare, deinde, quamdiu manibus humanis alantur, mitescere, in hominum feritate mulcenda non eandem naturam esse.* Id. 33, 45. — *ut feras quasdam nunquam mitescere, sic immitem, implacabilem ejus viri animum esse.* Ammian. Marc. 16, 7. — *inter feras nonnullae mitescunt.* Schmidius addidit Curt. 6, 3, 8. et Vell. Paterc. 2, 118, 1. Cf. etiam Hocheder. Animadvertendum est porro, ne quis in mutato genere translationis v. 40. haereat, veteres illos (Quintil. Inst. 8, 6, 49—51) non modo non duo genera saepe coniunxisse, sed ne semper quidem in genere coeptae metaphorae perstitisse, ut declarat illud Lucretii *decursum lumen vitae* et Val. Flacci: *ignaras terras vomere imbuere.* Quid, quod Catullus 4, 1—5. tres metaphoras coujunxit. Inde frustra sollicitarunt Od. 2, 8, 15., ubi vid. Mitscherl. et meam ipsius observationem in Zimmerm. Schulzeit. 1832. II. p. 1201, frustra emendando loco A. P. 441. insudavit *Bentlejus*; etiam sine idonea causa offensi sunt *Dacerius* et *Sanadonus* Od. 1, 35, 29. et *Homius* Od. 2, 1, 6—8. 1, 5, 9—12. al. Plura alia exempla dabunt Gifanius ad Lucret. p. 302. et 445., quem laudat Cortius ad Sall. Cat. 31, 9., Zinzerling. Crit. Juv. Promuls. c. 45., Klotz. Lectt. Venus. p. 417. sq., Bach. ad Ovid. Met. 7, 76. De his et talibus recte judicarunt *J. A. Ernestius* in *Init. Rhetor.* §. 319. et *Matthiaeus* in *Encyclop.* p. 136. Cf. Schmid. ad Epist. 2, 1, 13. 14. p. 16. et 306. Hoc loco ipsum *mitescendi* verbum transitum fecit facilem ad translationem, quae sequitur. — 40. *culturae.* Nescio sane, cur Morgenstern. legi maluerit *culturo,* quum poëtae sexcenties indefinite loquantur, ubi definite i. e. in concreto loqui debebant.

Praeterea ex scriptorum more *colenti*, non *culturo* dicendum erat. *Cultura* autem est disciplina, doctrina Epist. 1, 18, 100. Cic. Tusc. 2, 5. *Cultura autem animi philosophia est.* Sall. Jug. 2. *ceterum ingenium — incultu atque socordia torpescere sinunt.* Brunck. Gnom. p. 320. *Ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ.* Plutarch. de Puer Instit. 3, 21. *Φύσεως μὲν γὰρ ἀρετὴν διαφθείρει ῥαθυμία, φαυλότητα δὲ ἐπανορθοῖ διδαχή.* Id. de Audit. VI. p. 138. — *ἂν ἐᾷ τις ἀφέτους* (scil. *τὰς ἐφ' ἡδονὴν ὁρμὰς*) *ᾗ πεφύκασι χωρεῖν, καὶ μὴ λόγοις χρηστοῖς ἀφαιρῶν, ἢ παρατρέπων καταρτύῃ τὴν φύσιν, οὐκ ἔστιν ὃ τῶν θηρίων οὐκ ἂν ἡμερώτερον ἀνθρώπου φανείη.* Ceterum frequens est animi, qui disciplinae se praebet, cum agricultura comparatio. Vid. Epist. 1, 14, 4. Sat. 1, 3, 37. Cic. de Orat. 2, 30, 131. Quintil. Inst. 2, 19, 2. 8, 3, 75. Senec. Epist. 73. Lactant. Inst. 6, 15, 8. Plutarch. de Audit. VI. p. 138. de Pueror. Inst. 3, 17. Cf. Kuinoel. ad Matth. Evang. 15, 13. — Ad locutionem *aur. commod.* cf. Ovid. Amor. 1, 8, 86. *Commodat illusis numina surda Venus.* Arnob. 4. p. 149. *Vos aures patientissimas commodatis.* Firmii Matern. 26. p. 98. ed. M. — *sanctarum aurium mihi commodate patientiam,* ubi Muenter. alia laudat. Legitur etiam, quod nonnulli codd. hic habent, *aures accommodare* ap. Arnob. II. p. 47. ibique Elmenh. p. 64. Horatius paulo aliter Sat. 1, 1, 22. *facilem — votis ut praebeat aurem.* Ad rem et sensu et constructione similem imprimis pertinent verba Senec. de Ira 2, 12. *Atqui nihil est tam difficile et arduum, quod non humana mens vincat, et in familiaritatem perducat assidua meditatio: nullique sunt tam feri et sui juris affectus, ut non disciplina domentur.* Id. Epist. 50. — *nec indurata despero. Nihil est quod non expugnet pertinax opera et intenta ac diligens cura;* ubi Muretus Hor. locum comparat. (Opp. III. p. 49.) Id. 25. — *malo successum mihi, quam fidem deesse: nec desperandum, etiam diutinos agros posse sanari, si etc.* Plin. Epist. 8, 4. *Nihil est, quod non arte curaque, si non potest vinci, mitigetur.* Horatium imitatus videtur Lactantius de Mort. Persec. 3. — *nulla denique natio tam feris moribus vivens, ut non suscepto Dei cultu ad justitiae opera mitesceret.* — Quid de ipsa virtute Horatius, utrum doctrina comparanda an natura donanda, loco omnium philosophorum communi, senserit, planius perspicitur ex Od. 4, 4, 33. 34. *Doctrina sed vim promovet insitam etc.* Cf. Schmid. ad Epist. 1, 18, 100. Ceteroquin ipsa animi bona ab hominum, non deum potestate proficisci arbitratus est. Vid. Bentl.

et Schmid. ad Ep. 1, 18, 111. Quam Stoicorum sententiam, magnarum rerum effectricem, omnis fere Romana antiquitas sua comprobavit assensione. Vid. interpp. ad Cic. de N. D. 3, 36. Juv. 10, 363 sq. Senec. Epist. 27. 41. 80.

V. 41. 42. *Virtus — caruisse.* Poëta quum vv. 27. 32. in sapientiae primordiis se acquiescere declarasset, nunc ipsam sapientiam artioribus quasi descripsit limitibus. Qua in re nemo non videt, et quae *elementa* intellexerit v. 27., et quam tecte hic tetigerit Stoicos, virtutem in eo fastigio collocantes, ad quod humana natura eniti nequiret (cf. v. 17. et Epist. 1, 6, 5.), quippe qui *sapientiam perfectum bonum mentis humanae* (Senec. Epist. 89.), vel *quae omnes numeros virtutis haberet* (Cic. Offic. 3, 3, 14.) et *virtutem rationis absolutionem* (Fin. 5, 14.), atque omnes homines praeter sapientem *stultos* (ἄφρονας) declararent; vid. Heind. ad Sat. 1, 3, 78. Beier. ad Cic. Offic. 1, 3. p. 19. et 2, 10. p. 69. Horatius autem, ea tantum comprobans, quae essent in usu vitaque communi, non quae fingerentur summa, confiteri non dubitavit: *Nam vitiis nemo sine nascitur: optimus ille est, Qui minimis urgetur* et *Quis paria esse fere placuit peccata, laborant, Quum ventum ad verum est.* Sat. 1, 3, 68. 69. Porro in usu voc. *stultus* observandus est Poëtae mos, quo aliorum formulas ad suam rem suo ipsius sensu accommodat, ut Epist. 1, 10, 12. 18, 9. Tum in *sapientia prima* describenda Cleobulum ap. Diog. Laert. 1, 92. vestigiis secutus esse videtur dicentem: Ἀρετῆς οἰκεῖον εἶναι κακίας ἀλλότριον, ἀδικίαν φεύγειν. Similiter Theogn. 1131. 32. *Εἴθ' εἴης ἔργων αἰσχρῶν ἀπαθὴς καὶ ἀεργός, Κύρνε, μεγίστην κεν πεῖραν ἔχοις ἀρετῆς. Virtus et sap. prima* igitur est principium virtutis (cf. Epist. 18, 9.) et sapientiae, ut dicitur *prima via* ap. Ovid. Met. 2, 63. ibique Bach. *prima fabula* ap. Terent. Ad. prol. 9. i. e. prima pars fabulae, ad quem locum multa exempla affert Ruhnken. p. 180., cf. Drak. ad Liv. 3, 29, 8. et Ramsh. Gr. lat. §. 152. p. 298. Sic v. 6. *extrema arena.* Adjectivum *prima* referas etiam ad substantivum praecedens, ut Epist. 6, 17. Sat. 1, 3, 129. Od. 2, 8, 3. 13, 18., de quo loquendi usu Schmidius (quem cf. ad Ep. 2, 1, 21.) relegat ad Reisig. Comment. crit. in Soph. Oed. Col. 583. p. 278 et Enarrat. Oed. Col. p. CLXIII. Minus recte igitur alii *virtutem primam* interpretantur h. l. *primariam, praecipuam.* Sic Wachius ad Cat. Distich. 1, 3. p. 9. ed. Arntz. In errore etiam versatur Lactantius, qui definitionem *virtutis* hic augurans Inst. 6, 5, 12. *inepte,* inquit, *quod*

(Horatius) *eam contrario terminavit, ut si diceret: Bonum est, quod malum non est. Quum enim quid sit virtus, nescio; ne vitium quidem quid sit, scio.* Num Quintilianus Inst. 9, 3, 10. hunc locum, ut opinatur Lambinus, explicaverit, aliorum arbitrio permittendum est. Ad sententiam ipsam apprime facit Juv. 13, 187. *Plurima felix paulatim vitia atque errores exuit omnes, Prima docet rectum sapientia.* et Senec. Epist. 28. *Initium est salutis notitia peccati. Egregie mihi dixisse videtur Epicurus. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult.* Cf. id. 96. Similiter de oratione ornata Quintil. 8, 3, 41. *prima virtus est, vitio carere.* De usu infinitivi perfecti pro aoristo vid. nunc Schmid. ad Epist. 17, 5. Dissen. ad Tib. 1, 1, 46. et Hauthal. ad „*Die Satiren d. Pers.*" p. 96.

V. 42—44. Sententiarum nexus: Homines autem, ut sunt, summo opere non stultitiam, sed res alienas evitant ad sapientiam nihil pertinentes. *Vides* est apostrophe, qua non raro ab eo, ad quem proprie scribitur, ad alios aut vulgo sapientiores convertitur oratio, aut ad ipsos nota dignos, praesertim quum Poëta ardore quodam incitatus in depravatos aequalium mores invehitur. Utriusque rei exempla habes ubique, sed vid. v. 28. 57. 91. 19, 19. Sat. 1, 1, 38 sqq. 6, 18. 110. Praeivit Lucret. 3, 1058. Qua quidem observatione non negabitur, alias etiam aliam esse allocutionis rationem. Cf. Schmid. ad Epist. 1, 16, 53. Hoched. ad A. P. 153. et Morgenstern. de discrimine Sat. atque Epist. Hor. p. 94. Similiter Graeci ὁρᾶν usurpant; cf. Bentl. ad v. 91. — *Census exiguus*, qui Od. 2, 15, 13., Ep. 1, 7, 56. *census brevis* et ap. Juv. 13, 7. *tenuis* est, quantum malum fuerit, videre licet ex Sat. 2, 3, 92. Od. 3, 24, 42. aliis. Hinc Juv. 14, 173. *Inde fere scelerum causae, nec plura venena Miscuit, aut ferro grassatur saepius ullum Humanae mentis vitium, quam saeva cupido Indomiti census.* Ovid. Fast. 1, 217. *Dat census honores, Census amicitias: pauper ubique jacet.* Senec. Epist. 115. Sallust. Cat. 12, 52. Jug. 85. Petron. 119. Cic. Off. 1, 8. De censu Romano ad nostros calculos relato bene dixit Meierotto in: *Uiber die Sitten und Lebensart der Römer.* I. p. 16 sqq. ed. 1814. Et quo major tali rerum conditione honorum contentio erat, eo turpior videbatur repulsa, in quam rem Cicero Offic. 1, 21, 71. *videntur labores et molestias, tum offensionum et repulsarum quasi quandam ignominiam timere et infamiam.* Sidon. Apollin. Carm. 5. p. 287. Elmenh.: *tristique repulsa Non moderanda subis, quae defendenda putasti.* Quo animo tulerint istam,

exempla affert Val. Max. 7, 5. et quo animo ferenda sit, optime docet Poëta Od. 3, 2, 17—20. ibiq. Mitscherl. — 44. *quanto — labore.* dicitur in *paupertatis pudorem et fugam* Ep. 1, 18, 24. *Doeringius* cum Schol. Cruq. capitis laborem intelligit vitae periculum, quod quanquam bene fert latinitas (vid. Arntz. ad Cat. Distich. 1, 33.), malim tamen ex superlata quadam contentionis quasi internae descriptione et ob adjectum voc. *animi* capitis meditando defatigati intelligere dolorem. Cf. Doederlinii Synonym. etc. I. p. 42. Alii synecdochice *corporis laborem* omnino h. l. indicatum sibi persuadent. *devitat* dicitur ut *desaevit* Ep. 1, 3, 14., *delitigat* A. P. 94., *deproeliantes* Od. 1, 9, 11., *debacchentur,* 3, 3, 55., *denarrat* Sat. 2, 3, 315. De hac augendi vi dixerunt interpp. ad Val. Flacc. 5, 499. Bremius ad Nep. Milt. 2, 2. Bach. ad Ovid. Met. 11, 331 et Weichert. de Cass. Parm. p. 289. Eleganter hunc locum vertit Vossius: „Denke wie ängstlich du solche mit Herzweh meidest und Kopfweh."

V. 45. 46. *Impiger — ignis.* Exemplum quasi maximi illius, quo homines male sani paupertatem fugiant, studii ponitur ex usu etiam aliorum poëtarum mercator. Hinc Lucilius p. 245. ed. Bip. *Volturius ruis hinc et colligis omnia furtim: Hinc mare metiris magnum et te fluctibus tradis.* Ovid. Trist. 1, 2, 75. *Non ego, divitias avidus sine fine parandi, Latum mutandis mercibus aequor aro.* Pers. 6, 75. *Vende animam lucro: mercare etc.* Id. 5, 54, 141 sqq. Senec. de brev. vit. 2. *Alium mercandi praeceps cupiditas circa omnes terras, omnia maria spe lucri ducit.* Cf. Juv. 14, 275—280. Avien. Arat. 312 sqq. Lucian. Char. 11. Hor. ipse Sat. 1, 1, 39. 4, 29. Od. 1, 1, 18. 3, 1, 25. 26. 24, 40—43. — *mercator,* ἔμποϱος, liberae quidem reipublicae temporibus civis Romanus (hoc enim tempore non solum equites, ut recte docuisse videtur Beier. ad Cic. Off. 1, 42, 151. sed etiam senatores per servos erectioris animi negotiabantur, quanquam id illis ipsis indecorum v. Liv. 21, 63, 3. ibiq. Duker. Epist. 1, 16, 71. Cic. Verr. 2, 5 18.) mercaturam magnam et copiosam eamque honestam (quod negare videtur Ernestius in Clav. Cic. v. Negotiator, sed v. Cic. l. l. et Parad. 6, 2. licet mercaturam in universum antiquis Romanis ignobilem fuisse non negemus) exercebat; quumque is ναύκληϱος, quem Graeci appellant, plerumque esset, merces e provinciis apportans Romam atque in alias provincias, vocatur *vagus* in A. P. 117., uti h. l. notionis augendae gratia *impiger.* Vid. *Franckii prolegg. in Cic. oratt. Verr.* in Friedem. et Seebod. Misc. Critt. II, 2. p. 310

sqq. *Creuzer* in Morgenblatt 1822. nr. 22. Cf. Wolf. Heind. et Kirchner. ad Sat. 1, 1, 6. Fr. Jacobs in Verm. Schrift. VI. p. 6 sqq. Ceterum interpreteris: *mercator ὤν*, quum de ipso mercatore omnes labores ob lucrum suscipiente hic agatur; quare dissentio ab H. Stephano, qui in *Diatribe* etc. p. 110. sqq. hunc locum „non de aliquo artem illam factitante, sed de quopiam, qui aliqua in re similis illi esset", dictum putat. Cf. annot. ad Epist. 1, 10, 5. et Hocheder. ad A. P. 133. Male etiam Vossius, interpres cetera fidus atque elegans: „Unfaul rennet der Krämer," quo in loco cum Bersmanno *currit* videtur legisse. — *extremos ad Indos*, h. e. remotissimos et veluti in ultimo orbis terrarum termino positos, vid. Burm. ad Prop. 2, 8, 21. Liv. 45, 9, 6. *Arabas hinc Indiamque, qua terrarum ultimus finis rubrum mare amplectitur, peragravit.* Ibid. 42, 52, 15. Cic. in Verr. 5, 65. *Si tu apud Persas aut in extrema India deprehensus ducerere.* Tib. 4, 1, 145. *Ultima vicinus Phoebo tenet arva Padaeus.* Id. 4, 2, 20. Claudian. de 4. Cons. Honor. Paneg. 257. *Tu licet extremos late dominere per Indos.* Avien. Descript. orb. terr. 1307. *Ultima terrarum tellus aspergitur Indi Fluctibus oceani.* Cf. Burm. ad Anth. lat. I. p. 264. ad Lotich. p. 678. Wernsd. ad Poet. Lat. min. III. p. 158. V. p. 411. Doering. ad Catull. 11, 2. Gierig. ad Ovid. Met. 2, 254. Bentl. ad Od. 1, 35, 29. Cuning. Animadv. p. 185. Heyn. et Voss. ad Virg. Ge. 2, 123. Rupert. ad Juv. 10, 1. 2. Passov. ad Tac. Germ. 1, p. 84. Sidon. Apollinar. Carm. 2. Sic Graeci ἔσχατα τῆς γῆς, ut Herodot. 3, 25. Quanquam *currendi*, *θέειν*, verbum imprimis de navigatione dicitur (Lamb. ad Od. 1, 28, 36. 34, 4. Cort. ad Cic. Epist. ad Fam. 13, 68.), potest tamen intelligi etiam terrestre quoddam iter, quod mercatores eo quidem tempore per aliquam Aegypti partem a Copto usque ad Berenicen oppidum facere solebant. Vid. Plin. H. N. 6, 23. Strab. 17, 1. p. 461. ed. Tauchn. Manso Verm. Schrift. Lips. 1801. II. p. 377—79. Etenim quo minus montes Tibetanos intelligamus, ut proposuit Censor edit. Schmidianae in Jen. L. Z. 1829. p. 397., impedit et locorum Romanis tum fere semper infestorum et temporum ratio. In ipsa Aegypto sat habes montium, ubi mansiones quaedam teste Plinio erant dispositae, ad quos montes, si rem exacte definire cupias, pertinere videntur v. 46. *saxa* illa (Donat. ad Liv. 1, 24, 9.) ab aliis minus recte pro scopulis marinis accepta; tum *per ignis* intelligendus erit zonae torridae aestus, qua quidem rei commemoratione Od. 3, 3, 55. 24, 37. (Mitscherl.) Virg. Ge. 1,

234 et illa partic. *ter* non invenusta repetitione (Burm. ad Anth. lat. 1. p. 160. 726.) res ipsa effertur in majus, ut lucri studium acerbe castigetur. Possunt tamen et per *saxa* et *ignis*, Lambino interprete, quaelibet vitae discrimina significari, uti Graeci *διὰ πυρὸς βαίνειν, ἰέναι, μολεῖν* dicunt, vid. Abresch. Animadv. ad Aeschyl. lib. 1. p. 20., Bornem. ad Xenoph. Symp. 4, 16., Heind. ad Sat. 1, 1, 39., Mitsch. et Boettig. ad Od. 4, 14, 24. In hac *paupertatis* fuga describenda imitatus est, si fidem habebis Porphyrioni, Theogn. 177. sq. *ἣν (πενίην) δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον Ῥίπτειν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.* In rem magis versus, qui sequuntur: *Χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης Δίζεσθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης.* Similia leguntur ap. Plutarch. de Virt. mor. VII. p. 767. R. et Hesiod. Op. et D. 635 sq. *Paupertatem* ipsam bene explicat Porphyrio ad Epist. 2, 2, 199. ita ut sit „etiam honestae parsimoniae nomen et usurpetur pro fortuna mediocri.“ Cf. Mitsch. ad Od. 1, 1, 18., Heind. ad Sat. 1, 6, 71., et Drak. ad Sil. 1, 609. — Restat, ut de Romanorum cum Indis commerciis breviter dicamus. Dubitat *Schmidius* meus, num Romani ipsi in Indiae oras suis ipsorum navibus penetrarint, afferens Plin. H. N. 6, 23. et Strab. lib. 2. p. 118. et lib. 15. p. 686. ed. Casaub., ita ut Poëtam pleniore quasi ore locutum opinetur. Primum observandum est, veteres Indiae nomine tum ad Africam orientalem, tum ad Asiam australem designandam latissime esse usos; vid. Heyn. ad Tib. 2, 3, 56., Voss. ad Virg. Ge. 2, 170. et ante omnes *J. M. Mattii Annotatt.* c. 9. in *Triga Opusc. critt. rar.* Traj. ad Rhen. 1755. p. 72—81. Deinde hoc quidem tempore, anno certe 734. post u. c., quaerendum videtur, utrum Romani cursu solum maritimo per fossam a Ptolemaeo ex Nilo in sinum Arabicum factam (Strabo 17, 1. p. 444. Manso l. l. p. 372.), an terrestri aliquo vel per Aegyptum itinere, quod antea commemoravimus, vel per Arabiam si non ad ipsius Indiae oras, at saltem ad Indos Dioscoridis insulam aliasque Arabiae finitimas incolentes pervenerint. Plura hac de re talium rerum cupidis suppeditabunt *Heeren* in *Commentatt. Gotting.* X. p. 144 sqq. XI. p. 91 sq. Idem in „*Ideen über die Politik*“ etc. I, 2. p. 517—524., Wien. 1817. Idem *de Ceylone Insula, per viginti fere saecula communi terrarum mariumque australium emporio.* Gotting. 1831. p. 17. „*Myos-Hormos* und die ganze Aegyptisch-Aethiopische Küste des classischen Zeitalters, erläutert von C. G. *Reichard*“ in Neuen Allgem. Geoghr. u. Statist. Ephemeriden. 1829

XXVIII, 5—8., quae nunc typis repetita leguntur in ejusd. „*Sammlung kleiner Schriften*" etc. Güns. 1836. N. 12., *von Bohlen: Uiber Handel und Schiffahrt des alten Indiens* in *der* 1. *Sammlung* der Histor. u. Liter. Abhandlungen der königl. deutsch. Gesellschaft zu Königsberg. ibid. 1830. Idem in libro bonae frugis plenissimo: „*Das alte Indien*" etc. Koenigsb. 1830, quibus adde Hall. Allgem. L. Z. 1835. nr. 81. p. 17 sq. Res venales ex India in Italiam aliasque terras asportatas recenset praeter hos ipsos (Heeren I, 2. p. 460.) Manso l. l. p. 383. atque in *Verm. Abhandl. und Aufsätze.* Bresl. 1821. p. 255 sqq. Locos aliquot ex Roman. poëtis ipse congessi in ed. 1. p. 44. Cf. Dissen. ad Tib. 1, 1. p. 22.

V. 47. 48. *Ne cures — non vis?* Ex sententia Lambini *ne* h. l. valet *ut non*, ut hic verborum ordo sit: *non vis discere — ne cures* i. e. ut desinas curare, quae —? Quod quanquam ab usu Horatiano non prorsus abhorret (vid. Hoched. ad A. P. 152.), malim tamen particulae *ne* suam servare prohibendi vel vetandi vim. Poëta enim ad verba, quae vv. 43 sqq. antecedunt, respiciens, hoc vult: „Ac ne, ut mercator ille ejusque similes, qui omnem laborem rebus inanibus impendunt, stolida talium rerum cupiditate afficiaris, non vis ea cognoscere, quae illa bona i. e. divitias atque honores flocci facere nos docent?" *Audire* autem non est hysteron proteron, ut ait Scholiasta Cruquii, sed aut habet notionem obsequii (Donat. ad Terent. Eun. 2, 3, 79. Cic. Epist. ad Div. 2, 7, 2. Ochsn. ad Ovid. Met. 2, 429.) aut Horatius, qui ad φιληκοΐαν adhortatur, vocabulis ejusdem fere significationis utitur, ut *audire* sit verbum in hac re usitatissimum et discere volenti necessarium (vid. Arntz. ad Cat. Dist. lib. 2. praefat. v. 10. p. 110.), quocum bene convenit *meliori credere* i. e. sapientiori se credere, ut scite explicat Hand. ad Wopk. Lectt. Tull. p. 149. Sic Epist. 2, 68. *nunc te melioribus offer;* nisi quis malit sensu magis Graecorum illud interpretari: πείθεσθαι τῷ βελτίονι, Plat. Apol. Socr. c. 17. B. Quicquid est, *audendi* verbum, quod Gesnero vehementiorem habere est visum et acriorem cohortationem, h. l. valde displicet. Etenim ut *audire* leviorem quam *discere* habeat significationis vim, optimi scriptores in coacervandis verbis, quibus ad persuadendum utuntur, saepe perturbatius talia effundunt, vid. Cort. ad Sallust. Cat. 5, 5. et Beier. ad Cic. Off. 3, 33. p. 414. Huc accedit, quod Poëta, quum σπουδῆς ἄξια proponere vellet, his ipsis verbis allusisse videtur ad illum Romanorum morem, quo juvenes ad virum quendam princi-

pem locum in civitate tenentem deducebantur, cujus omnibus dictionibus interessent, quemque ut praeceptorem audirent colerentque. Vid. Graev. et Heusing. ad Cic. Off. 1, 34. Gernh. ad Cic. Lael. 1, 1. et Zell. ad Epist. 2, 1, 106. Ceterum ad veritatem hujus dicti proxime accedunt, quae habent Sallustius (Jug. 1, 5. *Quodsi hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac nihil profutura multumque etiam periculosa petunt; neque regerentur magis, quam regerent casus, et eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent.*) et Cicero (de Offic. 1, 20, 66. *Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur, quarum una in rerum externarum despicientia ponitur, quum persuasum sit, nihil hominem, nisi quod honestum decorumque sit, aut admirari aut optare aut expetere debere etc.*) itemque Isocrates ad Demonic. p. 11. ed. Wolf. 1651. *Ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω. — — Αἰσχρὸν γάρ, τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπερᾷν ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν, τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ τὰς κατὰ γῆν πορείας ὑπομένειν ἐπὶ τῷ βελτίω καταστῆσαι τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν.* In eandem rem optime Plato in Apol. Socr. c. 17. D. E. p. 55. ed. Stallb. et Diogen. ap. Diog. Laert. 6, 27.

V. 49—51. *Quis — palmae?* Nexus: Et quis non, veluti si optio detur, ut eligat certamen vel honestissimum et leve, vel vulgare et periculosum, bonis istis omni virium contentione comparandis et a vilissimo quoque expetitis anteponere malit summum bonum, quod, quia in nobis est positum, dulce sine magno et paene sine ullo labore nobis offert praemium? Gesneriana hujus loci interpretatio non ab omni parte est vera; sed hoc, quod diximus, voluisse Poëtam demonstrat comparatio pugilis in vilibus Paganalium ludis et luctatoris in magnis Olympiis, indicant vers. 44—46, persuadet illud, quod addidit: *sine pulvere,* cogit juris verbum *conditio* cum quadam vi positum. Hinc ii locum elegantissimum perturbant, qui aut *contendunt* legere malunt, aut, ut *Briegleb.* (qui contra *Wieland.* disputat in *Observatt. ad illustranda veterum scriptorum loca pertinent.* Partic. III. Coburg. 1783. p. X.) magno labore et multis exantlatis molestiis comparari illam virtutem docent, quas male oderint homines stulti, quamvis iidem male sani pauperiem fugiant, divitias consectentur per mare etc., nam *sine pulvere* i. e. *sine magno labore* et non mediocri molestiarum patientia *magna neminem coronari Olympia.* Neque quenquam mirari debere, ait ille, Poëtam pulverem ostendere, ut in cogitatione ponat

lectorum illos labores molestiarum plenos, qui non ignoret, perpetua *hoc* consuetudine esse usurpatum, ut illi Athletae pulvere se aspergerent, non modo valetudinis ratione habita, sed multo magis, ut, quum nudi pugnarent et unguentis delibuti, possent se ipsi complecti artius. Inde Horatium nihil aliud nisi hoc istis verbis significasse: *homines minima quaeque facere plurimi avideque concupiscere; contemnere optima et summo labore digniora.* Similiter locum explicant *Glareanus* et *Minos.* Ac praeter alia quae huc usque de sententiarum ordine et significatione dixi, huic interpretationi etiam adversatur linguae latinae ratio et lex; nam *cui sit* explicetur necesse erit: *cui* i. e. si ei esse posset vel liceret. Poëtae si non accuratius, saltem *esset* dicendum erat. Cf. Schmid. ad Ep. 1, 11, 8. Rursus alii, ut *Orrery,* Britannus ille magni nominis, qui in vita Plin. Jun., quam E. A. Schmidius suae Plinianarum epistolarum interpretationi praefixit p. 26 sqq., hunc locum in clariori se luce posuisse opinatur, in formula *sine pulvere majorem illius victoriae laudem* indicatum volunt. Perperam. — *circum pagos.* Intelligit hoc loco J. M. Mattius in Triga Opuscul. 3, 23. p. 424. *ludos Paganales,* laudans Varr. L. L. 5, 3. p. 49. ed. Steph. (p. 58. ed. Bip.) et huc referens Sueton. Aug. c. 45. *Spectavit autem studiosissime pugiles, et maxime Latinos; non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Graecis solebat; sed et catervarios oppidanos, inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte.* Paganalia autem non solum in ipsis pagis extra urbem, sed etiam Romae celebrata esse videntur, vid. Ernest. Clav. Cic. v. *Paganus.* De illis Rutil. Itiner. 1, 373. *Et tum forte hilares per compita rustica pagi Mulcebant sacris pectora fessa jocis.* Cf. Ovid. Fast. 1, 669 sqq. — De *compitis* vid. Acron. ad Sat. 2, 3, 26. et Serv. ad Virg. Ge. 2, 382., ubi similiter *pagi* et *compita* conjunguntur. De *ludis Compitaliciis* dixerunt Wernsdorf. ad Calpurn. 4, 125. II. p. 341. et Casaub. ad Sueton. Aug. 31. Quicquid est, aut ipsis ludis pugiles populum hilarem et jocis inhiantem suis delectarunt certaminibus, aut alio tempore per urbis Romae aliarumque urbium et pagorum compita se praebuerunt spectandos; quod ille Suetonii locus testari videtur. Quapropter non assentior *Bothio* intelligenti hominem fortem, qui quemque obvium minimo (Sat. 1, 4, 9.) provocaverit ad pugnam. — De ipsis veterum μονομαχίαις vid. quos laudat Jacob. ad Lucian. Toxar. c. 58. p. 152. — *coronari Olympia,* στεφανοῦσθαι Ὀλύμπια, ut Simonid. Fragm. LXVI.

Ὀλύμπια ἐστεφανώθην et Lucian. de merced. cond. 13. (III. p. 230. Bip.) ὦ μακάριε, καὶ ἔστεψαι τὰ Ὀλύμπια. Icaromen. VII. p. 392. στεφθῆναι τὰ Ὀλύμπια ibiq. Gesn. Pari modo νικᾶν, θύειν (Xenoph. Anab. 1, 2, 10.), Χορηγεῖν (Demosth. Mid. §. 64.), Aristot. Rhet. 1, 2, 13. στεφανίτην ἀγῶνα νενίκηκεν. Plutarch. Cat. maj. c. 5. Solon. c. 23. Lucian. Char. 17. ibiq. Elster. p. 43. ἀριστεύειν Theocr. 15, 98. ibiq. Wüstem. Cf. Herm. ad Viger. p. 754. Matth. Gr. ampl. II. §. 409. p. 746. Hunc usum loquendi imitati sunt Latini, ut Ennius ap. Cic. de Senect. 5. *Vicit Olympia;* et ibi Ochsn. in Eclog. p. 275. Hor. A. P. 414. *qui Pythia cantat*, i. e. in Pythiis, interprete Mattio l. l. 2, 15. laudante Plin. H. N. 35, 15. et Apulej. de Dogm. Plat. p. 250. Alia suppeditant Ruhnk. ad Vellej. 1, 8., Beier. ad Cic. Oratt. Fragm. p. 43. et Schmidius ad h. l. — *magna,* aut per excellentiam certamina Olympica, Pind. Ol. 3, 37. μεγαλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν, aut sensu angustiori Pisaea. Lucian. Herod. 1. ἐνίσταται Ὀλύμπια τὰ μεγάλα cum annotatione J. Palmeri ad Hermonid. 4. [IV. p. 515. Lehm.] Cf. Scal. Poetic. 1, 23. 24. et Boettig. ad Od 4, 2, 17. — *coronari,* quia victores Olympici ornabantur coronis ex oleastri ramis duobus vel uno continuo plexis, vid. *M. Schmeizel.* de Coronis etc. p. 104—10., cf. *Mader.* de Coronis etc. p. 11., Lucian. de Gymnas. 9. VII. p. 160. Bip. Quanquam illis ludis etiam *palmae* victoribus dabantur (Liv. 10, 47, 3., Boettig. ad Od. 4, 2, 18., Vitruv. praef. lib. 9. p. 352. cf. Kuinoel. ad Matth. 21, 8., Gell. 3, 6.), Poëta tamen fortasse magis respexit ad Romanorum morem, quo gladiatoribus, victoriam adeptis, *palma* praemii loco dari solebat, vid. Eichstad. ad Ruhnk. Antiq. Rom. XX. p. 7. not. 59. et cf. Scalig. Poët. 1, 36. Orell. Inscr. 2587. Etiam Virgilius Ge. 3, 49. ad studium certaminum curulium designandum habet *Olympiacam palmam;* — *dulcis* hic vocatur non ob dulcedinem fructus (Plin. H. N. 13, 4.) sed ob jucunditatem quietae victoriae, ut alia ratione *palma nobilis* Od. 1, 1, 5., *dubia* Juv. 11, 179., *stolida* Ovid. Met. 6, 50., *difficilis* Cic. Philipp. 11, 5. Quare dissentio a Baxtero et Hochedero, qui hoc epitheton ad *cond.* et *spem* referendum putant; quanquam non male dicitur: „qui gaudeat conditione" etc. — *sine pulvere,* i. e. ἀκονιτὶ et ἀναιμακτί; nullo cum periculo incruentaque victoria (Gell. 5, 6.), vel citra certamen, ut plane non sit certandum; „metaphora sumpta," ut utar verbis H. Stephani in Thes. ling. graec. sub. voc. Κόνιτρον, „ab athletis, qui in congressibus manus pulvere quodam conspergebant, ne tactus in

adversarii [oleo uncti] apprehensione lubricus esset.“ Plin. Hist. 35, 11. Ovid. Met. 9, 35. Stat. Theb. 6, 844 sqq. Lucan. 4, 614 sqq. Nilus ap. Orell. I. p. 372. Nr. 332. Lucian. de Gymnas. c. 2. VII. p. 156. Bip. Cf. Perizon. ad Aelian. V. H. 9, 3. Heyn. ad Epict. Enchirid. 29, 3. et Orellius ad Sentent. mor. vet. Gr. II. p. 581. Hinc nonnulli vv. docti auctore Mercuriali de Arte Gymnast. 1, 8. in Polen. Thes. III. p. 484. formulam: *sine pulvere*, Pliniano illo et hoc Horatiano usi loco interpretantur: *sine auxilio inspersae arenae;* quam ob rem *Orreryus* ille notionem *majoris laudis* et *Cellarius* in Dissertatt. Academic. p. 255. et *majoris laudis* et *summae virtutis* hic invenisse sibi visi sunt. Similiter locum explicavit *J. G. Bidermannus* in Progr. schol.: *Quam sit conditio dulcis sine pulvere palmae?* Freiberg. 1758. Quanquam illum certandi sine pulveris aspersione modum non omnino denegamus, a potiore tamen fieri denominatio solet, ut recte *Budaeus sine pulvere* explicaverit *ἄνευ ἀγῶνος;* quod contigisse Herculi, Dromeo, Dorieo, Dioxippo narrant Diodor. Sicul. in Bibl. lib. 4. p. 222. Pausan. in Eliac. 2, 7, 11. et Plinius l. l.; ad quam rem etiam alludere videtur Seneca de Provid. 4.: *Descendisti ad Olympia; sed nemo praeter te, coronam habes, victoriam non habes.* Cf. Beier. ad Cic. Off. 1, 18. p. 143. Erasm. Adagg. 2, 6, 23. et interpp. ad Thucyd. 4, 73. Cetera recte quidem *Doeringius,* at pulverem a pugnantibus collectum (Od. 1, 1, 3.) intelligit.

V. 52—58. Sententiarum nexus: „Summum illud bonum ipsa virtus est omnibus thesauris major, quanquam aliter vulgo sentiunt homines, divitias pro summo bono habentes.“ Ex mente autem Gesneri Poëta novo quasi exordio declarat inconstantiam hominum, qui in ore quidem habeant praeclaram sententiam *Vilius argentum etc.,* sub eodem tempore, si non totidem verbis, toto tamen vitae tenore clament: *O cives* etc. Neutiquam. Neque enim sententia distrahenda est ab iis, quae antecedunt; Poëtae sapientiori, rem suam sermonis vulgaris ratione modoque proponenti reclamat quasi aureum illud Jani praeceptum: *O cives, cives* — (Simile dictum legitur apud Goethium XX. p. 133., Dideroti verba in patrium sermonem eleganter vertentem: „Nur Gold, nur Gold! Gold ist Alles und das Uibrige ist Nichts.“) Veteres hanc humilem illiberalemque sentiendi rationem omni modo impugnant atque dilatant. Si in sensum v. 52. *Vilius — aurum* veteres ethnici, ut Phocylides (ap. Plat. de Rep. 3. p. 623.): *δεῖ ὅταν τῳ ἤδη βίος ᾖ,*

ἀρετὴν ἀσκεῖν, Socrates ap. eund. in Apolog. 17. p. 56. Stallb.: *μήτε σωμάτων ἐπιμελεῖσθαι μήτε χρημάτων πρότερον μηδὲ οὕτω σφόδρα, ὡς τῆς ψυχῆς, ὅπως ὡς ἀρίστη ἔσται, λέγων, ὅτι οὐκ ἐκ χρημάτων ἀρετὴ γίγνεται* etc. et Cicero (Parad. 6, 2, 48.): *nulla possessio, nulla vis auri et argenti pluris, quam virtus, aestimanda est*, Rep. 3, 5. *justitiam rem multo omni auro cariorem*, sincero virtutis amore inflammati docent, rursus alia, quae vv. 53 sqq. magis explanant, suos aequales castigandi causa proponunt. Theogn. v. 519. 20. Brunk.: *Πλήθει δ' ἀνθρώπων ἀρετὴ μία γίγνεται ἥδε, πλουτεῖν, τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν ἄρ' ἦν ὄφελος* — Antiphanes ap. Stob. Serm. LXXXIX. p. 502. *Ἆρ' ἔστι λῆρος πάντα πρὸς τὸ χρυσίον* etc. Cf. Plat. in Eryxia p. 1326. C. ed. Fkf. Arist. Polit. 1, 9. et Muret. in Aristot. Ethic. Opp. III. p. 167. Ad rem imprimis Juv. 3, 140. *Protenus ad censum, de moribus ultima fiet Quaestio.* Eurip. ap. Senec. Epist. 115. (cf. Solan. ad Lucian. Tim. I. p. 408. Bip.), *Sine me vocari pessimum, ut dives vocer; An dives, omnes quaerimus: nemo an bonus.* Ovid. A. A. 2, 277. *Aurea nunc vere sunt saecula: plurimus auro Venit honos.* Propert. 3, 11, 48 sqq. *Aurum omnes victa jam pietate colunt. Auro pulsa fides, auro venalia jura: Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.* Adde Hor. ipsum Od. 3, 16, 1—16. Sat. 2, 3, 94 sqq. Epist. 1, 6, 36—38. Lucret. 5, 1112 sqq. Cort. ad Sall. Cat. 10, 4. 30, 4. Rupert. ad Juv. 1, 113. interpp. ad Petron. 14. 137., ad Cic. Off. 1, 8, 25. Graev. ad eund. 2, 20. Liv. 3, 26, 7. Quomodo haec ipsa pecuniae cupiditas, ne quis Poëtam a veritatis fide discessisse opinetur, apud Romanos infinita facta sit, cognosces ex accuratiore de hoc loco quaestione in ed. 1. p. 49. proposita.

V. 54—56. *Janus summus — lacerto.* Si fides habenda est *P. Victori* (Graev. Thes. III. p. 51.): *Jani quadrifrontes XXXVI per omnes regiones marmoribus incrustati et adornati insigniis militaribus et signis. Duo praecipui ad Arcum Fabianum superior inferiorque.* — *Janus summus* et *imus* non indicant totum unius vici, Jani insigniti, spatium, ut volunt Bentlejus et Fea, auctore Aldo Manutio ad Cic. de Offic. 2, 25., neque omnes unius Jani compitalicii i. e. aditus e vico aliquo in forum Romanum partes, ut Heindorfius explicat, sed, ut multas multorum de hac re sententias non commemorem, quod loci inter duos Janos fuit, ut recte viderunt Lambinus, Minos, Torrentius et fusius demonstravit Beier. in doctissima de *Jano medio* ad Cic. Offic. 2, 25, 90. II. p. 169—176

disputatione. Itaque *Janus medius* (cujus et mentio fit in aliquot inscriptionibus a Fea commemoratis), ad quem vel in quo omne feneratorum genus concurrebat Sat. 2, 3, 18. Cic. Phil. 6, 5. 7, 6. (ab Ovidio in Rem. Am. 561 simpliciter *Janus* nominatus), dicitur ut *medium intestinum* i. e. *μεσεντέριον* ap. Cic. N. D. 2, 55, 137· aliter sentiente Heindorfio ad Sat. l. l. Recte tamen is *Janum* intellexit transitionem quandam perviam (Cic. N. D. 2, 27, 67.) arcu constructam; quapropter *Janus* idem est atque *arcus* in fragmento quodam inscriptionis a Niebuhrio in Mus. Rhen. 1827. Fasc. 4. exhibito. Janus quidam (Arco di Giano) cernitur lithographia adumbratus in Koehleri „Malerischen Wanderungen durch die Alterthümer in Rom und der Campagne. Lips. 1829. II. tab. 48. p. 23. et in ejusdem „Urbe Roma. ibid. I. tab. 8. Erudite de his Janis disputat Sachsius in „Geschichte und Beschreibung der alten Stadt Rom" I. p. 101., qui tamen p. 128. *Janum medium* pro media quadam inter *Jan. s. et im.* transitione majore habet. De *argentariis, mensariis, nummulariis etc.* in quadam fori parte sedentibus vid. quos laudant Heind. ad Sat. 2, 3, 18., Beier. ad Cic. Offic. 3, 14. p. 282., *Rein.* in Röm. Privatr. p. 324. Cf. annotata ad v. 80. — V. 55. *Prodocet* i. e. rem quaerendam Janus ille vel *palam* docet (Fest. ed. Lindem. p. 125.), vel, *Jahnio* interprete, docendo praeit, magistri instar dictat et praecipit. Haec interpretatio certe non aliena est ab Horatio, verba nova saepe fingente vel usitatis alium significatum subjiciente; probatur et iis, quae sequuntur: *juvenes senesque recinunt* (Od. 1, 12, 3.) i. e. repetunt *haec* tanquam *dictata* (ut Epist. 18, 13. *dictata reddere* et ap. Cic. N. D. 1, 26., *decantare,* Fin. 4, 4, 10. ibique interpp. et *Weichert.* Poët. Lat. Rel. p. 25.) illiberalem artem insignibus suis profitentes i. e. *Laevo — lacerto.* Pariter verbo *προδιδάσκειν* usus esse videtur Lucianus in Charont. 7., quo viri docti similiter offensi sunt. In rem *Plutarch. de Cupid. div.* VIII. p. 87. R. *Ταῦτά ἐστιν ἃ παραινοῦσι καὶ διδάσκουσι, κέρδαινε καὶ φείδου καὶ τοσούτου νόμιζε σεαυτὸν ἄξιον, ὅσον ἂν ἔχῃς.* Juv. 14, 208. — Versus 56. *Laevo — lacerto,* qui Sat. 1, 6, 74. describit pueros in Flavi ludum literarium euntes, mirum in modum vexavit interpretes, uti infra annotavimus. Observandum tamen est, h. l. non ipsos describi pueros, neque per appositionem, neque per comparationem intelligendo particulam *ut, veluti* etc., sed omnem ad feneratorum exemplum quaestui pecuniae deditam turbam. Etenim quum Horatius dicit, praecepta Jani repeti a juvenibus

senibusque, nihil aliud vult nisi hoc: omnes fere cives operam dare quaestui pecuniario et ideo ferre secum loculos et tabulam, necessaria ad eam rem instrumenta. Juv. 9, 41. Tecte igitur tantummodo comparantur homines aetate adulta cum pueris illis eadem instrumenta arithmetica ad numerandi artem ediscendam secum ferentibus, qua quidem re observata totus perelegans locus sale quodam cernitur conspersus. Pueri enim illi non liberalem artem, sed artem subducendorum calculorum ex ingenio saeculi utilitatem pro numine habentis edocebantur. De singulis vid. Heind. et Doering. ad Sat. 1, 6, 74. et interpp. ad A. P. 325. Scito autem, homines illos in Jano versantes habuisse aut *tabulam* calculatoriam et *loculos* calculis refertos, ut in abaco rationes celeriter expedire possent, aut, interprete Scholiasta Cruquii, *juvenes fenori operam dantes et feneratores in Janum intrantes* intelligente, *tabulas ad exarandum nomina et loculos ad fenus accipiendum.* Scholiastae interpretationem jure improbat *Schmidius.* Ne quis repetito versu offendatur, uti h. l. factum videmus, tenendum est, veteres poëtas suos versus repetere non dubitasse; vid. Sat. 1, 2, 13. et A. P. 421., Sat. 1, 2, 27. et 1, 4, 92., Ibid. 2, 3, 163. et Epist. 1, 6, 28. Od. 1, 19, 1. et 4, 1, 5. Alia exempla collegerunt Jahnius ad Virgil. Ge. 2, 129. et Aen. 3, 48. Forbig. ad Lucret. 1, 57., Wernsd. ad Poët. Lat. min. II. p. 25., Jacobs. in Latein. Blumenl. II. p. 267., Valken. ad Eurip. Hippol. 435. 885., Wüstem. ad Theocr. 1, 13. 3, 20. et E. L. de Leutsch. in Mus. Rhen. 1834. fasc. 3. p. 362., qui e Latinis Catull. 21, 2. 24, 2. et 23, 1. 24, 5. confert laudans *Wagner.* ad Virg. Aen. 10, 871.

V. 57—59. *Est animus — Plebs eris.* Ut in ordine, sic in ipsa horum versuum explicatione tergiversantur interpretes. Male praeit Scholiasta Cruquii, qui verba *Sed quadr. — des.* avaro ambitioso, *Est an.* — Horatio et „*Plebs eris*" eidem avaro tribuit. *Cruquius* et *Fea* et mirum — ut suae quisque scripturae ordinem probet, haec opinantur verba Jani esse ad quaerendam pecuniam ante virtutem incitantis; idem sentit Daruus, quantum ex ejus elegantissima translatione conjicere licet: Jeunes gens et vieillards se répètent entre-eux: Vous êtes probe, sage, éloquent, courageux; n'importe, du Sénat Roscius vous rejette, Vous êtes Plébéjen, si dans votre cassette, Vous ne pouvez compter cinquante mille écus. Ex mente autem Torrentii, scripturam *sed* v. 57. comprobantis, haec sunt verba pecuniae studium excusantis, qui „Cur ni," inquit,

„properem ditescere; qui in plebe mansurus sim, si equestri summae quadringentorum millium vel minimum desit" etc. At sunt potius verba Horatii, qui novo argumento atque exemplo ordinis equestris vocem illam: *O cives* etc. seu veram seu necessariam esse docet; quippe quae vel lege quadam sanciatur. Etenim in eum ordinem ex lege tribuni plebis L. Roscii Othonis (vid. v. 62.) nemo cooptabatur, si census illius minor erat quadringentis millibus sestertium, i. e. auctore Budaeo, decem millibus coronatorum vel ex rationibus a Wielandio ductis $16666\frac{2}{3}$ thaler., rectius fortasse 20000 thal. Vid. Romé de l'Isle metrolog. Tafeln — zur Erklärung alter Schriftsteller übersetzt von Grosse, mit einigen Berichtigungen v. Hofr. *Kästner*. Braunschw. 1792. p. 308. Cf. Hoched. ad A. P. 383., Eckhel. D. N. Vett. V. p. 23. 28. et quos de censu ordinis equestris vario laudat *Creuzer* in *Abriss der Roem. Antiq.* §. 88. p. 125., adde Catan. ad Plin. Epist. 1, 19, 3. ed. Cort. In rem compara Juv. 5, 132 sqq. *Quadringenta tibi si quis deus aut similis dis Et melior fatis donaret homuncio: quantus Ex nihilo fieres etc.*, et ib. 14, 323 sqq. *effice summam Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Othonis* — cf. 1, 106. 2, 117. 3, 154 sqq. — Quod Lambinus, suasore Juliano Mediceo, distingui vult: *Si quadr. sex, septem* — i. e. si quadringentis millibus deest unum mille, factum nollem. Reperitur et illud asyndeton apud alios, ut Ovid. Met. 6, 133., Terent. Eun. 2, 3, 40. Cic. ad Attic. 10, 8. Praeterea partic. *sed* cum Bauero ad Sanct. Min. II. p. 328. non explicaverim: *at, si. Sed* enim non opponit, sed *a*pponit id, quod distinguendum videtur, ut Epist. 1, 16, 44., vid. Hand. Turs. I. p. 425. et Kritz. ad Sall. J. 85, 15. Sensus igitur est: „Si ad tuas virtutes, quotquot habes, accedit exiguae summae defectus facultates equestres explentis" sive: „sunt tuae tibi virtutes, ita tamen, ut — — Plebs eris." Qua re perpensa sponte exsultabit particula *si* a nonnullis v. 58. retenta. Cruquio autem, quum quatuor haec, quod ad lucrum faciendum et mercatus negotia desiderarentur, allata affirmat, credere noli. Vid. ed. I. p. 54. Recte autem Scholiastes Cruquii verba v. 59.: *Plebs eris*, interpretatur: *contemneris, inter plebem reputaberis et in quatuordecim ordinibus non sedebis.* Nam ex eo inde tempore imprimis Gracchorum (*Muhlert.* de Equitibus Romanis §. 28—34., *Bach.* Histor. Jur. Rom. ed. 5. p. 87 sqq.), quo equites secundum vere efficiebant civium Romanorum ordinem, plebejo paene ut vulgo inhaerebat notio quaedam vilitatis atque contemtus.

Sic Catilina ap. Sallust. c. 20. *Nam postquam respublica in paucorum jus atque ditionem concessit — ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles vulgus fuimus.* Senec. Controv. 2, 9. *Sed nulla materia in rebus humanis virtutes clarius ostendit censu. Senatorium gradum census ascendit: census equitem Romanum a plebe cernit sqq.* Cf. in totius sententiae sensum Sat. 2, 5, 8. 3, 95 sqq., 1, 1, 62. Epist. 1, 6, 38. 2, 2, 151. et supra ad v. 52. Sallust. Cat. 12, 1. Plin. H. N. prooem. lib. 14. p. 241. ed. Bas., Plin. Epist. 1, 14, 9. Hinc Juv. 3, 164. *Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi.* Rursus Menander ap. Stob. Grot. 867. τοῦτο μόνον ἐπισκοτεῖ καὶ δυσγένειαν καὶ τρόπου πονηρίαν, τὰ πολλὰ κεκτῆσθαι. Brunck. γνωμ. μονοστιχ. 408. p. 321. *Πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.* Cf. Theogn. 515—20. 631 sqq. 909 sqq. 1073. sqq. Rutgers. Var. Lect. lib. 4. p. 357.

V. 59—61. *At pueri — culpa.* Quodsi Poëta legi Rosciae vel formulam: *Rex eris, si r. facies,* ex mente Cruquii, a pueris inter ludendum et munia sibi a parentibus injuncta peragentes cantatam, vel haec omnia verba utpote ab illis aut in schola recitata aut alias tanquam carmen triviale in ore habita, (v. infra Annot. crit.) proposuisset, rem sane fortuitam atque inde nullius fere momenti enarrasset; quare, ut gravius sit contrarium, verbis: „*Rex eris — facies*“ et his tantum, ipsam ipsorum puerorum sentiendi agendique rationem indicari crediderim. *Muretus, Lambinus,* quos sequuntur plerique interpretes, significatum volunt quendam pilae lusum, in quo, qui forte nunquam peccasset, rex fieret, qui iterum ac saepius, asinus appellaretur. Vid. Platon. Theaetet. (p. 108. ed. Frkf.) c. 10. p. 295, Heind. Pollux (9, 7.) hunc lusum οὐρανίαν vocat. Ejus etiam mentionem facit, narrante Lambino, *Chrysostomus* in orat. de regno 4.: *Οὐδὲ γὰρ τῶν παίδων ὁ νικήσας, ὅταν παίζωσιν, ὡς αὐτόν φασι βασιλέα, τῷ ὄντι βασιλεύς ἐστιν.* Alii, ut Nannius Misc. 4, 16. in Gruter. Lamp. crit. 1. p. 1284, *βασιλίνδαν* h. l. intelligunt. Illam explicationem quanquam non impugnaverim, aliam tamen commendaverim. Pueri enim interdum *regna* ipsa et *imperia* ludebant, de quo puerili lusu vid., quos laudat, hujus loci non immemor, Peerlkamp. ad Od. 1, 36, 8., Casaub. ad Aelium Spartian. in Severo 1., Torr. ad Suet. Neron. 35. et interpp. ad Justin. 1, 5., quibus adde Muret. Var. Lectt. 13, 9. et omnino de simili *regis* significatione Turneb. Adv. 24, 29. Popm. ad Varr. L. L. II. p. 7. ed. Bip. Huc accedit, quod usitata veteribus fuit eamque ob

causam cuilibet lusui conveniens formula haecce: *rex eris, si recte facias; si non facias, non eris;* vid. Isidor. Origg. 9, 3, 4. p. 296. Lindem. Quicquid est, verba quae sequuntur *Hic murus — culpa.* non puerorum sunt, sed quod recte vidit Schmidius, ipsius Horatii, qui sano puerorum sensu *recte facientibus* principatum meliori quasi natura duce deferentium gavisus mirum in modum recti honestique sensu incaluit, atque illud *recte facere* suo modo quasi interpretaturus addidit: „Ita sane. Hac in re i. e. in integritate et conscientia recti tibi situm sit firmissimum totius vitae praesidium atque inconcussa ejus stabilitas.“ Cf. v. 68 sq. Nisi quis arbitretur, in pueris optimum quemque regem facientibus Poëtae animo obversatum esse *regnum,* quod ei similitudinem *muri aheni* praebuerit proponendam; ex qua re hic evaderet sententiarum ordo: „Recte; talis regni in te ipso positi firmissimum praesidium atque inexpugnabile quasi propugnaculum tibi sit innocentia integritasque.“ Omnino enim vult Poëta, quod Isocrates in Nicocle §. 104. praecipit: *Ζηλοῦτε μὴ τοὺς πλεῖστα κεκτημένους, ἀλλὰ τοὺς μηδὲν κακὸν σφίσιν αὑτοῖς συνειδότας.* Quare *Doederlin.* in *Lectionum Horatianarum decade* (Erlang. 1828.) p. 7. *aheneum murum* alii muro item aheneo, qui v. 52. si non descriptus, at significatus sit, opponi arbitratur. Jam vides hunc sententiarum ordinem: „Clamant omnes, virtutem aeri posthabendam; atqui sapientius vel pueri ludentes non aere seu externis bonis, sed recti scientia et bonis artibus metiri consueverunt, quos reges facturi sunt; ergo pueros viri imitati se quisque non auri argentive acervis vel saccis tanquam muro circumvallent, sed hunc potius murum putanto, nil conscire sibi.“ Quanquam sensus est bonus, res tamen longius altiusque repetita videtur. Ne autem, quod *Wielandius* et *Schützius* fecerunt, hos versus elegantes obelo notemus aut in formula *ahenei muri* argutemur, eam nihil aliud esse nisi *locutionem proverbialem* observandum videtur. Omnia enim ex *aere, ferro, adamante* facta dicuntur, quae *dura, inflexibilia, firmissima* sunt; sic Od. 1, 33, 11., 3, 9, 18. *juga ahenea*; Od. 3, 3, 65. *murus aheneus;* Od. 3, 16, 1. *turris ahenea.* Praeivit Homerus Od. 10, 4. Il. 2, 490. 5, 387. 11, 241. 18, 222. Cf. Mitsch. ad Od. 1, 3, 9. Aeschyl. Prometh. v. 6. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. 6, 12. Pindarus apud Plutarchum in vita Marc. II. p. 466. R. *Τὸ πεπρωμένον οὐ πῦρ, οὐ σιδαροῦν σχήσει τεῖχος.* Ceterum firma quum rei cujuslibet, tum recte sentiendi agendique

rationis praesidia muris comparari solent; vid. *Barth.* ad Claud. IV. Cons. Honor. 108. p. 575. in Laud. Stilic. 4, 188. p. 320., Cort., Wass., Kunhard. ad Sall. Cat. 58, 17. Wesseling. ad Anton. Itiner. p. 446. Drak. ad Sil. 16, 68. Burm. ad Anth. lat. I. p. 84. 723. Hinc non assentior Lambino, qui Horatium spectasse opinatur locum illum Platonis de Legg. 6. p. 873. χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ δεῖν εἶναι τὰ τείχη μᾶλλον ἢ γήϊνα. *Schmid.* comparat χαλκοῦν καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος ap. Aeschin. in Ctesiph. [25. p. 71. ed. Bremi]. *Fruter.* in Conject. verisim. 3, 14. confert *murum ferreum* ap. Veget. R. Mil. 2, 17., vid. Both. ad Feam. Adde Lucian. de Calumn. non temere cred. c. 20. — ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς προβεβλημένος —. In hujus loci fere sensum Plato de Rep. 2. p. 596. ed. Frkf. juvenibus, qui erectioris sensus esse et velint et debeant, illud Pindari dictum proponit: Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβὰς καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ; Sic Antisthenes ap. Diog. Laërt. 6, 13. Τεῖχος ἀσφαλέστατον φρόνησιν (εἶναι)· μήτε γὰρ καταῤῥεῖν, μήτε προδίδοσθαι. Τείχη κατασκευαστέον ἐν τοῖς αὑτῶν ἀναλώτοις λογισμοῖς. cf. 6, 6. Idem (ap. Orell. Opusc. Gr. vett. sentent. II. p. 54. nr. 53.) ἔλεγε τὰ τείχη τῶν πόλεων εἶναι σφαλερὰ πρὸς τὸν ἔσω προδότην, ἀσάλευτα δὲ τὰ τῆς ψυχῆς καὶ ἀῤῥαγῆ. Sic veteres Pythagoraei (Orell. I. p. 34. nr. 109.) Ἰσχὺς καὶ τεῖχος καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ φρόνησις. Simili modo Alcidamas teste Aristotele in Rhet. 3, 3. τὴν φιλοσοφίαν ἐπιτείχισμα τῶν νόμων appellavit. Hinc Senec. Epist. 74. *Adversus hos casus muniendi sumus; nullus autem contra fortunam inexpugnabilis murus est.* Id. 82. *Philosophia — inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis lacessitum non transit.* Cf. Cic. Parad. 4, 1. Tusc. 5, 14, 41. Jam in promptu erit, *murum aheneum* non usurpari pro certo et immutabili animi decreto, ut ait Erasmus in Adagg. 2, 10, 25., neque pro doctrina, qua nihil firmius tenendum sit, ut inter alia docet Despresius, sed pro munimento conscientiae recti. Ita Senec. Epist. 105. *Securitatis magna portio est, nihil iniqui facere.* Ep. 97. *tuta scelera esse possunt, secura non possunt. — Prima et maxima peccantium est poena, peccasse. — Sed nihilominus et haec et illa secundae poenae premunt ac sequuntur, timere semper et expavescere et securitati diffidere.* Var. Sentent. ap. *Zell.* p. 67. nr. 189. *Nihil est miserius, quam animus hominis conscius.* Juv. 13, 193. *quos diri conscia facti Mens habet attonitos* — 223: *Hi sunt qui trepidant et ad omnia ful-*

gura pallent; ad illum locum vid. quos laudat *C. Müller.* in *Commentat. de loc. aliquot Juv. Spec.* 1. p. 9. (Hamburg. 1831.), et de verbo *pallescendi* in hac re usitato *Meister.* ad Pers. Sat. 4. Traj. ad Viadr. 1807. p. 64 sqq. Democrit. (ap. Orell. I. p. 96. nr. 31.) *Δίκης κῦδος, γνώμης θάρσος καὶ εὐθυμίη, ἀδικίης δὲ δεῖμα ξυμφορῆς τέρμα,* ubi Orellius Horatianum locum confert. Secundum Biantem (ibid. p. 184. nr. 19.) est *ὀρθὴ συνείδησις*, quae facit *τὸν βίον ἄφοβον.* Bene etiam Demophilus (ibid. p. 38. nr. 16.): *αὔταρκες δὲ πρὸς εὐζωΐαν τὸ μηδὲν ἀδικεῖν,* et Diogenes (ib. II. p. 68. nr. 47.): *Τίς γὰρ ἂν ἧττον φοβοῖτό τι, ἢ θαρσοίη μάλιστα, ἢ ὅστις αὐτῷ μηδὲν συνειδείη κακόν;* Stob. Serm. XXIV de Conscientia p. 350. Cf. Plutarch. de Anim. Tranq. VII. p. 863. R. et *Pabst.* ad Tac. An. 6, 6. in Eclog. Tacit. p. 135 sq. — Versum suo loco restituturi olim illustravimus in Zimmermanni Allgem. Schulzeit. II. 1833. p. 875 sq.

V. 62—64. *Roscia — Camillis?* Lex Roscia lata est 687. u. c. Varr. a *L. Roscio Othone*, tribuno plebis, qua sancitum, *ut nemini, nisi eques et equestri censu esset, in quatuordecim gradibus orchestrae sedere liceret.* Vid. quos hac de re laudant *Bach.* in Hist. Jurispr. Rom. p. 176. et *Creuzer.* in „Abriss" etc. § 88. p. 126. Adde Bentl. et Mitsch. ad Epod. 4, 15. et quos laudavi in edit. 1. p. 59. Qua in re animadvertenda est Horatii libertas, qua legem publicam perstringere non dubitavit. Quae quidem causa bene illustratur a Suetonio in Vit. Aug. 40. cf. ibid. 44. Quod idem illam puerorum formulam (qualis reapse fuerit, alii doceant, vid. Both. ad v. 63. ap. F.) *neniam* dicit, est ex dicendi usu, quo quodlibet carmen inconditum et cantilena saepius repetita *nenia* vocatur, id quod viri docti hic illic annotarunt, vid. Scalig. ad Varr. L. L. II. p. 227., Casaub. ad Theophr. Ch. 7. p. 104. ed. F., Gisp. Cuper. in Obss. 1, 1. p. 7. Mitsch. ad Epod. 17, 29. cf. interpp. ad Paul. Diac. p. 519. ed. Lindem. Sic Phaedrus fabulas suas vocat *viles nenias* Fab. 3, prol. 10.; 4, 1, 3. (ibiq. Heins. et Schwabe) et Fulgentius in Mythol. 1. p. 2. ed. Munck. versiculos suos *cachinnantes nenias.* Errant autem, qui in verbo *decantata* novum quasi argumentum videre sibi visi sunt, quo haec omnia verba: *Rex — culpa* olim a Curiis et Camillis cantata in puerilem tunc cantilenam abiisse sibi persuadent, ut vir doctus quidam in Jen. L. Z. 1829. nr. 110. p. 398. Vid. etiam Dac. et Gesner. *Decantare* enim saepe est pro *repetendi* verbo, notione quadam satietatis adjuncta, ut ap. Cic. de Orat. 2, 18, 75. Fin. 4, 4, 10. Divin. 1, 47, 105. Lucan. 5, 394.

Ita Graeci ὑμνεῖν, ᾄδειν, Eurip. Phoen. 441. Valck. Androm. 619. Br., ibique Musgr. Concedimus autem ob hanc ipsam locutionem, pueros illam breviorem formulam non tam dixisse, quam cantasse videri. Ceterum facete lusit Poëta in his verbis. Quod viros illos, antiquae virtutis exempla, (Lucan. 7, 358. Cul. 360. 365. Val. Maxim. 4, 3, 5.) cantilenam illam decantantes facit, pueros dicit esse lege Roscia sapientiores, qui sua nenia veteres sectentur homines continentissimos atque masculae virtutis viros (A. P. 402.), quales fuerint *Curius, Camillus* aliique horum similes; is enim est h. l. Pluralis numeri usus; vid. *Ochsner.* ad Cic. Eclog. p. 195. *Ellendt.* ad Cic. Brut. 69, 244. *Jacob.* ad Lucian. Alexand. c. 45. p. 84. Illi igitur viri non cecinerunt, sed regulam et normam vitae sibi fecerunt istam *recte faciendi* vocem aeque applaudentes aliis *recte facientibus.* „Hodie autem homines," id quod tacite significat Poëta amabiliter ludens, „non: *rex erit, qui recte faciet, sed rex erit, qui rem faciet,* uno vitae tenore clamant."

V. 65—69. *Isne tibi — aptat.* Quod supra v. 47 sq. 52. propositum est, ad id omnis revertitur oratio, qua, quemadmodum legislator ille suadeat, ut curam conferas in re facienda et honoribus petendis, ita philosophus, ut haec omnia deponas et fortunam contemnas superbam, non sine aliqua cavillatione demonstratur. In rem imprimis faciunt Juv. 14, 207. *Unde habeas, quaerit nemo, sed oportet habere* et Senec. Epist. 115. *Non quare et unde: quid habeas, tantum rogant.* Aliter Solon ap. Plutarch. I. p. 431. R. Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι Οὐκ ἐθέλω.

V. 67. *Ut propius — Pupi.* Intelligitur *sedes in quatuordecim gradibus* s. *sedibus, ordinibus.* Senatui, Equiti et Plebi discreta sua loca erant et gradus in spectaculis. In theatro quidem jam olim lege Roscia; in circo et in amphitheatro promiscue spectabant, quamdiu vigebat Romae libertas. Id mutatum est sub Principibus. Prima sedes, *orchestra,* senatui, secunda (cavea prima) *equestria,* equitibus, tertia, (*cavea* sec. et tertia) plebi propria. Vide praeter eos, quos supra ad v. 62. laudavi, Heind. ad Sat. 1, 6, 40. Duker. ad Liv. 34, 44, 5. Epit. 99. Matth. ad Cic. pro Muren. 19., Philipp. 2, 18. Cat. maj. 14, 9. ibiq. Gernh. Juv. 3, 154. Senec. de Benef. 2, 9. Petron. 126. Schwabe. ad Phaedr. 5, 7, 30. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 10, 32, 4. Suet. Jul. 39. et Octav. 14. 40. Ner. 11. Quintil. Inst. 3, 6, 18. Lips. ad Tac. Ann. 15, 32. Wernsd. ad Calpurn. Ecl. 7, 26—29. Ruhnk. ad Aquil. Rom. p. 180. De ipsis se-

dibus disputant Lips. de Amphith. c. 14. Stieglitz. in Archaeologie etc. II, 1. p. 216 sqq. Köpke in Athenaeo a Günth. et Wachsm. edito III, 2. p. 180 sqq. Sachse „Beschreibung" etc. II. p. 155 sqq. Grysar. in Allgem. Schulz. 1832. II. p. 344. Ceterum similis in theatro sedendi ambitio notatur a Theophrasto in Charact. 5., ubi vid. Casaub. p. 70. Inde Arnobius 4. p. 132. ed. Salmas. *quis ad extremum deum Pecuniam esse credat, quam velut maximum numen vestrae indicant literae donare annulos aureos, loca in ludis atque in spectaculis priora etc.* — De *Pupio*, tragoediarum scriptore, cujus, nisi ipse tum temporis in vivis erat, tragoediae saltem Horatii aetate spectabantur, nuper disputarunt *Lange.* in Vindic. Trag. Rom. p. 6., *Weichert.* in Poët. Lat. Rel. p. 276. et *Grysar.* l. l. p. 315. Cf. C. *Passov.* l. l. Not. 279. Distichon, quod fecisse ipsum in sui memoriam narrant Acro et Schol. Cruq., illustrant. *Fruter.* (Verisimil. 3, 7. in Gruter. Lamp. crit. V. p. 365.) et *Burmannus* in Anthol. lat. lib. II. epigr. 213. I. p. 406., (ed H. Meyer, I. p. XV. 20, 35.) typis repetiit *Both.* in Tragic. Fragm. I. p. 256. Quanquam tragoediae ejus non sine populi plausu editae videntur, Horatius tamen suum cohibuit assensum, quod Pupius laudem spectatorum lacrimas excitando venari videretur; inde *poëmata lacrimosa*, δακρυόεντα. Quo minus autem Dacerio assentiar *lacrimosa les pitoyables, les lamentables Tragédies* conjectura explicanti, impedit loquendi usus. Od. 1, 21, 13. *bellum lacrimosum*, Sat. 1, 5, 80. *lacrimoso non sine fumo.* Lucil. Sat. 5, 14. *Flebile cepe simul lacrimosaeque ordine tallae.* Plin. H. N. 19, 6. *odor lacrimosus.* Göller: θρηνῶδες δρᾶμα.

V. 68. 69. *An qui — aptat?* Haec omnia, loco eleganti Sat. 2, 7, 83—88. illustranda, ex penu philosophiae deprompta sunt. *Responsare Fortunae* est Epicuri ap. Diog. Laërt. 10, 120. ἀντιτάττεσθαι τῇ Τύχῃ. Sic Plutarch. de Aud. Poët. VI. p. 100. ἀντείρειν τῇ τύχῃ καὶ ποιεῖν ὑψηλὸν ἑαυτὸν καὶ ἀταπείνωτον. Eodem sensu *responsare cupidinibus* Sat. 2, 7, 85. Verbum ipsum bene explicant *Heindorfius* ad Sat. 2, 4, 18. et *Mitscherlichius* (contra Doeringium) in Racem. Venus. Fasc. VI. p. 4. In rem dicit Seneca de Tranqu. An. 11. *Tanta enim fiducia sui est, ut obviam fortunae ire non dubitet, nec unquam loco cessurus sit: nec habet, ubi illam timeat.* Id. Epist. 16. *Philosophia adhortabitur, ut Deo libenter pareamus, ut fortunae contumaciter resistamus.* Cf. Stob. Eclog. 2. p. 360—62 ed. Heer. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 5, 13, 1. Sallust. I. 1, 3. Gernh. ad Cic. Lael. 2, 7. Kühner. ad Cic. Tusc. 5,

25, 72. Id. Parad. 5, 1, 5. Epitheton *superbae* ex vulgari sentiendi ratione est, qua Fortuna nihil curat neque curas nec preces hominum, sed, ut ait Poëta Od. 3, 29, 49 sqq. *saevo laeta* (*est*) *negotio et Ludum insolentem ludere pertinax,* ubi vid. Mitscherl. et interpp. ad Sat. 2, 8, 61. 1, 59. ibiq. Fea. 2, 126. Od. 1, 34, 14 sqq. 35, 15—28. Fea ad Od. 3, 10, 10. Beier. ad Cic. Offic. 2, 6, 19. Burm. ad Anth. lat. I. p. 556—570. Wernsd. ad Poët. lat. min. III. p. 242—255. 386—392. Inde ap. Ovid. Trist. 5, 8, 8. *Nec metuis dubio Fortunae stantis in orbe Numen et exosae verba superba deae;* cf. ibid. v. 15—18. Simili modo *Victoria* ap. Tib. 2, 5, 46. *Diva superba* vocatur, ubi *Fr. Jacobs.* in Blumenlese II. p. 116. locum Horatianum scite comparavit. Quare non audiendus est Lambinus, qui, ut nunc video, ad Aemil. Prob. Paus. Not. 40. p. 346. ed. Francof. 1608. legi mavult *superbe.* Horatius autem philosophus qua ratione subjectam humanae rationi sibi finxerit fortunam, bene observat *Passov.* l. l. N. 83. Erat enim apud veteres proverbium consuetudine tritum: *Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ᾽, οὐκ εὐβουλία,* de quo dixit Plutarchus in Moral. VI. p. 367 sqq. Conf. Lennep. ad Phalarid. Epist. 55. p. 203. ed Lips. et Kühner. ad Cic. Tuscul. 5, 9, 25.

V. 69. *Liberum et erectum,* qualem describit Sat. 2, 7, 83 sqq. Epist. 1, 16, 63 sqq. et Od. 4, 9, 34. ibiq. Mitsch. Quodsi ex sententia Senecae Epist. 51. *libertas* est: *Nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus: fortunam in aequum deducere* et Luciani (Demon. 20. V. p. 242): *ἐκεῖνον νομίζω (ἐλεύθερον) τὸν μήτε ἐλπίζοντα μήτε δεδιότα*; *erectus* vocabitur is, cui est *ὀρθὸς νόος*, sive *ἀταπείνωτος*, i. e. qui virtutum praesidio tectus et proinde impavidus nulla unquam re externa movetur; cf. Od. 3, 3, 1—8. Similiter Seneca de Vit. beat. 4. beatam vitam dicit *liberum animum et erectum et interritum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum.* Cf. id. Epist. 9. et 37. Pers. 5, 73—90. Juv. 5, 161. Cic. Tusc. 5, 14. Paradox. 5. ibique Gernh. p. 216., et Beier. ad Offic. 1, 20, 66—70. al. — Quod si *Doeringius* voc. *praesens* ad *gravem* praesentis *vocem* refert, malim cum Scholiasta Cruquii interpretari: *valens persuasione;* sive quod nos dicimus: nachdrücklich. Vid. Lambin. ad Od. 1, 35, 2. Heind. ad Sat. 2, 2, 41. Ruhnk. ad Terent. Phorm. 2, 2, 31. Drak. et Rupert. ad Liv. 1, 12, 6. Neque male *Dacerius* eum intelligit, qui ut monitor ad latus stat suoque consilio alterum adjuvat. Populari suo assentitur Sanadonus. Errat ta-

men ille in defendenda scriptura *optat*. Veteris enim philosophiae est, ut alia taceam, non optare vitam beatam, sed facere. Vid. Epist. 1, 18, 112. 2, 1, 128. Cf. Senec. de Tranq. an. 3. Restat, ut versum 68. ab Haberfeldti (IV. p. XLIX.) incommoda ob syllabas in medio et fine similiter sonantes defensione defendamus. Primum, quanquam tales syllabae inter se consonantes rhythmo recentiorum praeludunt, tamen non veri putandi sunt rhythmi, si ex arte legantur, quod bene observarunt *Passov*. ad Pers. p. 313. et *Lachmannus* ad Prop. p. 72. Cf. Bentl. ad Sat. 1, 3, 140. Deinde veteres iique optimi scriptores non evitarunt, sed vel saepe quaesiverunt vel propter sonum auribus non ingratum, vel ex quodam verba intimo sensu cohaerentia in medio et fine collocandi studio tale rhythmi et allitterationis genus, quod erudite vel annotarunt vel multis exemplis probarunt *Schmidius* in Zimmerm. Allg. Schulz. 1828. II. p. 1207., *Wüllner*. ibid. 1829. p. 1257., *Th. Bergk*. in ejusd. Zeitschrift etc. 1834. p. 1005., *Bothius* ad Feam I. p. 15. II. p. 139. *Naekius* in Mus. Rhen. 1829. III. p. 388. sqq. *Wagner*. ad Virg. Aen. 9, 123. *Bach*. ad Ovid. Met. 2, 398. 6, 491. (Jahn.), 13, 379., *Casaub*. ad Pers. 1, 95. p. 135., *Barth*. ad Stat. Theb. 2, 239., *Burm*. ad Prop. 1, 8, 11. et ad Lotich. p. 493. p. 355. *Cort*. ad Lucan. 1, 329. *Santen*. ad Terent. Maur. p. 203. 217 sqq. *Wopk*. Lectt. Tull. 1, 5. et quos laudat *Hand*. p. 32 sqq. Adde *Weichert*. Prolus. 1. de Hor. Epist. p. 28., *Wolff*. Prolegom. ad Plaut. Aulul. p. 41. *Kahlert*. de Homoeoteleuti natura et indole. Vratislav. 1836. p. 15. 19 sq. *Heyn*. ad Tib. 1, 9, 23. (in Obss.) *Weber*. ad Lucan. II. p. 436., *Jahn*. ad Od. 4, 6, 6. et ad Virg. Aen. 9, 444. al. Ex Horatio huc imprimis pertinent Sat. 1, 4, 19. *At tu conclusas — auras*. Ib. 10, 19. 20. 2, 8, 1. Epist. 1, 2, 12. 16. 22. 32. 8, 6. 10. 14. 15. 14, 7. 19, 11. 2, 1, 100. Quae observavimus, etiam maximam partem de aliis homoeoteleutis s. postremis syllabis duorum versuum similiter sonantibus valent, ut Epist. 2, 1, 41. 42., quanquam de his hic quidem non quaeritur. [Cf. tamen Mart. X, 72, 9. 10. Bk.]

V. 70 sqq. Horatius, postquam generatim summum quo vulgus ardeat pecuniae et honorum studium, contemta sapientia rerum honestarum admonitrice, taxavit, jam indicat, quare judicium vulgi de rebus appetendis et fugiendis repudiet. Haec ipsa res sapienti admonitori occasionem praebet, vv. sqq. singulorum perversa studia sale et facetiis perstringendi. Errant igitur *Dacerius* et *Sanadonus*, qui ea, quae sequuntur, legis Rosciae causa a vulgo magni

habitae dicta esse opinantur. Recte autem Dacerius Poëtae sententiam comparat cum M. Antonini [11, 8. p. 324. Gatak.]: ὁμοθαμνεῖν μέν, μὴ ὁμοδογματεῖν δέ. Similia sunt Senecae Epist. 5.: *Eadem faciemus quae ceteri? Nihil inter nos et illos intererit? Plurimum. Dissimiles esse nos vulgo sciat, qui inspexerit propius.* Id. Epist. 29. *Nunquam volui populo placere. Nam quae ego scio, non probat populus: quae probat populus, ego nescio. — Quis enim placere potest populo, cui placet virtus?* etc. *Schmidius* affert eund. de Const. 14. *non it (sapiens) qua populus.* Cf. de hac sententia Passov. l. l. N. 52. Ceterum non contemnenda videtur illa scriptura *idem* v. 71. interprete Cruquio: „*cur sim alius a populo et in vita communi, ut in opinione?*" Totius autem loci vis fugit *Bauerum,* de latinitate *frui porticu* dubitantem. „At *ferri* porticu," inquit „est incedere, ambulare ibi; et *judicio ferri* est abripi, *in transversum agi, multitudinis sensum sequi*" etc. Nos quidem verbo *fruendi,* quod notionem *delectationis* adjunctam habet, nihil ad hunc locum accommodatius arbitramur. Ita Seneca de Vit. beat. 10. *Tu voluptate frueris, ego utor.* Sil. Ital. 12, 566. *fruiturque timore paventum,* i. e. delectatur, ad quem locum Drakenb. confert Martial. Epigr. 8, 30, 3. et Claudian. in Rufin. 1, 236. Alia suppeditat Perizonius ad Sanct. Minerv. I. p. 381. ed. B. et Doederl. Syn. III. p. 135. Proinde etiam dubito, num recte explicaverit Editor Horatii Zeuniani: „*judiciis frui* fructum capere ex aliorum *de nobis* judiciis ac sententiis ad vitam emendandam sive regendam. Turnebus (Adv. 30, 12.) totam sententiam a populi sermone ductam ac profectam censet. De *porticibus* et ambulantibus et amantibus gratis vid. Burm. ad Prop. 2, 18, 55. 23, 1 sq. Schmid. ad Epist. 6, 26. et interpp. ad Sat. 1, 4, 135.

V. 74. 75. *Quia me — retrorsum.* Eodem Aesopi apologo utitur Plato in Alcibiade priore (c. 18.) p. 442. Frkf.; quare fuerunt, qui Poëtam ad philosophum respexisse putarent. Quidni ad Aesopum ipsum, uti et Plutarchus de Profect. virtut. sent. VI. p. 294.? Locum autem ex Lucilio sumptum indicat *Muretus,* quae sententia a Porphyrione quodammodo probatur dicente: *Luciliana sunt haec* etc. Lucilii versus, qui ap. Nonium leguntur in verbo *deductum* et *spectare,* ita compositos exhibet editio Persii Bipontina p. 234: *Deducta tunc voce leo: Cur tu ipsa venire Non vis huc? ——— Quid sibi vult, quare fit, ut introversus et ad te Spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus?* De ipsis versibus Lucilianis disputant *Lam-*

binus, Torrentius h. l. et *Jan. Gulielm.* Verisimil. 2, 1. in Gruter. Lamp. Crit. III. p. 278. Cf. Turneb. Adv. 30, 9. Ad Horatianos allusisse videtur Seneca de Vit. beat. 28. *Nec viam bonam ac malam per se aestimamus, sed turba vestigiorum, in quibus nulla sunt redeuntium.* Consentit autem Horatius re quidem cum Platone (cujus amantissimus num fuerit, dubitat C. Passovius l. l. N. 66.) in Rep. 2. p. 596. C. *εἰ μέλλομεν εὐδαιμονήσειν, ταύτῃ ἰτέον, ὡς τὰ ἴχνη τῶν λόγων φέρει.* De usu fabulae ap. Hor. v. eund. N. 283.

V. 76. *Bellua — quem.* Sensus: „Illud vulgi judicium (v. ad v. 70.) non solum damnosum (v. 75.) est, verum etiam tam discrepans et diversum, ut id sequi nequeas." Hac utraque re respondetur ad v. 70., quod fugit *Bentlejum*, alioquin maximi acuminis virum. Imago ipsa, qua H. utitur, frequentata est scriptorum usu, ut Platonis in Rep. 9, 12. ibiq. Stallb. p. 287., ubi philosophus *εἰκόνα τῆς ψυχῆς λόγῳ πλάσας, Πλάττε τοίνυν*, inquit, *μίαν μὲν ἰδέαν θηρίου ποικίλου καὶ πολυκεφάλου* etc. Alias idem, Chabotio observante, *τὸν ἔρωτα* dixit *πολυκέφαλον ὡς τὸν δῆμον.* Similiter, Barthio (Adv. 3, 20.) indicante, Julianus Constantium fratrem *ὕδραν πολυκέφαλον* appellavit. Ad sensum totius loci proxime accedit Platonis in Axiocho p. 1306. E. descriptio populi ipsius, quacum cf. Phalar. Epist. 68. p. 228. ed. Lips. Sic Seneca de Clem. 1, 1. populum vocat *immensam multitudinem, discordem, seditiosam, impotentem, in perniciem alienam suamque pariter exsultaturam* etc. Id. Epist. 7. *Necesse est aut imiteris aut oderis. Utrumque autem devitandum est: ne vel similis malis fias, quia multi sunt; neve inimicus multis, quia dissimiles sunt.* Id. de Vit. beat. 28. *Numquid vis amplius, quam ut me similem ducibus meis praestem? Quid ergo est? non quo miserint me illi, sed quo duxerint, ibo.*

V. 77. *Pars — publica.* Göller: *ἀνθρώπων οἳ μὲν τελέων ὠνῆς μεμάασιν* — *Publica* imprimis intelliguntur vectigalia, quae publicani conducebant, quod pluribus demonstrarunt *Lips.* ad Tac. Ann. 13, 51., *Gronov.* Obss. 4, 13. alii. Qui haec et talia (Poëta enim fortasse alia etiam opera *publica* intellexit, ut Juv. 3, 30 sqq. ibiq. Weber.) *conducebant, redimebant* sive *faciebant* (Wetzel. et Gernh. ad Cic. Parad. 6, 2, 46., M. Donat. ad Liv. 23, 48, 10.), *conductores, mancipes, redemptores, susceptores* vocabantur, vid. quos congessit locos *Rein.* in Röm. Privatrecht etc. p. 334. et de discrimine verb. *locandi* et *conducendi Rost.* de locat. conduct. ad Plaut. Capt. 4, 2, 38—40. Lips. 1810. De ipsis variis loc. conduct.

generibus uberius dixit *Meierotto* über die Sitten und Lebensart d. R. I. p. 34—37. Si sola H. intellexit vectigalia, imprimis tangitur equitum studiosa publicis sumendis rem faciendi sedulitas, quippe qui in multas societates discedere solerent vel decumas vel portus vel pascua publica redempturi. Vid. *Rein.* l. l. p. 337., *Garaton.* ad Cic. pr. Planc. 9—12., *Franckii* prolegg. in Cic. oratt. Verr. l. ad v. 45. l. p. 351., *Grossmann.* de Procuratore etc. Lips. 1823. p. 34. *Burmann.* de Vectig. P. R. in Polen. Thes. I. p. 936 sqq. et quos affert *Beier.* ad Cic. Off. 3, 22, 88. Eandem rem strictim attingit Virgilius (Ge. 2, 502.) felicem praedicans, qui *nec ferrea jura Insanumque forum aut populi tabularia vidit.* Cic. ad Attic. 1, 17, 3. *Asiani, qui de Censoribus conduxerant, questi sunt in Senatu, se, cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio, postulaverunt.* Senec. Epist. 102. *Ille qui et mari et terra pecuniam agitabat, qui ad publica quoque, nullum relinquens inexpertum genus quaestus, accesserat.* Id. 120.

V. 78. 79. *Sunt qui — mittant.* Goeller: οἱ δ' ἄφενος χηρῶν μήλοις καὶ πέμμασιν, οἱ δὲ μέλλοντες στέλλειν εἰς ζωοτροφεῖα, γέροντας θηρῶσ'. — Aliud lucri faciendi genus eorum erat, qui assentando, simulata amicitia aliisque malis artibus, ut heredes scriberentur, efficiebant; quapropter Romae nulli major quam orbo et coelibi honor habebatur, inde etiam vocabula *captatorum, heredipetarum* et id genus alia satis frequentia. Vid. Brisson. de Verb. signif. v. *Captare.* Qui hanc *testamentorum captandorum* artem profiterentur, eos multo sale perfricuit Poëta Sat. 2, 5. ibiq. Heind. Cf. Od. 2, 18, 5. Braunh. Plaut. Mil. glor. 3, 1, 111 sqq. Catull. 68, 122 sqq. Cic. Parad. 5, 2. Off. 3, 19, 75. Plin. H. N. 14. prooem. Mart. 4, 56. 5, 18. 6, 63. 8, 27. 9, 89. 11, 44. ed. Bip. Juv. 4, 18. 5, 98. 137. 6, 38 sq. 10, 202. 12, 93—130. Stat. Silv. 4, 7, 35 sqq. Senec. de Benef. 4, 20. 6, 38. Consol. ad Marc. 19. Epist. 68. de Constant. Sap. 5. ibiq. Lips. Plin. Epist. 2, 20. 4, 15. 7, 24. 8, 18. Tac. Ann. 3, 25. 13, 42. 52. 14, 40. 15, 19. Germ. 20 (ibiq. Hess.) Petron. 116. 124. 125. 141. Ammian. Marc. 14, 6. 28, 4. Lactant. Inst. 5, 9, 16. Plutarch. de amore prolis VII. p. 935. R. Lucian. Diall. mort. 5—9., Gatak. ad Marc. Antonin. 6, 59. p. 204., Schaefer. ad translatas Plin. Epist. p. LXVI sq. — Ejusmodi captatores munusculis omnis generis, ut multi indicant loci a nobis indicati, delenibant *viduas* (s. virgines innuptas s. maritis privatas, ut ex Digest. probat *Schmidius*) *avaras* i. e. talibus rebus vel inhiantes vel rerum

suarum tenaces, cf. *Weber.* ad Juv. p. 198. De *crustis,* quodam dulciarii operis genere vid. *Wolf.* et *Kirchner.* ad Sat. 1, 1, 25. et *Serv.* ad Virg. Aen. 7, 115. *Poma,* quorum significatio late patet (Macrob. Saturn. 2, 15. Athen. Deipn. 3, 6. I. p. 316. Schweigh. et Hess. ad Tac. Germ. 23, 2.) insigne erant amoris signum, vid. Burm. ad Lotich. p. 338. Voss. ad Virg. Ecl. 3, 65. et quos laudat *Jacob.* ad Lucian. Toxar. 13. p. 66.; quapropter opinari posses, heredipetas viduis istis rei Venereae spem movisse, nisi obstare videretur similis Sat. 2, 5, 11. locus. Quanquam verbum *venari,* ut *θηρᾶσθαι* (Burm. ad Anth. lat. I. p. 390., Schwab. ad Phaedr. 4, 5, (4.) 4. et Dan. Pareus ad Mus. Erotopaegn. Her. et Leand. v. 149.) isti explicationi bene convenit, h. l. tamen et suam habet *captandi, laqueos tendendi, insidiandi* significationem, quod pluribus exemplis et graecis et latinis illustrarunt *Hemsterhusius* ad Lucian. Diall. Mort. 8. II. p. 439. Bip. et *Jacobus* ad Quaest. Lucian. ad calc. Tox. p. 4., quorum ille affert, qui maxime huc facit, Longinum p. 240. ed. Toll.: *ἀλλοτρίων θῆραι θανάτων καὶ ἔνεδραι διαθηκῶν.* Eodem sensu Mart. 4, 56, 5. *Sic avidis fallax indulget piscibus hamus: Callida sic stultas decipit esca feras.* Vossium, quod v. 79. verterit: „dem hegenden Parke zum Wildpret“ reprehendit *Conzius* in Seebodii Archiv etc. 1825. 4. p. 707. intelligens non receptacula ferarum, sed piscium, muraenarum, ostrearum (Plin. H. N. 9, 54. 55. et Juv. 4, 51.), simul ut Poëta sibi constet in metaphora Sat. 2, 5, 25. 44. usurpata. Quae quidem ratio valde displicet; quanquam rem ipsam etiam a Scholiasta Cruq. probatam non prorsus improbamus. Neque tamen ex verbis ipsis certi quid definiri potest, sive attendimus ad verbum *excipere,* de quo bene disputant Burm. ad Phaedr. 1, 11, 6., ad Grat. Cyneg. 110., Drak. ad Liv. 5, 41, 6., sive ad vocabulum: *vivaria,* quod de utraque re usurpari constat; vid. Gell. 2, 20., Plin. H. N. 8, 52. Colum. R. R. 8, 1. 9, 1. cf. 8, 16. Senec. N. Qu. 3, 18. al. Sic Rutil. Itiner. 1, 379. ibiq. Wernsd. *Ludere lascivos intra vivaria pisces.* Sidon. Apollin. Epist. 8, 12. *opimata vivariis ostrea* et translate Juv. 3, 308. *Sic inde huc omnes tanquam ad vivaria currunt.* Cf. Wittel. Annott. in *Georg. Merul.* c. 15. in Gruter. Lamp. crit. I. et *Stuck.* Antiq. Conviv. 2, 10. p. 274. Hoc autem ante omnia Conzio observandum erat, piscatum saepe apud veteres similitudini hominum sibi conciliandorum in suasque partes trahendorum inserviisse, quod pluribus illustrarunt exemplis Hemsterh. ad Lucian. Diall. Mort. 8. II. p. 440., Rupert. ad Juv.

12, 123. et Künoel. ad Evang. Matth. 4, 19. Alia suppeditat edit. I. p. 69. Praeterea Horatius lusit in vocabulo *vivaria*, quo aut captatorum cautionem indicat, ne quis senum in plagas compulsorum callida quadam fuga spem hereditatis frustretur, id quod Sat. 2, 5, 62—69. Juv. 12, 121—125., Mart. 9, 89, 4. Plin. Epist. 8, 18, 3. Lucian l. l. 9, 6. testantur, aut omnino describit blandam nonnullorum orbos senes ad dies vitae alendi curam, aut ipsum illiberale bona aliorum devorandi studium.

V. 80. *Multis — fenore.* In hoc quasi tertio diversorum studiorum genere omnis explicatio pendet ab epitheto *occulto*, quod aut fenus sensim auctum (Od. 1, 12, 45. Ovid. Met. 10, 519.) indicat, ut λαθροπόδας τόκους Antiphanis in Jacobs. Delect. Epigr. 7, 4, 4. et *fenus in tempora avidum* ap. Lucan. 1, 181. ibiq. Cort., aut, quod malim, fenus non legitimum, legibus vetitum, quod ex postremo Senatus consulto *de centesimis usuris* 704. U. C. (Cic. ad Attic. 5, 21.) centesimas illas i. e. duodecim asses pro centenis in annos singulos egrederetur. Senec. de Benef. 7, 10. Quae tamen lex magis Romae valuit, quam in provinciis, ubi pecuniam negotiatores iique equites honestissimi saepe binis, ternis atque quaternis centesimis collocabant. Vid. Ernest. Opusc. Philol. p. 9 sqq. Quam injuste saepe auxerint feneratores usuras, exemplum est Fufidius ille Sat. 1, 2, 14. ibiq. Heind. Alios de hac re quum locos tum scriptores afferunt *Beier.* ad Cic. Off. 1, 42, 150. 2, 25, 89., *Hessius* ad Tac. Germ. 26. et in Comm. III. in Tac. Germ. p. 30. *Nast* Opp. lat. Tubing. 1821. p. 160 sqq. *Hipp.* de fenere vett. Roman. Hamb. 1828. et qui hac de re accuratissime disputat *Reinius* in Römisch. Privatr. p. 301—312. Explicationem nostram a Scholiasta Cruquii atque Lambino approbatam improbat Bothius in Annott. ad F.: „Sed rectius fecerit," inquiens, „qui proprie interpretetur, istosque intelligat, qui viros bonos se esse simulent, quum turpissime fenerentur." At feneratio ipsa neque inhonesta fuit neque legibus vetita.

V. 81. 82. *Verum Esto — probantes?* Sententiam v. 76. propositam contra aliter sentientes probaturus Horatius addit tanquam novum argumentum inconstantiam illam, qua homines in vita ac studiis sibi repugnent; 81—93. Res ipsa augetur usitata transeundi ad alia verbi *esto* formula, quam *Scholiastes Cruquii*, *Ascensius*, *Lambinus* (qui Horatianos locos ad Epist. 16, 56. collegit.), *Bothius* ad Sat. 2, 2, 30. minus recte pro quadam concedendi formula

sumunt. At pariter Graeci εἶεν usurpant, quod recte observavit *Stallbaumius* ad Plat. Apol. Socr. 2. p. 16. Cf. Bauer. ad Sanct. Min. II. p. 103. et Heind. ad Sat. 2, 3, 65. Hac igitur transitione Poëta venia dignum declarat condonandumque illud discrepans vulgi studium, dummodo sibi quisque constet. Etenim de illo ubique utpote re non mira loquuntur veteres, ut Od. 1, 1., Sat. 1, 4, 25 sqq., 2, 1, 27. Epist. 2, 2, 58 sqq., Terent. Phorm. 3, 3, 14. ed. Reinhardt., Pers. 5, 53., Hom. Od. ξ, 228. Pind. Olymp. ϑ, 160. μία οὐχ ἅπαντας ἄμμε ϑρέψει μελέτα. Multos hujus sententiae locos collegerunt *Gataker*. ad M. Anton. 8, 43. et *Valkenaer*. ad Eurip. Hippol. 104. De hac autem, qua idem homo sibi ipsi repugnet, inconstantia vid. Sat. 2, 7, 7—112., Senec. de Brev. vit. 2. *Plerosque nihil certum sequentes vaga et inconstans et sibi displicens levitas per nova consilia jactavit.* Id. de Vit. beat. 28. *opus est vitam uno et aequali tenore producere, quam propositis diversissimis scindimus.* Id. Epist. 121. *Quidam sunt, qui alterni Vatinii, alterni Catones sunt.* — Apte laudat Lambinus Socratis dictum ap. Plat. in Gorg. [p. 329. B. ed. Frkf.], quo is praestare ait: πλείστους ἀνθρώπους μὴ ὁμολογεῖν μοι, ἀλλ' ἐναντία λέγειν μᾶλλον, ἢ ἕνα ὄντα ἐμὲ ἐμαυτῷ ἀσυμφωνον εἶναι καὶ ἐναντία λέγειν. Cf. Cleanth. Hymn. ad Jov. 30. Phal. Epist. 68. p. 228. ed. Lips. et Plutarch. de Anim. Tranq. VII. p. 826. R.

V. 83. *Nullis — amoenis.* Bajarum in litore inter sinum Puteolanum et Misenum sitarum amoenitatem multi multorum testantur loci, ut Juv. 3, 4. *Janua Bajarum est et gratum litus amoeni Secessus.* Stat. Silv. 4, 7, 18. *Non tamen portu retinent amoeno desides Bajae.* Id. 3, 5, 101. *vaporiferas, blandissima litora, Bajas.* Cf. id. 1, 5, 60. 5, 3, 170. Mart. 11, 80. 6, 42, 7. 43, 1. 5. Huc commigrabant Romani aut aquarum salubritate et miti coelo usuri aut in villis otio se daturi. Vid. Mitsch. ad Od. 3, 4, 24., Schmid. ad Epist. 15, 2., Drak. ad Sil. 12, 113., Wernsd. ad Aus. Mos. 208. I. p. 208., Burm. ad Anth. lat. I. p. 484., id. ad Prop. 1, 11, 2., Heyn. et Dissen. ad Tib. 3, 5, 3., Beier. ad Cic. Fragm. Or. p. 99 sqq., Strab. 5, 4. p. 395. Tauchn. Dio Cass. 48, 51. Symmach. Epist. 1, 3. 8. Quae quanquam ita sunt, vereor tamen, ut interpretes recte intelligant Bajas ipsas vel *sinum* interpretentur, Ascensio duce, *angulum* s. *receptaculum.* Etiam Wielandius: „in der Welt ist doch kein Winkel, der an Anmuth dem von Bajae gleicht.“ Licet enim quaecunque curvatura recte dicatur *sinus*,

de qua re erudite disputat Passov. ad Tac. Germ. 1. p. 84., h. loco tamen vix aliter ac proprio sensu (inde emendatio duorum mss. *locus* pro *sinus*) intelligi potest *sinus Bajanus,* quem ipsis verbis commemorant Statius (Silv. 3, 2, 16.), Suetonius (Ner. 27.), Plinius (H. N. 2, 103. 31, 2.) alii. Huc accedit, quod v. 84. non Bajae ipsae significantur, sed *Bajanus sinus* vel *litus Bajanum.* Quare locum ex usitata dicendi brevitate interpretandum arbitror: *Nullus est sinus prior — amoenissimo Bajano,* ut Homer. Il. 17, 51. κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, et Od. 3, 6, 46. *Aetas parentum pejor avis* — i. e. avorum aetate. Cf. 2, 6, 14. 14, 28. Juv. 3, 74. *sermo — Isaeo torrentior*, ubi *Weber.* (p. 161.) *Ruperti* errorem, quem is ad Liv. 5, 23, 4. evitavit, recte emendat. Sed in eundem alii multi inciderunt, ut operae pretium sit, eorum aliquot laudare, qui hunc loquendi usum rectius sunt interpretati, ut Schaefer. in Melett. crit. p. 57. et ad Plin. Epist. 1, 16, 3. p. 40. Herm. ad Viger. p. 717., Heusing. et Beier. ad Cic. Off. 1, 22, 76. 2, 7, 26., Sillig. ad Cir. 39. et quem laudat Walch. ad Tac. Agric. p. 201., Bach. ad Ovid. Met. 1, 749. 4, 533., F. Jacobs. ad Prop. 1, 9, 11. in Blumenlese II. p. 151., Moeb. ad Caes. B. G. 3, 14., Kritz. ad Sall. Cat. 51, 14., Kühner. ad Cic. Tusc. 1, 1, 2., Grub. ad Tac. Germ. 46, 2., Ramsh. Gr. lat. p. 657. ed. I., Zumpt. §. 767., Fritzsch. Conject. I. p. 1 sqq. (Lips. 1825.), Wüstem. ad Theocr. 2, 15. et p. 430. atque quos illi laudant imprimis Boekh. ad Pindar. Ol. 1, 11. II. 2. p. 104., Jacob. ad Lucian. Alexand. p. 77. [Nitzsch ad Hom. Od. β, 121. Bk.] Ipsos divinarum literarum scriptores ab hac breviloquentia non fuisse alienos praeter Fritzsch. l. l. pluribus indicat Winer. in Gr. d. neutest. Sprachidioms. ed. 4. p. 223. et 541. — In hoc sinu ad eumque aedificabantur villae magnificae, ita ut molium aggere litus quasi protenderetur mari excluso, quare v. 84. *mare et lacus sentit amorem heri* i. e. — lacus Lucrinus, qui erat prope Bajas; vid. Od. 2, 15, 3. ibiq. Mitsch. Cf. Heyn. ad Virg. Ge. 2, 161. et Aen. 7, 710. Hic idem locus probat nostram hac de re explicationem, itemque Od. 2, 18, 20—22. ibiq. Peerlk. 3, 1, 33—37., 3, 24, 3. 4., Plin. Epist. 9, 7., Senec. Epist. 89., Controv. 5, 5., Petron. de Mutat. Reip. Rom. 88. ibiq. Wernsd. (P. L. M. III. p. 37.) Cf. Gronov. Diatr. in Stat. Silv. I. p. 396 sq. ed. Hd. Cort. et Kritz. ad Sall. Cat. 13, 1. Quapropter non audiendus est Sanadonus, quum dicit: „Ce lac et cette mer se trouvent comme surchargés par le grand nombre de vaisseaux, qu'il y fait venir, et qui sont pleins de tou-

tes sortes de matériaux pour bâtir.“ De his, quas diximus, aliisque villis in Bajano exstructis vid. *Zell.* in Ferienschriften I. p. 148., *Capm. de Chaupy* Découv. de la maison d'Horace. I. p. 137. 255 sqq. 297 sqq., *Stieglitz.* Archaeologie der Baukunst. II. 2. p. 218 sqq. *L. de Goro:* Wanderungen durch Pompeji. Wien. 1825. p. 2., quibus adde itineraria a Comite de *Stolberg.* (III. p. 17 sqq.), *Seumio* (p. 333 sqq.), *Gerningio* (II. p. 190—209.) eleganter conscripta et *Tübing. Morgenbl.* 1830. Nr. 159. p. 636., 1831. Nr. 186. p. 742. Ad locutionem cf. Symmach. Epist. 1, 5. *Licet Campaniae amoena praeniteant,* quo verbo utitur Hor. Od. 1, 33, 4.

V. 84—86. *Si dixit dives — fabri.* Dacerius, quem temere secutus sum in ed. 1., *divitem* et *herum* non unam eandemque personam esse opinatur, ita ut heri, qui dicto audiens sit diviti, leve alios imitandi studium describatur. Perperam. Neque verior est Waddeli pro voc. *dives: Davus,* conjectura, ut indicetur servus subdolus et callidus, qui semper se immisceat negotiis domini, ita ut sensus sit: „si servus praesente domino Bajas laudaverit, ille statim illuc commigrabit.“ Poëta non miscuit varia et diversa. Etenim omnis ejus ratio in eo versatur, ut ante oculos ponat hominis unius modo hoc, modo illud molientis inconstantiam. Huc accedit ipsa *divitis* significatio, qua hominem quendam Romae vel olim vel tunc potentem non sine quadam irrisionis nota indicat. Quis non meminerit villarum Luculli (Plutarch. Luc. 39. Vellej. 2, 33.), Ciceronis (Plin. H. N. 31, 2.), Pompeji aliorumque in isto Campaniae amoenissimo tractu sitarum? Praeterea a notione *divitis* istius non valde differt *herus,* quo aut *propriae telluris* possessor (ut Sat. 2, 2, 129., et ap. Lucian. Demon. 17. τοῦ δακτυλίου δεσπότης) aut dominus servorum caterva insignis eamque ob causam potentissimus significatur. Sic *dives herus* Od. 2, 18, 31. Ad notionem quum levitatis, tum inconstantiae augendam apprime facit verbum *festinantis,* de quo vide A. Gell. 16, 14. et interpp. ad Paul. Diac. p. 596. ed. Lindem. Is autem dominus, quem repente quasi maris fastidium cepit, in terra a mari remotiore villam illico exstrui jubet. Hinc illa *vitiosa libido,* quae diviti rerum suarum fastidioso auspicii loco fuisse facete dicitur. Cave igitur epitheton *vitiosa* ad *auspicium* referas ex solita Adjectivorum transpositione, quam hic conjectura sua: *ventosa,* repudiata sibi invenisse visus est *Marklandus,* a cujus sententia non multum abhorrent *Schirach.* (Clav. p. 206.) et *Ernestius* (Clav. Hor. h. v.). At verba illa egregie illustrantur iis, quae

leguntur ap. Ciceronem (Tusc. 4, 13.): *Vitiositas est affectio in tota vita inconstans et a se ipsa dissentiens.* Sic *vitiosa cura* Od. 2, 16, 21. ib. Mitsch. Ceterum sponte apparet, subjecto, *libidini*, quam Donatus ad Ter. Hec. 2, 2, 3. recte interpretatur *quamlibet voluntatem temere susceptam*, orationis vim tribuendam fuisse, non praedicato: *facere auspicium.* De talibus epithetis nuper docte disputavit *Dissen.* ad Tib. p. CLXX sqq. et ad 1, 1, 62. Bene vertit *P. Daru.*, elegantissimus interpres: „Pour un avis des Dieux il prend un vain caprice," et Göller: ὅπῃ δὲ κακός νιν ἄλλο τι θυμὸς ἄνωγεν. — Eodem fere sensu Nisus ap. Virg. Aen. 9, 185: *Dine hunc ardorem mentibus addunt, Euryale, an sua cuique Deus fit dira cupido?* quem locum expressisse videtur Ovid. Met. 8, 72. Alio quidem sensu etiam Ausonius Epigr. 71, 2. dicit: *Repperit obscoenas Veneres vitiosa libido.* Totius autem loci argutam vim pervertit *Lambinus*, quem refutavit *Schmidius.* Apposite comparat *Campenon.* Senec. Tranq. An. 2. *Inde peregrinationes suscipiuntur vagae, litora pererrantur, et modo mari se, modo terra experitur semper praesentibus infesta levitas. Nunc Campaniam etc.* Atque haud scio an Poëta celeritatis notionem, quae fugit *Glareanum*, particulam *cras* „brevi tempore" interpretantem, imminuere noluerit addendo v. *inquit* v. 86., quod in talibus omittere solent optimi scriptores. Vid. Burm. ad Petron. 33. p. 132., Drak. ad Liv. 23, 45, 6., Beier. ad Cic. Offic. I. p. 289., Sillig. ad Cir. 65. — *Teanum* h. l. Sidicinum (Tiano), Calibus vicinum, a Bajis ad triginta milia remotum et, ut ait Acron, „*abundans optimis fabris et sartoribus.*" Vid. Strabo 5, 3. p. 384. Tauchn. Vett. Roman. Itinerar. ed. Wesseling. p. 122. 304. et quos laudant N. Heinsius et Drakenb. ad Sil. 8, 513., quibus adde Capmartin de Chaupy Découv. de la maison etc. III. p. 479. — *tolletis.* De hoc Futuri Indic. pro Imperativo usu plura dicemus ad Epist. 10, 24.; conferas tamen hic *Krarup* de usu Imperativi ap. Latin. in Friedem. et Seebod. Misc. Critt. II. 4. p. 734. et Heind. ad Plat. Gorg. 50. p. 68. Nescio utique, cur *Hocheder.*, quum recte hoc Futurum Ep. 13, 2. explicaverit, hoc loco in Futuro vaticinium quoddam videat, nisi aliam totius loci velit interpretationem, veluti: „vitiosae cupiditati si auspicium aliquod annuerit," ut ipsa intelligantur auspicia reapse observata; quod ab hoc quidem loco alienum videtur.

V. 87—89. *Lectus — maritis.* Sensus non est, ut nonnulli volunt: „Mariti laudant fortunam coelibum, coelibes maritorum,"

sed unus idemque homo fingitur sibi ipsi contradicens pro rerum conditione, qua aut conjugem habet aut non habet, id, quod indicat v. 82. Quanquam facile crediderim, Horatium in hac vitae coelibis laude corruptos sui aevi mores maxime spectasse. Etenim coelibes vivebant permulti iique viri alioquin honestissimi, (tales enim et divites et honoratos Poëtam imprimis intellexisse docet *pauperis* mentio v. 91. facta), quapropter Augustus a. U. 736. legem (*Juliam de maritandis ordinibus*) posuit, qua et praemia et poenas distingueret. Vid. interpp. ad C. S. 17. Lips. Exc. ad Tac. Ann. 3, 25., Dio Cass. 54, 16. et quos praeterea laudat *Zimmern* in Geschichte des Röm. Privatrechts I. p. 110 sq. 631 — 34. — *lectus genialis* in atrio positus, inde *Arnobius* adv. Gent. II. p. 91. ed. Salmas: *Cum in matrimonia convenitis, toga sternitis lectulos et maritorum Genios advocatis;* ad quem locum vid. Elmenh. p. 101. Herald. p. 119. et quos laudant *Torrentius, Schmidius* ad h. l., *Graev.* ad Cic. pr. Cluent. 5, 14. et *Wüstem.* ad Palast des Scaurus etc. p. 58., adde Lips. Elect. 1, 17., Juv. 6, 22., Serv. ad Virg. Aen. 6, 603., Festum p. 70. ed. Lindem. aliosque in ed. 1. p. 75. laudatos; quare non audiendi sunt, qui *genitalis* scribi jubent. [vid. Boettig. Exc. „Was heisst *lectus genialis in aula?*" in Die Aldobrand. Hochz. p. 124 sq. Bk.] Idem Arnob. 4. p. 140. *usu, farre, coëmptione genialis lectuli sacramenta condicunt.*— V. 89. *jurat.* Ovidius Met. 8, 31. de Scylla in simili perturbatione affirmandi: *Sic Phoebum sumptis jurabat stare sagittis.* — *bene esse.* „Origo formulae, quod cui omnia secunda vellent, ei precarentur, *bene esse.*" Ehrhard. ad Petron. 34. Terent. Ad. 1, 1, 7 sqq. *Uxor, si cesses, aut te amare cogitat Aut tete amari aut potare aut animo obsequi Et tibi bene esse, soli quum sibi sit male.* Senec. Epist. 92. *Quid ergo dubitatis dicere bene esse homini, si palato bene est.* Alia exempla suppeditant Lamb. et Heind. ad Sat. 2, 2, 120. Cf. Hand. Turs. II. p. 5. Eodem sensu *pulchre esse* Sat. 2, 8, 19. Vulp. ad Catull. 23, 5. Inde factum videtur, ut *bonae res* dicerentur coenarum lautitiae et quae ad eas pertinent, ut Lucret. 3, 1016. Vid. *Mitscherl.* in Catalogo Lectt. Univ. lit. Gotting. 1833—34. — Reliquum est, ut, quod in annotatione critica ad v. 87. significavimus, hic uberius dicamus. Qui, ut *Lehmannus, Bauer* aliique post *aula est* interrogandi signum positum volunt, non apud se reputarunt, aliquid in talibus enunciatis poni vel sumi, ex quo aliud quid efficiatur vel sequatur, ut v. 28. 33. 57. et h. l. Cf. 6, 31. ibiq. Schmid., 16, 54., Sat. 2, 3, 292. Sed viri doctissimi in

hunc errorem delapsi videntur, ne ad omissam particulam *si* (vel ap. Graecos *εἰ*) ubique confugerent. At ellipsis hujus particulae est nulla. Res in ipsa brevitate cogitandi, magistra dicendi, posita est. Neque ea tamen locum habet, nisi in oratione vividiore, quae speciem quandam sermocinationis refert, ut bene observat *Stallbaumius* ad Plat. Euthyd. p. 180. Cf. Jahn. ad v. 28. et ad Od. 4, 1, 2., *Bach.* ad Ovid. Met. 8, 28. Ad illam igitur dicendi normam exigendi sunt loci, quos praeterea de ellipsi *si* afferunt Bentl. ad Sat. 2, 6, 48., Heind. ad Sat. 1, 1, 45., Broukh. ad Tib. 1, 7, 43., Huschk. ad eund. 2, 3, 79., Burm. ad Ovid. Amor. 1, 4, 29., Johns. ad Grat. Cyneg. 60., Ruhnk. ad Terent. Andr. 1, 5, 3., Jacobs. ad Prop. 3, 21, 8. in Blumenl. II. p. 223., Cort. ad Lucan. 10, 191., ad Plin. Epist. 1, 12, 8. Idem et Kritz. ad Sall. J. 64, 5., Longol. ad Plin. Epist. 10, 82, 2., Manut. ad Cic. Verr. 6, 63., Drak. ad Liv. 21, 10, 6., Matth. ad Cic. pr. Rosc. Amer. 20, 55., Otto ad Fin. 2, 17, 57., Kühner. ad Tusc. 2, 12, 28., Gronov. Obss. 4, 20. p. 315. Bauer. ad Sanct. Min. I. p. 108 sqq., Rudd. ed. Stallb. II. p. 356. Viger. ed. Herm. p. 508. Gernh. Commentatt. Gr. III. p. 7. Quapropter etiam tollendum est signum interrogationis Sat. 2, 6, 50. et Senec. Herc. fur. 577., ubi Bothius, Virg. Ge. 2, 519., ubi Vossius id tuentur, itemque in Epist. P. ad Roman. 13, 3., Corinth. 1, 7, 27., Epist. Jacob. 5, 13. aliisque locis plurimis.

V. 90. *Quo teneam — nodo?* Usitata veteribus est haec Protea cum aliis comparandi ratio. Vid. interpp. ad Sat. 2, 3, 71., Petron. 134., Fischer. ad Plat. Eutyph. 20. p. 54., Apulej. de Orthogr. 14. p. 7. ed. Osann. Cf. Heyn. ad Virg. Ge. 4, 396 sqq. Ita Sentent. vett. Graec. ed. Orell. I. p. 16. *Ὁ μὲν Πρωτεὺς τῇ μορφῇ, ὁ δὲ ἀπαίδευτος τῇ ψυχῇ παρ' ἕκαστον ἀλλοιοῦνται.* Erasm. Adagg. 2, 2, 74. Ceterum *vultus mutare* dictum est uti ap. Senec. Hippol. 295. *Et jubet coelo Superos relicto Vultibus falsis habitare terras.*

V. 91. *Quid pauper — lectos.* Poëta quum pauperum inconstantiam mutabilitatemque ridiculam dicit, non jubet Maecenatem ridere, ut ridicule opinatur Bentlejus, sed *ride* vividior est sermocinandi et alloquendi ratio, non magis ad Maecenatem pertinens, quam illud *vides* v. 42.; et eam ob causam idem ac: „ridiculum est, ridere licet, quod pauper, quum non possit in magnis, in parvis eandem prae se fert inconstantiam.“ Quare non audiendus est Bothius ad ed. Gesn. Ac plane absurdam dixerim scripturam *rides,* nisi eam cum Hochedero interpreteris: ridendo objicis. At ne ob-

jectio quidem hic locum habet, quum interrogationis eadem ratio sit atque Epist. 2, 10. *Quid Antenor? ut* etc. Quapropter etiam ridiculus est *Cruquius*, quum verba: *Quid pauper?* Maecenatis esse dicit, ad quae Horatius se ipsum intelligens respondeat, seque satis inconstantem fateatur in sua quoque paupertate, quod pro more suo faciat, quo liberius mores rideat alienos, nimis incompositos inaequalesque, ut Sat. 2, 7. Idem fere sentit *Dacerius*, non prorsus improbantibus *Sanadono* et *Bothio*. Sed tantum abest, ut morem illum negemus, ut reperiamus in v. 94 sqq. Cf. C. Passov. l. l. Not. 225. et 228. — *coenacula.* Qui in tenui re essent, conduxisse in superiore aedium parte mansiones res nota. Hinc Juv. 10, 18. *Rarus venit in coenacula miles.* Idem eandem rem respexit 7, 119. *Figantur virides, scalarum gloria, palmae.* Prudent. in Symmach. 2, 581. *Omnis qui celsa scandit coenacula vulgus.* Vid. *Torr.*, *Stieglitz.* Archaeol. der Bauk. II. 2. p. 184 sqq., Palast des Scaur. ed. Wüstem. p. 167 sqq., *Hand.* ad Stat. I. p. 425. et locos in ed. I. laud. — *lectos* i. e. tricliniares s. discubitorios, quos divites habebant pretiosissimos; vid. *Schmid.* ad Epist. 5, 1., *Palast des Scaurus* p. 231. 262. Quum divites haberent triclinia ad omne anni tempus apta (Vitruv. 6, 7.), pauperes saltem lectos mutabant. Quare dissentio ab *Haberfeldo,* qui pauperes delicatos inter coenandum molliter et fastidiose lectos mutasse credit. Atque haud scio an *Cruquius* de Horatio quidem cogitans, *coenacula* intellexerit coenationes et *lectos* cubiculares (quos etiam intelligit Hocheder.), quum sic interpretaretur: nunc domi coenat in urbe dormitque, nunc ruri in Tusculano etc. ! ? At *coenacula* potius i. e. urbanarum vicissitudines habitationum opponuntur divitum secessibus in villis. De his accurate dixit C. Passov. l. l. N. 216 sqq. Aliter tamen sentio in eo, quod Vir. d. N. 228. pauperum insaniens divites imitandi studium hic reprehensum opinatur. Quanquam illud est, aliud tamen voluit significare Poëta, inconstantiam dico hominibus omnium ordinum communem.

V. 92—93. *Balnea — triremis. Balnea* (de hac, qua Horatius utitur forma, accurate disputant *Drak.* ad Liv. 23, 18, 12., *Schneider.* in Formenl. p. 482. et *Freund.* in Lexico h. v.) priva habebant divites, publicis utebantur pauperes, quae quanti fecerint, testatur villicus ille Epist. 14, 15. Omnino haec corporis cura apud nullum totius antiquitatis populum magis ad luxum valuit quam apud Romanos. Vid. *Capm. de Chaupy* Découverte etc. I. p. 252.,

Octav. Ferrarii dissertatt. duae — a Jo. Fabricio editae. Helmst. 1720. p. 6—37., *E Wichelhausen:* über die Bäder des Alterthums etc. Manh. u. Heidelb. 1807. p. 14 sqq., *Wüstem.* ad „Palast des Scaur." p. 199—228. Historiam balneorum accurate persecutus est *Sachse* in: „Gesch. u. Beschreibuug der alten Stadt Rom." II. p. 296 sqq. et quae in urbibus massa ardenti obrutis nuper reperta sunt, describuntur in: „Pompeji." Lips. ap. Baumgärtn. 1834. I. p. 141 sqq. 179—183. [W. Gell, Pompeiana etc. the result of excav. since 1819. Lond. 1835. Vol. I. chap. VI. VII. Hirt, Gesch. d. Bauk. III. Absch. VI. Bk.] — *tonsores,* de his vid. *Schmid.* ad Epist. 7, 50. et *Both.* ad Feam p. 170. Cf. *Böttig.* Sabina p. 333 sqq. et interpp. ad Petron. 73. ed. *Burm.* — *conducto — triremis.* Hoc de ipsis dici navigationibus animi causa factis, suadet totus sententiarum nexus, docent res inter se contrariae *cond. nav.* et *priv. trir.,* probat denique omnis omnium populorum maris accolarum consuetudo, ut mireris, *Elberlingium* in Seebodii N. Archiv. 1830. N. 34. p. 266 sqq. tum de triremibus privatorum hominum propriis, tum de navigationibus animi causa a vulgo susceptis dubitantem hic nihil vidisse nisi quandam inconstantiae imaginem a navigatione, cui Horatius ut Epist. 2, 2, 199 sqq. vitam humanam comparare soleret, petitam. Ut demus, certi quid ex loco Plautino Rud. 4, 2, 27 sqq. colligi non posse, haec ipsa, quae afferuntur Horatii verba: *utrum nave ferar magna an parva, ferar unus et idem* — rem, quam intelligimus, itemque Od. 2, 16, 21., 3, 1, 39. (ibiq. Mitsch.), Tib. 1, 4, 45. Dissen. qui loci virum doctum fugerunt, satis testantur. Nam unde, quaeso, similitudo quaedam, nisi a re ipsa petita? Et quis est, qui, quum in voc. *triremis* haeret, poëtas plus minusve facere nesciat? Quodsi idem V. d. addit: „Nemo autem probabit dici posse *nauseo conducto navigio,* ita ut significetur me navigium fastidire et mutatum velle; tum neque admodum facetum hoc est, neque Horatio dignum judicandum, si, quum cetera inconstantiae exempla singulis verbis tetigerit, hic in ambiguitate per duos fere versus luserit" — primum necessariam nego istam interpretationem; nam *nauseat* h. l. nihil aliud est nisi *displicet sibi,* ut ap. Cic. N. D. 1, 30, 84. *confiteri potius nescire, quod nescires, quam ista effutientem nauseare atque ipsum sibi displicere?* quae postrema verba eam ob causam *Heindorfius* pro interpretamento verbi *naus.* habebat. Quum autem tot sint displicendi genera, quis est, qui pro explorato habeat, utrum navigium pauperi displicuerit, id quod sentire videntur *Scholiastes*

Cruq., *Haberfeldus* et *Doeringius*, an alia res? Ne multa! Hor. h. l. fere idem voluit quod in locis ex lyricis supra allatis i. e.: „*vitiositas, quae ubique secum fert taedium sui, inhaeret aeque pauperi in navigio conducto sedenti ac diviti in suo. Utrumque enim sua exercet mutabilitas mentis, ut voluptate, quam sibi parat, placide frui nequeat et ad res alienas transire cupiat.*“ In sensum fere Plutarch. de Virtut. et Vit. VI. p. 380.: ἡ δὲ κακία καὶ τὰ λαμπρὰ φαινόμενα καὶ πολυτελῆ καὶ σεμνὰ μιγνυμένη λυπηρὰ καὶ ναυτιώδη καὶ δυσπρόσδεκτα παρέχει τοῖς κεκτημένοις. Cf. de Anim. Tranq. VII. p. 826. R. et Sat. 2, 7, 113 sqq. Deinde quod in ambiguitate lusit Poëta jocosus, neminem offendet nisi eum, qui Horatianum ludendi morem aut plane nescit, aut parum sentit. Mira tamen est, quae ambiguitatem illam dissolvit, *Minois* explicatio, qua *nauseare* idem esse dicitur ac *navigare*, qua quidem re concessa omnis perderetur sententiae vis, de qua dixi ad v. 91. *Bothius*, quod absurdum dixerim, ipsam nauseam intellexisse videtur.

V. 94 sqq. *Si curatus.* — Quae hic sequuntur, *Haberfeldus* et *Censor editionis Schmidianae* in Jen. L. Z. 1829. p. 399. non de Maecenate, sed de omnibus ex notissima unum de multis alloquendi (ut v. 45.) consuetudine dicta esse volunt. At huic interpretationi plane adversantur, quae leguntur infra vv. 103—5. Quomodo enim Poëta populum, quicum nullo propter perversam sentiendi rationem conjunctus esse vult consortio, dicere potuit amicum, a quo ipse penderet quemque respiceret? Deinde viri isti, optime haec omnia Maecenati, diligentissimo cultus rerumque externarum observatori atque castigatori convenire non videntur vidisse. Vid. *Weichert.* Poët. Lat. Rel. p. 447—458. et Lectt. Venus. I. p. 6 sqq. Nobiscum praeter alios sentit *Fr. Aug. Wolf* in: *Verm. Schrift. u. Aufsätze.* Hal. 1802. p. 124. Tum si anxie verentur, ne Horatius in crimen petulantis irrisionis incurrat, aut non sentiunt qua humanitate „amicus amicum tangat et admissus circum praecordia ludat tanta usus vafritie, ut non ridere, sed probare, nec vituperare, sed laudare, videatur dulce decus suum et praesidium,“ aut non attenderunt liberiorem antiquorum hominum consuetudinem, qua quod illi in pectore inclusum gestabant liberrime effunderent magisque ingenui ducerent, aperte vel odisse quam fronte occultare sententiam. Huc accedit temporum ratio, qua Maecenas tam familiariter utebatur Horatio, ut huic cum patrono benignissimo familiariter cavillari ac jocari liceret. Neque Maecenas is fuit, qui ingenuas amiculorum

facetias aegre ferret atque homines infra se positos tristi repudiaret fastu. Cf. C. Passov. N. 239., Klotz. Lectt. Venus. p. 391., Manso in Nachträgen zu Sulzers Theor. IV. 2. p. 489—492., Jacobs. Verm. Schrift. V. p. 111. — *curat capill.* Quae apud Romanos hujus quidem aevi cura capillorum fuerit, multi testantur loci, ut Sat. 1, 3, 31. ibiq. Heind., interpp. ad Od. 1, 12, 41., Senec. de Vit. b. 12. et Böttigeri Sabina p. 330 sqq.; de vocabulo *curae* in hac re usitatissimo vid. praeter eos, qui supra laudati sunt, Schwab. ad Phaedr. 2, 2, 8., Burm. ad Val. Fl. 8, 238. et ad Petron. 107. Quum decorum esset, capillos habere aequaliter tonsos, vituperabatur *inaequalis tonsor*, quem per metonymiam pro *inaequali tonsura* ut Epist. 19, 13. positum minus recte dicunt. Vid. ad eum locum *Schmid.* Nullam hic agnosco metonymiam. Locus, quanquam praevalet notio instrumenti, ad eos pertinet, quos saepe vexavit interpretum acumen, ut Od. 1, 6, 2. *Scriberis Vario — alite*, non *aliti*. Alios plures congessi in Seebodii Archiv. 1831 — 2. I. 3. p. 456., quibus adde Bach. ad Ovid. Met. 7, 50. et cf. Kritz. ad Sallust. J. 21, 3. — Quomodo Maecenas de hujus rei negligentia senserit, conjici potest ex Vellej. 2, 88. *Otio ac mollitiis paene ultra feminam fluens.*, et Senec. Epist. 114. *Quomodo Maecenas vixerit, notius est quam ut narrari nunc debeat, quomodo ambulaverit, quam delicatus fuerit*, etc. Cf. Meibom. Maecen. c. 19. 20. Praeposteros talium rerum, ut κουρᾶς καὶ ἀμπεχόνης reprehensores exagitat Plutarch. de Adul. et amic. discr. VI. p. 219. R., quem locum cum Horatiano comparavit Muretus in Var. Lectt. 11, 15.

V. 95—96. *Occurri — Rides.* Quum *subucula trita* opponatur *tunicae pexae*, haec ipsa est *tunica villosa* seu *spissa* vel *densa* ap. Plaut. Epid. 2, 2, 46. et Plin. H. N. 11, 23. s. 27. [pinguis tun. Mart. 14, 143. Bk.] quod post alios, ut Turneb. Adv. 5, 14. et Torr., recte observarunt Burm. ad Grat. Cyneg. 273. et Doederlinius in Syn. IV. p. 439. Quare notandus est Acronis error tunicam ad talos demissam intelligentis. In rem laudant Mart. Ep. 2, 58. *Pexatus pulchre rides mea, Zoile, trita.* De *subucula ipsa*, interiore tunica utriusque sexus communi, vid. Böttigeri Sabin. p. 375. et omnino de *tunica Romana* Manut. de Quaesit. per Epist. 3, 2. in Grut. Lamp. crit. IV. p. 289 sqq. Jam hominum delicatorum erat, duabus uti tunicis, vid. Burm. ad Anth. lat. I. p. 265. et interpp. ad Evang. Marc. 6, 9. Similiter pauper materiam jocorum omnibus praebet ap. Juv. 3, 147. *si foeda et scissa lacerna, Si toga sordidula est.* — *toga dissidet impar.* Ita

Quintil. Inst. 11, 3, 140. *Pars togae — sedet melius;* ib. 141. *Super quod ora ex toga duplex aequaliter sedeat;* 161. *sedens humero toga.* Hominum erat liberorum et apud Graecos et apud Latinos *ἀναβάλλεσθαι ἐπιδέξια ἐλευθέρως* vel togam decenter componere, id quod pluribus illustrant Casaub. ad Theophr. Char. 4. p. 52. Böttiger. in Griech. Vasengem. I. 2. p. 54. et in Sabina p. 398. 416. Inde et illud indecorum, si toga *defluerel* vel *effluerel*, vid. Broukh. ad Tib. 1, 7, 46., Turneb. Adv. 16, 4. 11, 23., Oct. Ferrar. de Re vest. 1, 6. et quos laudat Heindorfius ad Sat. 1, 3, 31. Quapropter ex hoc postremo loco *Weichertus* l. l. p. 7. ingeniose conjicit, Horatii in Satiris haec scribentis animo obversatum esse Maecenatem, „diligentissimum externi in amicis habitus observatorem et castigatorem perurbanum." Eadem negligentia notatur ap. Athen. 1, 38. p. 21. C. p. 78. Schw. *ἔμελε δὲ αὐτοῖς καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσθῆτα· καὶ τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας ἔσκωπτον.* Ipse tamen Maecenas, alioquin rerum minutarum observantissimus, ob habitum discinctum multis erat mali exempli homo. Vid. Senec. Epist. 114., Auct. Eleg. in Obit. Maec. 21—25. ibiq. Wernsd. III. p. 158. et quos ad h. l. affert *Schmidius.* Mira sane est comica illa enallage temporis et personae qua *Baxterus* hic ut Sat. 1, 3, 29. Virgilium tangi opinatur. De Satirarum loco vere ad meum quidem sensum judicarunt Heindorfius, Weichertus, (Lectt. Venus. I. p. 14.) et Kirchnerus (Qu. Hor. p. 53.) Scholiastarum testimonium approbantes, in hoc autem qui non videt Horatium ipsum, coecutit cum Baxtero.

V. 97 — 100. *Quid, mea — rotundis?* Quodsi *Doeringius,* quae a versu 94—100. dicta sunt, Horatium ad se referre affirmat, quae non proprie ad ipsum, sed ad unumquemque notatis vitiis affectum referenda sint, observari velim, tum h. l. seria admista esse jocis et vera fictis, tum etiam alias talia profiteri Poëtam vel quodam animi candore incitatum, vel quo liberior sit alios perstringendi ratio: Sat. 1, 3, 20. 4, 130., 6, 65., 2, 3, 307 sq., 7, 22 sqq., Epist. 1, 8, 3 sqq. — Qui signum interrogandi a versu 94—105. suspensum habent, tantum abest, ut iis linguae lex obsit, ut major inde enascatur Horatii in Maecenatem humanitas. Attamen a Bentlejana distinguendi ratione recedere dubito. Etenim habet ea certi quid et definiti, ut ordo sit: *si curatus — rides;* si graviora animi vitia in me sunt, *non rides.*

V. 99. *Aestuat — ordine toto.* Uti *κλυδωνίζεσθαι*, ita *aestuare* et *fluctuare.* Vid. interpp. ad Paul. Epist. ad Ephes. 4, 14., Cort.

ad Cic. Ep. ad Div. 7, 18, 2. et loc. in ed. I. laudatos, imprimis Cic. Verr. 2, 2, 30. *Itaque aestuabat dubitatione, versabat se in utramque partem non solum mente, sed etiam corpore.* Quintil. J. 10, 7, 33. *Sic anceps inter utrumque animus aestuat.* Similiter Oppian. Halieut. 3, 505. *νόος δέ οἱ ἠΰτε κῦμα εἱλεῖται*; et Sidon. Apollin. Carm. 7. p. 318. *versat vagus omnia secum Consilia et mentem curarum fluctibus urget. Tandem cunctanti sedet sententia etc.* — *disconvenit ordine toto.* Sic Cic. Off. 1, 31, 111. *in actiones omnemque vitam nullam discrepantiam conferre debemus.* Alia talium affert *Beier.* ad eund. 1, 40, 144. Sic Graeci: *Εἷς εἰμι καὶ ἐμαυτῷ παραπλήσιος*, vid. Lennep. ad Phalar. Epist. 65. p. 216. ed. Lips. Eodem animo *τὸ ἀεὶ ὅμοιον* se accepisse testatur M. Antonin. de se ipso 1, 8. ubi Gataker p. 9. plura habet, itemque ad 1, 16. p. 30. Fortasse Poëta allusit ad Stoicorum de virtute definienda sententiam, quae ap. Stob. Ecl. 2, 7. p. 104 est: *διάθεσις ψυχῆς σύμφωνος αὑτῇ περὶ ὅλον τὸν βίον*, ap. Cic. Tusc. 4, 15: *affectio animi constans conveniensque* (Fin. 3, 6.) et ap. Senec. Epist. 31.: *Perfecta virtus aequalitas ac tenor vitae per omnia consonans sibi.* Et Epist. 120. *Virtutem ostendit constantia et omnium inter se actionum concordia; quando idem semper quis est et in omni actu par sibi.* Cf. Aristot. Ethic. Nicom. 9, 4. Senec. Epist. 20. 23. 35. Qua re observata res contrariae magis elucent; etenim talis vita, qualis hic describitur, summum Stoicis erat malum, et quae supra vv. 94—96. afferebantur res levissimae in *ἀδιαφόροις* ponebantur. Vid. Diog. Laërt. 7, 104., ubi id ipsum est *τὸ ἀρτίας ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τρίχας ἢ περιττάς.* Haec nostra sententia egregie firmatur vv. 101 sqq. Ceterum similis vitae descriptionem suppeditat Seneca de Vit. beat. 28.: *Fluctuamus aliudque ex alio comprehendimus: petita relinquimus, relicta repetimus* et Epist. 52.: *fluctuamus inter varia consilia: nihil libere volumus, nihil absolute, nihil semper. Stultitia, inquis, est, cui nihil constat, nihil diu placet.* Quae autem vult Horatius a Maecenate edoceri, ea Seneca Lucilium monet (Epist. 88.): *Fac potius, quomodo animus secum meus consonet, nec consilia mea discrepent.* Hoc sensu se ediscere Poëta dicit Epist. 2, 2, 144. *verae numerosque modosque vitae.*

V. 100. *Diruit — rotundis?* Si se ipsum tetigit, ut opinantur *Sanadonus* et *Capmartin de Chaupy* (Decouv. I. p. 347. III. p. 350.), afferunt hujus rei testimonium Sat. 2, 3, 308.; sin alios, habent Sall. Cat. 20, 12. *nova diruunt, alia aedificant.* Cf. v. 86.

et Suet. Jul. Caes. 46. At rectius fecerit, qui haec verba addita credat vel rei augendae causa, vel ex proverbiali quadam locutione, ut ea, quae sequuntur. Senec. Epist. 88. de geometria: *O egregiam artem: scis rotunda metiri, in quadratum redigis quamcumque acceperis formam.* Cic. de Fin. 2, 12, 36. *Quid judicant sensus? dulce, amarum? — quadratum, rotundum.*

V. 101. *Insanire — rides.* Errat *Cruquius,* quod hanc insaniam ad iracundum Horatii animum refert, errant quoque, qui his verbis ineptias quasdam Horatii proprias significari volunt (ut Wieland., cf. supra Lambin.), immo *insanire sollemnia* est: more aliorum, ut cum Schol. Acr. et Cruq. bene jam vidit Turnebus (Adv. 30, 3.) laudans Senec. Epist. 122. *Nolunt solita peccare, quibus peccandi praemium infamia est.* Hunc voc. *sollemnis* usum pluribus illustravit Perizon. ad Sanct. Min. II. p. 558 sqq. et Horatius suae ipse rei interpres est Sat. 2, 3, 120. *Nimirum insanus paucis videatur eo quod Maxima pars hominum morbo jactatur eodem. Insanire* autem, ut hoc ipso Sat. loco, explicandum ex placitis Stoicorum, quibus praeivit Socrates ap. Xenoph. Mem. 3, 9, 6 sqq., Stob. Ecl. 2, 7. p. 124. *Ἔτι δὲ λέγουσι* (Stoici) *πάντα φαῦλον μαίνεσθαι ἄγνοιαν ἔχοντα αὐτοῦ καὶ τῶν καθ' αὑτὸν, ὅπερ ἐστὶ μανία* et Cicero Tusc. 3, 4. *omnium insipientium animi in morbo sunt; omnesque insipientes igitur insaniunt. Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constantiaque censebant; his rebus mentem vacuam appellarunt insaniam.* Cf. ibid. 4, 13., Parad. 4., Fin. 4, 27., Senec. Epist. 72., Weichert. ad Sat. 1, 3, 82. in Lectt. Venus. II. p. 23. et annotata ad v. 41. 42. — Quodsi Schol. Cruquii *sollemnia* explicat *sollemniter,* fortasse ad Graecorum usum respexit, ut Pind. Nem. 4, 39. *φθονερὰ βλέπειν,* quem imitati sunt Latini, vid. Burm. ad Val. Flacc. 2, 154., Oudend. ad Apul. Met. V. p. 358., Wagn. ad Virg. Ge. 3, 500. Aen. 3, 56. et Rudd. II. p. 159. Volo equidem aliam linguae rationem sequi, qua neutralis verborum imprimis affectum quendam significantium vis permutatur vel conjungitur cum activa, ut Sat. 2, 3, 63. *Similem errorem insanire.* Prop. 2, 25, 25. *insanit amores.* Senec. de Vit. b. 12. *hilarem insaniam insanire.* Sic Graeci usurpant *ἐπιμαίνεσθαι,* Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cerer. 30. Huc pertinet 2, 14. *Quicquid delirant —.* Vide quos laudant *Huschk.* in Anal. critt. p. 28., *Passov.* ad Pers. p. 356., Perizon. ad Sanct. Min. I. p. 415 sq., *Stallb.* ad Rudd. II. p. 161.

V. 102—3. *Nec medici — dati.* Ut Sat. 2, 3, 53—62., ita

hic ludit H. in ambiguitate voc. *insaniae*. Stoici ipsi inter *furorem* vel *dementiam* et *insaniam* vel *stultitiam* non multum interesse statuebant, si audies Senecam Ep. 94.: *Inter insaniam publicam et hanc, quae medicis traditur, nihil interest: nisi quod haec morbo laborat, illa opinionibus falsis. Altera causas furoris traxit ex valetudine, altera animi mala valetudo est.* Cf. Heind. ad Sat. 2, 3, 220. 301. et Klotz. ad Cic. Tusc. 3, 5. Alteram curabant medici vel sanguinis missione (Rupert. ad Juv. 6, 46.) vel helleboro (vid. Heind. ad Sat. 2, 3, 82. et Schmid. ad Epist. 2, 2, 137., quibus adde S. Hahnemanni Dissertat. med. de Helleborismo veterum, Lips. 1812. typis repetitam in ejusdem „Kleine medic. Schriften. Gesammelt und herausgegeben von Dr. Ern. Stapf. Dresd. u. Leipz. 1829. II. p. 89 sqq., 148 sqq.) alteram philosophi *decretis* et *praeceptis*, vid. Senec. l. l. et Cic. l. l. *Ita fit, ut sapientia sanitas sit animi, insipientia autem quasi insanitas quaedam.* Cf. ibid. 3, 3. 4, 27. — *curatoris a praetore dati.* His verbis declaratur, qui animi morbus intelligendus sit; *furioso* enim et *dementi* curator isque per praetorem deficiente legitimo dabatur ex lege XII. tabularum, *insano* vel *stulto* i. e. dem Blödsinnigen, solo praetoris edicto. Ulp. Fragm. XII, 1—4. Utramque rem miscent interpretes, sed vid. *Reinii* Röm. Privatr. p. 260. et quos ibi laudat. Cf. Heind. ad Sat. 2, 3, 217. et *Zimmerm.* Geschichte des Röm. Privatr. I. p. 886 sqq. — Similiter Juv. 14, 287 sqq. *Parcat tunicis licet atque lacernis, Curatoris eget, qui navem mercibus implet Ad summum latus et tabula distinguitur unda.* Demophilus ap. Orell. I. p. 48. *Οὐχ οὕτως τοῖς ὀρφανοῖς παισὶν, ὡς τοῖς ἀνοήτοις ἀνδράσιν ἐπιτρόπων ἐστὶ χρεία.*

V. 103—5. *rerum tutela — amici.* Hic locus nondum recte ab interpretibus acceptus *Kirchnero* videtur, quum eos in Quaest. Horat. p. 36. haec ultima: „*Nec medici — rerum tutela mearum Quum* (*tu ipse*) *sis*" cum sequenti enunciato: „*et prave sectum stomacheris ob unguem*" nec ad explicationem nec ad oppositionem apto junxisse dicit; quare Vir doctissimus in scriptura veterum aliquot Editionum innisus sensum loci et constructionem ad genuinum suum nitorem, distinctione post *sis* facta, sibi visus est restituere in hunc modum: *Nec — dati, rerum — Quum sis; et prave sectum stomacharis ob unguem De te prudentis, te respicientis amici.* „Quippe," inquit, „in enuntiatorum: *Nec credis — egere, et stomacharis —* compositione particula *et* adversativam vim habet, i. q. *sed*, ut saepe post negationem (v. Th. Schmid. ad Epist. 2, 1, 53., Jahn. ad Od.

3, 27, 26.). Ita enim sententiae inter se opponuntur: „*Si — occurro, rides: si toga dissidet impar, rides: si mea pugnat sententia secum* etc., *non rides, nec me credis curatore egere; sed stomacharis ob unguem prave sectum.*“ Sic ultimum enunciatum clausulam quodammodo facit ad superiora illa: si *curatus — rides —*. Ceterum haec quae sub finem eclogae Horatius de se et Maecenate attulit, non omnia serio, etiamsi vera fuerint, sed jocose magis ad ea quae dixerat probanda afferri, ex toto sententiarum nexu satis liquere arbitror.“ Sic inter alia, quibus omnem ordinem totius Epistolae erudite constituit, Vir ille. Ac primo haec legens assensus sum Viro erudito, post mutavi sententiam. Verba enim: *et stom:* bene junguntur cum iis, quae antecedunt in hunc modum: „Tu, Maecenas, gravioribus vitiis, si quae in me sunt, non offenderis, neque mihi mente minus valido consulendum arbitraris, quanquam es meum praesidium et [alioquin] aegre fers levissimum, quod extrinsecus mihi contrahitur, indecorum.“ Primum res ipsa, i. e. *stomachari ob pr. s. u.* satis jam contraria rebus in vv. 97—101. commemoratis, eo etiam augetur, quod unguium cura plerumque ab alio i. e. a tonsore fiebat, vid. Böttig. Sabin. p. 255. 335., cf. Schmid. ad Epist. 1, 7, 51., Broukh. ad Tib. 1, 8, 11. Inde Phanias in Jacobsii Delect. Epigr. 6, 6, 3. *Εὐγάθης — ἀπέπτυσε καὶ τυλοκόπτους φασγανίδας καὶ τοὺς συλόνυχας στόνυχας*. Deinde particulam *quum* equidem habuerim pro concessiva, non causali, de illa significatione vid. Bremium ad Nep. 3, 3, 2. et Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 102., nisi quis malit significationem paene eandem: *ἐπειδή περ* sive quod barbare dicunt: *quum tamen,* ut Sat. 1, 5, 59. ibiq. Heind. et Kritz. ad Sall. Cat. p. 163. Nam quod multi volunt significari: „Tu me curatoris egere non putas, quoniam tu ipse es tutor meus,“ friget. Tum verba: *tutela rerum mearum* non indicare videntur tutorem vel potius curatorem ut Sat. 2, 3, 218., sed omnino quod alias est *praesidium* Od. 1, 1, 2. et *mearum grande decus columenque rerum* Od. 2, 17, 4. cf. Od. 4, 14, 43., *rerum tutela mearum* Ovid. Trist. 5, 14, 15. Sic Auct. Carm. ad Pison. 231. *O decus et — Pierii tutela chori.* Apulej. Met. 6. p. 263. Wouv. *Tu vero rerum mearum tutelam nunc geris etc.* Neque tamen negamus, illam *tutoris* significationem commodum praebere sensum, dummodo particula *quum* eo, quem nos volumus, sensu intelligatur. Apparet enim, quantopere Horatius ea, quae in Patrono reprehendisse videretur, voluerit vertere in melius. Eo etiam spectant verba v. 105. *te respic. amici* a Bentlejo perperam

intellecta, quum *respicere* actionem esse superioris erga inferiorem diceret. Sit sane! *Respicimus* etiam eum, a quo opem exspectamus vel cujus nutum reveremur. Quapropter bene Oudendorpius: *oculos in te detinentis.* Sic Graeci *ἀποβλέπειν τινά* et *ὁρᾶν πρός τινα*, et Latini nonnunquam *aspicere*, ut Nep. Chabr. 4, 1. Sidon. Apollin. Carm. 2. p. 279. Elm. *Praeterea invictus Ricimer, quem publica fata Respiciunt, proprio solus vix Marte repellit Piratam.* Liv. 27, 12, 3. *nec quid fidum respiceret habenti.* Alia plura suppeditant quos supra laudavimus in annot. crit., adde Schmid. ad h. l. et quos laudat Ruhnk. ad Ter. Andr. 4, 1, 18., Burm. ad Val. Fl. 7, 575. interpp. ad Liv. 4, 46, 8., 21, 44, 8., Cort. ad Lucan. 8, 490., Herzog. ad Caes. B. C. 1, 1. p. 4.

V. 106 sqq. *Ad summam* etc. Qua sententia Cicero librum tertium de Finibus finit: *Quod si ita est, ut neque quisquam nisi bonus vir et omnes boni beati sint, quid philosophia magis colendum aut quid est virtute divinius?* eandem dicit ad superiora respiciens Horatius, sed suo more i. e. faceto jocandi genere Maecenati suo maxime accommodato, ut res nimis serias joco risuque dissolvisse videatur. Quae Satiras atque Epistolas finiendi ratio quam propria fuerit Poëtae, bene observat *Kirchnerus* ad Sat. 1, 1. p. 201 sq. Id tamen neminem fugit, Horatium quodam Stoicos carpendi studio tractum videri; etenim hos rigidos honesti satellites fere ubique risui exponit, sive quoniam ipsi erant homines ridiculi, aretalogi, sordido saepe induti pallio et *πωγωνοτρόφοι*, sive quod praecepta sua, quantumvis vera, a communi tamen vita longe aliena atque in nimia subtilitate posita, paradoxorum saepe involucro tegebant et eam ob causam multis risum movebant, id quod testantur multi loci, ut Sat. 1, 1, 120 sqq., 2, 134., 3, 123 sqq., 132 sqq., 2, 3, 16. 33 sqq. 97., 7, 45 sqq., Epist. 1, 6, 15., 12, 20. al. Vid. annotata ad v. 13., Wieland. ad h. l. p. 57. et ad Sat. 1, 3. p. 86., Pflugradt. Dissertat. de H. Philos. Stoic. §. XV., Manso in Sulz. Nachträgen etc. IV. 2. p. 469—472. et Weichert. in Lectt. Venus. II. p. 16 sq. Inde factum arbitror, ut Horatius, quanquam Stoica philosophandi de eo, quod honestum esset, ratio maxime se ipsi commendaverat, non posset tamen a se impetrare, quin rideret quodammodo paradoxa, in quibus nimiam verborum magnificentiam reperire sibi erat visus. — *Ad summam.* Haec formula, ad quam delirat Cruquii acumen, haud scio an ipsa sit orationis arte vinctae, qua Stoici utebantur, imitatio. Vid. Heind. ad Sat. 2, 3, 97. et

Cic. de Fin. 4, 3, 7.; de formula ipsa accurate dixerunt *Schmidius* ad h. l. et *Handius* in Turs. I. p. 131. Ita Seneca Epist. 31. *Ad summam, sapiens eris, si etc.* — *sapiens uno minor Jove, minor* ut Od. 1, 12, 57. et Vesprit. Spur. Od. 2, 2. (Wernsd. III. p. 357.) *Nullis, Pauperies, numinibus minor.* In rem Senec. de Constant. Sap. 8. *Sapiens autem vicinus proximusque diis consistit, excepta mortalitate, similis deo.* Id. Epist. 73.: *Jupiter quo antecedit virum bonum? diutius bonus est. Sapiens nihilo se minoris aestimat, quod virtutes ejus spatio breviore clauduntur etc.* Cf. 31. 53. 59. 92. Cic. de Fin. 3, 22., Stob. Ecl. 2, 7. p. 198. H., Vulp. ad Catull. 51, 1. De ipsa ratione, qua *sapiens* dicatur *minor Jove*, suo quisque modo disputant *Acron, Ascensius, Glareanus.* — *dives.* Cic. Parad. 6, 2. *cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facile contentus sit; qui nihil quaerat, nihil appetat, nihil optet amplius.* Cf. id. ad Div. 7, 16., pro Sext. 51. et Stob. l. l. p. 204. — *liber.* Cic. de Fin. 3, 22, 75. *recte solus liber, nec dominationi cujusquam parens, neque obediens cupiditati.* Cf. locos ad v. 69. allatos et *Gernhard.* ad Cic. Paradox. 5, 1, 33. — *honoratus.* Cic. de Fin. 3, 14, 45. *Ut obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernae; — sic quum sit is bonorum finis, quem Stoici dicunt, omnis ista rerum in corpore sitarum aestimatio splendore virtutis et magnitudine obscuretur — necesse est.* Cf. Mitscherl. ad Od. 3, 2, 17. 4, 9, 35., Stob. l. l. p. 208. — *pulcher.* Cic. de Fin. 3, 22, 75. *Recte etiam pulcher appellabitur; animi enim lineamenta sunt pulchriora, quam corporis.* Cf. Tusc. 4, 13., Senec. Epist. 66. — *rex denique regum.* Cic. l. l. *Rectius enim appellabitur rex, quam Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit.* Lucian. Hermot. 16. et ibi Vorst. IV. p. 375. Bip. μόνος βασιλεύς, μόνος πλούσιος, μόνος σοφὸς καὶ συνόλως ἅπαντα. Cf. id. Vitar. auct. 20. Stob. l. l. p. 222. et Plutarch. de Animi Tranq. VII. p. 845. R. Inde colorem duxerunt quae leguntur Od. 2, 2, 21 sqq. et ap. Senec. Thyest. 345 sqq. Phoeniss. 105. ap. Claud. in 4. Cons. Honor. 261. Sed vide omnino de his, quae Cicero *mirabilia* dixit, Diog. Laert. 7, 117—125. Cic. Acad. 2, 44. 47., Fin. 4, 27., pro Muren. 29., Senec. de Constant. Sap. 3., *Lips.* Manuduct. ad philos. Stoic. III, 3—20., *Bardilium* in Hauffii Philolog. I. 3. p. 44. Quae quoniam in multorum habita ore reperiuntur, dubito num recte haec dixerit Baxterus Luciliana esse, quanquam idem Lucilius: *Nondum enim haec omnia habebit; Formosus, dives, liber, rex solu' vocetur.* Etiam Varro ex emendatione Lipsii in Var. Lectt. 1, 17.:

Solus rex, solus rhetor, solus formosus, fortis, securus vel ad aedilicium munus, purus putus etc. et Horatius ipse jam alias, ut paulo ante indicavimus. Eo etiam spectat illud Juvenalis (7, 192.) dictum: *felix et pulcher et acer: Felix et sapiens et nobilis et generosus etc.*

V. 108. *Praecipue sanus — est.* Ludit H., ut solet, in ambiguitate voc. *sanus*, quod cave cum Landino, Doeringio, aliis ad corporis sanitatem referas, vel utroque modo de animo et corpore, ut *pituita*, cum Lambino aliisque hic dictum putes, qua interpretandi ratione omne sententiae perit acumen. Etenim quo sensu dixerint Stoici sapientem *sanum*, et annotata ad v. 101. et *insani* descriptio Sat. 2, 3, 43 sqq. cll. Epist. 1, 6, 15. satis docent. Neque rectius dicterium sentiunt, qui, ut Haberfeldus, *sanum* recte quidem, qui sanae mentis sit, intelligens, *pituitam*, Graecorum κορύζην, esse volunt superbiam rerumque vanarum studium. Simile quid sensit Gesnerus, κορυζῶντες, hebetes comparans. Neutiquam. *Pituita* est illa vitiosi humoris redundantia, quae a Porphyrione κατάῤῥους recte dicitur. Cf. Cic. Tusc. 4, 10, 23. Irridet igitur Poëta omni facetiarum sale Stoicos, qui sapientem dicebant sanum, etiamsi aegrotaret. Qua in re respexit sine dubio pauperrimos, Romae tum versantes philosophos, qui, quoniam male vestiti erant, pituita frigore contracta saepe tentarentur. Vid. Turneb. Adv. 26, 26. et Böttig. Sabin. p. 285. 312. Aliter tamen *pituitam* interpretantur Clericus (Le Clerc in Histoire de la Médecine p. 245. II. Partie) et Sanadonus, quibus auctore Celso 7, 7, 15. (cf. 2, 23. 6, 6.) *pituita oculorum* hic indicata videtur. Illi assentitur P. Coste: „Horace se met par là au nombre des Sages Stoïciens dont il prétend se jouer; et la raillerie est d'autant plus fine, comme remarque Mr. *Le Clerc*, qu'il semble qu' Horace se raille lui-même. Le Sage, dit-il, ne connoit que Jupiter au dessus de lui: il jouit de tous les biens imaginables, et surtout, d'une santé parfaite, à moins qu'il ne soit chassieux, comme moi.“ *Cruquius* in his verbis explicandis ipse insanit, neque sanior est *Dacerii* Epicureorum placita sentientis interpretatio. Ceterum de synaeresi voc. *pituita* vid. Heind. ad Sat. 2, 2, 76. et Kirchner. ad Sat. p. XXXVII.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA II.

AD LOLLIUM.

Trojani belli scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romae, Praeneste relegi;
Qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.

Ad Lollium. Mss. Dess. 2. Graev. Lips. 2. 3. [Dess. 1. et Gotting. 1. nullas habent inscriptiones, Dess. 3., in quo haec ep. et multae aliae desunt, rarius.] *Epistola scc. ad Maximum Lollium.* Edd. Flor. 482. Ven. 483. (a. b.) 86. 92. 98. Lips. 492. 98. Loch. [lollium.]. *Quintus Horatius Flaccus Lollio* S. Ms. Gott. 2. Ven. 479. 81. *Qu. Hor. Fl. Lollio maximo* S. Ven. 520.

V. 1. *maxima.* Vid. v. 4. — V. 2. *Praeneste.* Quod Heynius ad Virg. Aen. 8, 561. hunc locum laudans opinatur Poëtam extulisse *haec Praenestis*, errare videtur Vir summus. Poëtae enim ubique hujus nominis syllabam ultimam in *e* desinentem corripiunt, ut *Praeneste* sit tertiae declinationis et sequatur modo genus nominum urbium, ut Virgiliano illo loco et Juv. 3, 190., modo genus terminationis, ut Od. 3, 4, 23. Virg. Aen. 7, 682. Vid. Ruddim. I. p. 115. N. 38. et cf. Schneid. Formenl. p. 220. — Pro *dum* exhibet *cum* ms. Corvei. — V. 3. *Quicquid* (— dq.) Edd. Ven. 483. (a. b.) 86. 90. 92. 98. Schurer. 514. Colon. 510. — *pulcrum.* Sic ms. Dess. 2., vid. ad 1, 1, 107.

V. 4. *Plenius.* Mss. Lamb. plrq. Pulm. 3. 7. 10. Cruq. 1, a—d. 2. 6. 9. Bersmanni sine dubio omn. quinque ap. Torrent. al. ap. Bentl. plrq. Feae. A. B. D. F. G. ap. Comb.,

Jaeck. 1. 4. 5. 6. plrq. ap. Pott. al. ap. Hoched. Guelf. ap. Schmid. 1. 2. 3. Bn. A. B. D. F. G. Dess. 1. 2. 3. Gott. 2. Lips. 1. cod. Mentel., si hujus varians scriptura re vera editioni Desprezianae Amstel. 695. accommodata fuit, Dorv. 2. Corvei. Graev. (in margine: *vel planius.*) Edd. Landin. in Commentar. Ald. 501. 19. Junt. 514. Lips. 519. Ven. 520. 53. Bas. 520. Glar. 543. Pulm. Muret. Lamb. Cruq. Xyland. Fabr. 578. et Bas. 580. Min. Chab. Piscat. H. Steph. Bersm. Torr. Bond. D. Heins. Tan. Fab. Despr. Rodell. Zurck. Burm. 699. Tarter. Baxt. Jon. Dorigh. Bad. Pott. al. De hac scriptura vid. Bauer. in Hor. Obss. Specim. III. Hirschbergae 1782., Eichstad. ad van Ommer. p. 214. et quae annotavi in Seebod. Bibl. crit. 1825. p. 293. atque in Allgem. Schulz. 1832. p. 503. Scripturam a me olim receptam docte tuetur Bach. in Zimmerm. Zeitschrift etc. 1834. p. 1031. *Planius* al. mss. ap. Lamb. Pulm. 1. 2. 4. Marcil. (qui probat) Cruq. 3. 4. 7. Torr. (?) Bentl. (?) Feae 1, g. i. n. 2, h. 9, d. Oberl. sine dubio C. D. Comb. C. Pott. 1. 7. 10. 14. Hoched. a. b. d. f. i. m. Bn. C. E. Guelf. 4 Goth. Gott. 1. Lips. 2. 3. Dorv. 1. Edd. Med. 476. 77. 86. (teste Fea) Ven. 478. 79. 81. 83. (a. b.) 86. 90. 92. 95. 98. Flor. 482. Lips. 492. 98. et (teste Fea) 99. tum 508. 10. 14. Loch. Colon. 510. Erford. 517. Ascens. 519. Bentl. (qui def.) quem seq. plerq. recentt., etiam Gesn. Oberl. Comb. Fea. Camp. (qui explic.) Jahn. Schm. (qui uterque def.) Hoched. Passov. Meinek. al. Quod vetustissimae edd. in hac scriptura consentiunt, non magni sane est momenti. Ista enim Florentina, *Landini* princeps, manifestum typothetarum mendum habet; etenim in textu, quem vocant, legitur *planius*, sed in Commentariis ipsis non modo legitur, verum etiam explicatur scr. *plenius.* Florentinam fere sequuntur, ut alias taceam, Veneta 483 et 486. Sic v. 1. commune est editionum Ven. 479. 83. 86. 90. 92. et Flor. 482. erratum: *maxima.* Ceterum etiam alibi in mss. et edd. mutatum est voc. *plene* in *plane*, vid. Heins. ad Val. Flacc. 8, 456. Zumpt. ad Quintil. Inst. 2, 3, 6. Bünem. ad Lactant. Inst. 5, 4, 3. Oudend. ad Caes. b. civ. 1, 53. et ad Apulej. Met. VIII. p. 569. Drak. ad Liv. 4, 32, 10. Gies. ad Cic. de Divin. 2, 1, 3. et contra Drak. ad Sil. 3, 532. Wernsd. ad Lucil. Aetn. 282. Grun. ad Sedul. Carm. 1, 213. Scholiastae, qui iisdem fere verbis declarant, Poëtam in hac Ep. ostendere velle, *melius* et *apertius* (Porphyr.) seu *manifestius* et *melius* (Acr. et Schol. Cruq.) se discere praecepta philosophiae ab Homero, quam a philosophis, sunt, ni alia accedant, ubique dubiae fidei, quum et alibi textum jam corruptum explicent, ut Sat. 1, 6, 126. Od. 3, 3, 16. 34. ibiq. Bentl. Qui denique Ciceronis auctoritate *planius* cum *dicere* jungentis nituntur, quo argumento praeter alia usus est Bentlejus, assentientibus Fea et Kraftio (ad Muret. Oratt. p. 289.), nihil agunt. Etenim *plenius dicere*, *exsequi* et similia aeque dicuntur latine, vid. Bünem. ad Lactant. Inst. 4, 30, 14. coll. 1, 1, 20. Omnia igitur in sententiarum nexu, de quo infra dicetur, sunt posita. *Planius* tuentur etiam *Jacob.* in Seebod. Bibl. crit. 1829. p. 416. Dübner, V. d. ibid. 1830. p. 386. Censor edit. I. in

Cur ita crediderim, nisi quid te detinet, audi.
Fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Graecia Barbariae lento collisa duello,
Stultorum regum et populorum continet aestus.

Allgem. Schulz. II. 1828. p. 1067. et ed. Schmidianae in Leipz. Lit. Zeit. 1830. p. 651. *Pulchrius et melius.* Sic h. l. laudat fortasse lapsu memoriae Joann. Sarisberiensis in Nug. Cur. 7, 9. p. 438. Sed idem in Metalog. l. 22. p. 779: *Plenius et. Rectius.* Conject. ap. Jones. — *ac Crantore.* Edd. Lips. 508. 10. 14. 19. al.

V. 5. *crediderim?* Sic edd. Ven. 479. 83. (a. b.) 86. Flor. 482 al. — *ni quid.* Ed. Cuning. Verba *nisi* (*ni*) — *detinet* parenth. includunt Ven. 481. Chab. Burm. Cun. San. Mervill. *nisi qui.* Ms. Bn. E. De forma *ni* et *nisi* maximam partem valent de Horatio, quae bene disputavit Wagner. ad Virg. Aen. 5, 49. Locos Horatianos quanquam ex judicio aurium constitutos indicat Cuningam. in Animadv. c. 4. p. 41. cf. Bentl. ad Sat. 2, 3, 154. — *distinet.* Mss. Pulm. 2. 3. Cruq. 1, a—d. et Schol. in lemmate, Comb. A. Bn. C. Feae 2, b. Lips. 2 (a 1. m.) Graev. Mentel., restituendum putat Torrentius, quia omnes sui habeant *dest.* vel *dist.* atque in uno ascriptum sit: *Distineo* i. e. occupo vel separo, probatur Heinsio ad Ovid. Remed. Am. 486., recepit Potterius, nulla tamen varietate scripturae addita. *destinet.* Ms. Lamb. 1, un. Feae 2, e (a 1. m.) Gott. 1. Jaeck. 4. Bn. E. *destinat.* Ms. Feae 2, d. 6, b. *detinet.* Mss. et edd. vulg. Ubique haec vocab. permutantur, vid. Janium ad Od. 4, 5, 12. Wagn. ad Virg. 11, 381. Forbig. ad Lucret. 5, 204. Heins. ad Ovid. Epist. 8, 69. Cort. ad Lucan. 4, 675. van Staver. ad Nepot. Attic. 9, 4. qui, quid inter voc. *detinere* et *distinere* intersit significationis, bene docet. — V. 6. *qua propter Paridis.* Ms. Feae 2, g. *quae.* Varians scriptura ap. Minoem. *quae — amorem,* sic ed. Dorigh.

V. 7. *Barbariae*, lit. majusc. edd. rec. vulg. praeter Jahn. et Passov. *barbarico.* Mss. Feae 1, g. (a 2. m.) n. (a 2. m.) — *lente.* Ms. Feae 1, g. (a 2. m.) *lecto.* Ms. Jaeck. 6. — *conlisa.* Sic mss. Guelf. 3. Lips. 1. 2. 3. Graev. Edd. Cuning. Praedic. Vid. ad v. 11. *commissa* Ms. F. ap. Comb. et sic loc. laudat (fortasse memoriter) Vorstius de Latinit. merit. suspecta c. 14. p. 111. — V. 8. *ac popul.* Edd. Cun. San. Mervill. Dorigh. cf. v. 35. — *detinet* (sed correct. in *cont.*) ms. Dess. 3. *sustinet* Ms. Jaeck. 6. — *aestum.* Schol. Cruq. in lemmate, mss. Pulm. 2. 3. Cruq. 1, a—d. 3. 7. al. ap. Lamb. duo ap. Bersm. un. Oberl. C. Feae 1, a. 2, d. 5, e. f. 6, a. (a 1. m.) b. 7, b. notatum in ora ed. Ald. 509. in Bibl. Barberina. Jaeck. 4. 6. Bn. G. Guelf. 3. Dess. 2 (estu) Gott. 1. Lips. 1. 2. Graev. Mentel. *extum.* Ms. Corvei. Sane mirandum, tot bonos libros mss. habere singularem pro plurali, qui bene se habet in voc. motus animi, πάϑη, sive unius vel complurium hominum ut h. l. indicantibus; sic Sat. 1, 2, 110. *et timores et iras* Epist. 4, 12. *metus sepositi* Ovid.

Antenor censet belli praecidere causam;
Quid Paris? ut salvus regnet vivatque beatus,
Cogi posse negat. Nestor componere litis
Inter Peliden festinat et inter Atriden;

Met. 5, 363. *iracundiae* Cic. de Fin. 1, 8, 27. *Humanaque gaudia* Stat. Silv. 2, 2, 132. ibi Markl. Plura de his et similibus dicemus ad 16, 38. — V. 9. *belli censet.* Ms. un. Bersm. et Feae Dess. 3. Jo. Sarisber. l. l. *tentat belli.* Conject. ap. Jones.

V. 10. *Quod Paris.* Ms. un. Bersm. Feae 1, a. Bentl. 1. (nihil autem annotavit Broukhusius in edit. Heins. 612). 2. 4. 6. 14. 20. 15, unus. Gesn. 3. Pott. 2. 3. 6. 9. 14. 18. Hoched. e. Dess. 1. Lips. 3 (*qd*) cod. Mentel. Edd. Ven. 509. (teste F.) Talb. Bentl. (qui pluribus explicat) Cun. San. Mervill. Baskerv. Dorigh. Sivr. Wakef. Hunt. Camp. Meinek., probat R. Meadowcourt in Duncomb. Hor. II. p. 601. Vulg. script. *Quid Paris? ut* — tuentur praeter alios Bauer. l. ad v. 4. l. J. Clericus in Friedem. et Seebod. Misc. critt. I. 3. p. 543. Zach. Pearce in Seebod. Bibl. crit. 1820. p. 861. et ingeniose Fr. Jacobs., Vir Exc., his usus verbis: „Bentleji correctio locum haberet, si Horatius de Paridis erga Helenam amore ejusque vehementia ageret; nunc hoc unum agit, ut illius stultitiam in clarissima luce ponat; quod in vulgari lectione apertissimum est. Bentlejana lectio acutissime dicto vulgarem sententiam substituit.“ *Quid Paris, ut — beatus?* al. *Quid Paris, ut — negat.* Ed. Jon. Confusione voc. *quid* et *quod* nihil frequentius. Sic ms. Jaeck. 5. exh. v. 4. *quod non.* al. mss. v. 38. Cf. Fea ad Sat. 2, 6, 13. Drak. ad Liv. 38, 10, 1. — *sanus regnet.* Ms. Guelf. 1. *regnet salvus.* Ms. un. Bersm. Jaeck. 5. Guelf. 2. Ed. Cuning. Quodsi fecit concinnitatis causa, vid. Dissen. ad Tib. 1, 4, 65. et Ramsh. Gr. lat. p. 639. ed. 1. *ut vivat salvus regnetque beatus.* Ms. un. Bersm. *ut solus regnet.* Ms. un. Pulm. aliq. ap. Cruq. (qui improbat) Feae 2, f. (a. 2. m.). Edd. Flor. 482. Ven. 483. (a. b.) 86. 90. 92. 95. 98. 520. Lips. 492. 99. 514. Loch. Ascens. Colon. 510. Erford. 517. *vitaque beatus.* Ed. Ven. 481. — V. 11. *conpon.* Sic mss. Dess. 1. 2. Ed. Praedic. Vid. Cort. ad Sallust. J. 47, 4. Both. ad Od. 1, 15, 15. in Annotatt. et qui de hac scribendi ratione recte judicat Lindemann. ad Select. e Poëtis Lat. Carm. p. V. Cf. v. 7. 22. 50. 62. — *litem.* Ms. Guelf. 1.; qua in re silentio praeterire nolo, omn. nostros mss. exhibere *lites*, non *litis* vel *liteis.* Vid. ad 1, 1, 46. *mnestor* ms. Goth.

V. 12. *Pelidem.* Sic mss. Guelf. 1. 2. Bn. B. D. E. F. G. Lips. 1. — *Atridem.* Mss. tres ap. Bersm. duo ap. Jaeck. 4. 5. Bn. B. D. E. F. G. Guelf. omn. Dess. 1. Goth. Lips. 1. 3. Edd. Dorigh. Wieland. Haec patronymicorum forma valde dubia est, quanquam in ea consentiunt alq. mss. ad Sat. 1, 7, 12. Vid. Heyn. ad Virg. Aen. 1, 458. et Schneider. Formenl. p. 35. *Peleiden — Atreid.* Edd. Min. Chab. Heins. al. — *festinet.* Ms. Guelf. 2. — Bentlejus et hic et Sat. 1, 7, 11. (ubi conferenda

Hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.
Seditione, dolis, scelere atque libidine et ira
Iliacos intra muros peccatur et extra.
Rursus, quid virtus et quid sapientia possit,

est annotatio Heindorfii) repetita praepositione *inter* offensus hunc locum legi mavult: *Nestor comp. lit. Primus Peliden festinat et inter Atriden.* Quae quidem viri acutissimi sententia nunc pro explosa potest haberi. Vid. Hand. Turs. III. p. 409. et cf. Hoffmann. in Jahn. Jahrbb. 1828. II. 1. p. 49. Hermann. ad Sophocl. Oed. Col. 812. et Dissen. ad Pind. Nem. VIII. p. 481., qui bene comparat *τὰν Ἀδράστου τάν τε Καδμείων ἔριν.* Alia suppeditat Schmidius. Sed jam ante contra Bentlejum ejusque rigidiorem adversarium Cuningam. (Animadv. in Hor. Bentl. 13. p. 245.) saniora docuit Ruddimannus in Inst. Gr. I. p. 320. ed. Stallb. —

V. 13. *Nunc amor.* Ms. Jaeck. 1. *Illum amor* legi mavult Zach. Pearce loco ad v. 10. laudato. At, etiamsi Peliden Poëta intellexisset, facile tamen supersedemus hac conjectura, quum *hic* saepe ad nomen remotius referatur. Vid. quos laudant Jahn. ad Sat. 2, 2, 29. et Schmid. ad Epist. 1, 17, 19. — V. 14. *discordant reges.* Ms. Jaeck. 4. Ceterum reprehendenda est lit. majusc. v. *Reges* in edd. Cun. Valart. al. Nemo tamen contra omnem latine scribentium morem magis abutitur hac scribendi ratione, quam Wetzelius, ut v. 13. 17. 48. 49. 55. 59. sqq.

V. 15. *dolis, caede atque.* Ms. Feae 2, e. — V. 16. *inter muros.* Mss. Comb. F. et Feae 6, b. Guelf. 1. 2. Dorv. 2. *muros intra.* Ms. Fabricii, ed. Cuning., sed vid. Jahn. ad Epist. 20, 8. et Ramsh. Gr. lat. p. 380. *peccantur.* Ms. Jaeck. 4. *pugnatur.* Ed. Haberf. fortasse operarum errore. Jo. Sarisber. in Nug. Cur. l. l. hoc ordine ponit vv. 14. 15. 16.: *Seditione, dolis. — Iliacos. — Quicquid delirant.*

V. 17. *Rursum.* Ms. Bentl. 6. Edd. Bentl. Cun. San. Merv. ed. Paris. 752. Baskerv. Dorigh. Sivr. Wakef. Wetz. Haberf. Camp. Pott. Praedicov. Hanc scripturam evitaturus et sibilum et homoeoteleuton intulit Bentlejus, comprobat Cuning. in Animadv. c. 12. p. 207., non improbant Gesner. et Bothius in Annotatt. ad F. Sed antiqui scriptores talia saepe non curant. Sic Lucan. 2, 456. *Si rursus tellus* etc. sine ulla scripturae varietate. Virgil. Aen. 3, 422. (ibi Wagn.) *Fluctus rursusque.* Ovid. Met. 15, 190. *rursusque alius*, ubi Heins. et Burm. non debebant scribere *rursum;* et Horat. Sat. 1, 6, 79. *si quis vidisset;* Sat. 2, 2, 7. *Acclinis falsis;* A. P. 161. *Imberbis juvenis;* Virg. Aen. 1, 230. *Aeternis regis imperiis;* 12, 706. *diversis partibus orbis;* Ovid. Met. 8, 583 *animis immanis et undis;* ibid. 5, 466. *narrasset, sed et.* et innumera alia, ex quibus apparet, istum sonum syllabarum et continuarum et intervallo quodam sese excipientium non offendisse aures Romanas; sic v. 1. *Trojani belli.* cf. v. 22. et Sat. 1, 4, 91. *si risi.* Cf. Wagner. Quaest.

Utile proposuit nobis exemplar Ulixen,
Qui domitor Trojae multorum providus urbis
Et mores hominum inspexit, latumque per aequor,
Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa
Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.
Sirenum voces et Circae pocula nosti;

Virg. XXXIII, 8. Bach. ad Ovid. Met. 8, 583. (et quos ibi laudat Ochsn. ad 1, 266. et Cort. ad Lucan. 7, 403.) ad Tib. 1, 3, 21. ibiq. Huschk. 6, 39. 7, 14. Jahn. ad Virg. Aen. 6, 310. Cf. infra v. 32. et quos laudat Sillig. in Jahn. Jahrbb. 1829. I. 1. p. 28., ad Cir. 240. Ceterum formae *rursus* et *rursum* commutantur ap. Virg. Ecl. 10, 63. ibiq. Wagn. ap. Lucan. 1, 391. Ovid. Met. 9, 42.— *poscit.* Ms. Guelf. 4. *possis.* Edd. Flor. 482. Ven. 479. 83. 86.

V. 18. *Utile*, *prop.* Sic incidit Wakefieldius, ut *utile* cum v. *possit* jungatur, qua re numerosiorem et pulchriorem locum decurrere opinatur, sed bene Eichstadius ad van Ommer. p. 215. docet, structuram Epist. 2, 1, 63. et Pers. 3, 70. (quibus locis Wakef. ad rem suam utitur) longe aliam esse atque hoc loco. Ut nihil nunc dicam de sensu totius loci, hic verbi *posse* usus saepe et alibi reperitur, ut Od. 1, 26, 10. ibiq. Bentl. 3, 4, 58. 4, 4, 27. A. P. 410. ibiq. Bentl. — *proposui.* Ed. Ven. 498. — *Ulixen.* Mss. omn. ap. Pott. Bn. A. C. E. Dess. 1. 2. 3. Lips. 1. 2. 3. Graev. Edd. Bentl. Cun. Oberl. Pott. *Ulixem.* Mss. Guelf. omn. Bn. D. F. G. Goth. al. Edd. Loch. Lips. 492. 98. al. Jahn. Schmid. al. *Ulyxem.* Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. al. *Ulyssen.* Edd. San. Merv. Valart. *Ulyssem.* Edd. Ven. 479. 81. Glar. Asc. Pulm. al., etiam Feae. Illa scribendi ratio *Ulix.* vera probatur ex Plutarch. Marcell. II. p. 444. R. *Οὐλίξου, τοῦτ' ἔστιν 'Οδυσσέως.* Cf. Pulm. ad Od. 1, 6, 7. Jahn. ad Ovid. Met. 12, 6. ed. Gierig. Heyn. et Wagn. ad Virg. Id. 8, 70. Aen. 2, 7. et quos laudat Schneidewin. de hac forma uberius disserens ad Ibyc. Carm. Rel. p. 142. Cf. O. Müller. „Etrusker“ II. p. 279. Recepi formam *en*, obsecutus auctoritati tot librorum mss., quippe qui vidissem, librarios saepius formam *en* mutasse in *em* (ut v. 12.) quam contra. Mecum sentit Wagner. ad Virg. Aen. 1, 30. Cf. Schneid. Formenl. p. 41.

V. 19. *et multorum.* Ms. Jaeck. 5. — V. 20. *Qui mores.* Ms. Corvei. V. 21. *Dum tibi.* Ms. Bn. A. — *cum sociis.* Ms. un Bersm., *cum* exhibet etiam cod. Mentel., sed incertum, utrum hoc loco, an priore. Ed. Erford. 517. — *tum sociis* Ms. Jaeck. 5. — *aspera bella.* Ms. 6. ap. eund. a 1. m., sed corr. in *asp. mult.* a 2. m. — V. 22. *adversus.* Edd. Ven. 490. 92. Lips. 492. Praedicov. — *et immersabilis* Mss. Jaeck. 4. 5. 6. metro adversante. *inmers.* Sic Dess. Lips. omn. et Graev. Ed. Praedic. Cf. v. 11.

V. 23. *Seirenum.* Sic ms. un. Bersm. Dess. 2. *Syrenum.* Mss. Dess. 3. et Lips. 2. 3. Illa scriptura

Quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
Sub domina meretrice fuisset turpis et excors,
Vixisset canis immundus vel amica luto sus.

est in edd. Cruq. Torr. al. — *voces ac.* Ms. Dorv. 1. — *Circac.* Mss. optimi et plurimi ap. Lamb. quinque ap. Pulm. (in ed. 581. scriptum est *Circa*) omn. ap. Cruq. et Bersm. (praeter unum) omn. ap. Torr. meliores ap. Bentl. quindecim ap. Val. et, ut videntur, omn. ap. Comb. et Oberlin. sedecim ap. Fe., notatum ex ms. in ora ed. Ald. 509., testatur Caper Grammaticus, teste Torrentio; (Pott. nihil annotavit, sed scripsit *Circae*) al. ap. Jaeck. Guelf. 3. 4. Bn. A. B. C. (a 1. m. in utroque) Dess. 1. Goth. Gott. 1. 2. (ut videntur). Lips. 1. 2. 3. Mentel. (in var. lect. *Sirte*) Dorv. 1., sine dub. etiam Corvei. Graev. Edd. Lamb. Cruq. Min. Bersm. Torr. et plrq. recentt. *Circena carmina n.* Ms. Jaeck. 5. *Circea poc.* Ms. Dorv. 2. *Circes.* Mss. reliq. et edd. vulg., etiam Jon. Sandb. Bask. Camp. Sic etiam legit Valerius in Epist. ad Ruffinum annotante Fea. Latinam formam recte tuentur Bentl. ad Epod. 17, 17. et Sat. 2, 5, 76. Burm. ad Prop. 3, 10, 27. Oudend. ad Apulej. Met. II. p. 96. Voss. et Huschk. ad Tib. 1, 2, 54. al. quos laudat Eckst. ad Voss. de Art. Gr. 4, 2. p. 544. — *novit.* Ms. un. ap. Bersm. et Feam, Jaeck. 4. Ed. vetus 474. ap. Maitt. et Med. 477. At, nisi haec scriptura debetur correctori cuidam, rem ad Ulixem referenti, invenies saepe personam verbi mendose mutatam, ut 1, 1, 45. 95. Cf. Bentl. ad Od. 2, 16, 26. Orell. ad 3, 17, 5. (ubi tamen nihil mutandum videtur, si recte interpreteris). Fea ad Sat. 1, 9, 55. 62. 63. Both. ad Senec. Med. 568. — V. 24. *avidusque.* Edd. Lips. 508. 10. 19.

V. 25. *Sub diva.* Ms. 6. ap. Bentl., quod ei non videtur condemnendum. Scripturae autem vulg. ex compendio male intellecto depravatae patrocinantur Servius ad Virg. Aen. 7, 19. et Jo. Sarisberiensis in Policrat. 1, 4. hunc locum laudantes. — *excors.* Hoc vocab. nonnullae edd., ut Ald. 501. 19. Iunt. 514. Ven. 520. Praedicov. Jahn. Weber. sequenti verbo conjungunt: *turpis, et excors Vixisset* etc., sed v. infra Comment. et ad v. 60. Asyndeton enim v. 26. nihil habet, quo offendaris, vid. Both. ad Sat. 1, 3, 56. ap. Fe. et Fea ad Od. 4, 9, 43. Praeterea quum omnis hujus loci vis in apodosi posita sit, nemini, opinor, persuadebit Jam. Tunstallus (in the Works of Horace in English verse etc. Lond. 1759. II. p. 614.), v. 25. ἀπὸ κοινοῦ repetendam esse particulam *si, (Si) Sub domina* etc., ut apodosis versu 26. incipiat. *exsors.* Sic primus conjecit Minos, postea Marklandus in Epist. crit. p. 100. et Valartus in Praefatione p. XII. (sublato auctoris nomine), approb. Eichstadius ad van Ommer. p. 215. et Bothius in Annotatt. p. 157., qui tamen hoc vocabulum aliter interpretandum censet. Vid. infra Comment. et Schmid. ad h. l. Fr. Jacobs. miratur, hanc conjecturam nonnullis potuisse probari.

V. 26. Hunc versum, quem ms. Dess. 1. post v. 30. habet, laudat

Nos numerus sumus et fruges consumere nati,
Sponsi Penelopae, nebulones, Alcinoique
In cute curanda plus aequo operata juventus,
Cui pulchrum fuit in medios dormire dies et

Servius ad Virg. Ge. 1, 400. *Vixisses.* Ms. Jaeck. 5. — *caenis immundus.* Ed. Chab. (*inm.* Sic mss. Lips.). — *et amica.* Ms. Guelf. 1. — V. 27. *sumus, nati consumere fruges.* Ms. Bn. F. *Nos num. sumus? et fr. cons. nati?* Sic dist. ed. Praedicov.

V. 28. *Penelopae.* Mss. omn. ap. Pulm. Cruq. et Bersm. quinque ap. Lamb. optimi ap. Torr. et Bentl. quindecim ap. Val. omn. ap. Pott. sedecim ap. Fe. et notatum in laudata ed. Ald. omn. (ut videntur) ap. Oberl. et Comb., qui nullam scripturae varietatem annotarunt; al. ap. Jaeck. Bn. omn. Guelf. 3. 4. Dess. et Lips. omn. Goth. Gott. 1. 2. Dorv. 1. 2. (*pe*). Graev. Mentel. Vid. v. 23. V. 27. et 28. laudat Priscianus 6, 17, 88. (p. 209. ed. Bas. 554.) et 7, 4, 12. (p. 223. ed. Bas.), ubi Krehlius latinam terminationem reposuit. Edd. Lamb. Cruq. Min. Bersm. Torr. et plerq. recentt. *Penelopes.* Mss. reliq. et edd. vulg., etiam Jon. Sandb. Bask. Bodon. Camb. Cf. Fea ad Sat. 2, 5, 76. — *et nebulone.* Ms. Jaeck. 6. — *Alcinoique, In cute.* Sic commate vel alio distinguendi signo (Ven. 479. 83. 86. duob. punctis, Ven. 481. 92. Flor. 482. Lips. 498. uno) incidunt edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. Cruq. Min. H. Steph. Chab. Torr. (quanquam uterque in Commentar. *Alcinoi juvent.* jungit) Bas. 580. de Maroll. Tart. Gesn. 772. Oberl. (is deleta post v. *nebulones* virgula) Doering. Camp. (sed recte vertit: nous ressemblons à ces jeunes courtisans d' Alcinous). Rectissime autem Lambinus iis obloquitur, qui *Alcinoique* pro Nominativo habent, quum *Alcinoique* sit patrii casus et cum nomine juventus cohaereat. Praeterea equidem, Horatium, si illam distinctionem voluisset, aut particulam *que* omissurum aut in seq. versu positurum fuisse, facile crediderim. Scholiastes tamen Cruquii Nominativum videtur intellexisse. Vid. infra Comm. — *Alchinoique.* Mss. Gott. 2. et al. *Alcionique.* Ed. Lips. 492. *Antinoique* in quibusdam exemplaribus legi ait Lambinus, cujus rei fides apud auctorem sit. Ceterum Praedic. dist.: *Penelopae? nebulones? Alcinoique — juventus?*

V. 29. *est operata.* Ms. Bn. f. *operosa.* Ms. Bersm. Bn. D. Guelf. 2. a 2. m. *In cut. plus eq. cur.* Ms. Bn. F. — V. 30. *pulcrum.* Sic Dess. 2., ut v. 3. — *diesque.* Ms. Jaeck. 5. Bn. E. *dies, aut.* Ed. Praedicov. De his et talibus monosyllabis in extremo versu positis diligentissime exposuit Kirchnerus ad Horat. Satir. I. p. LXXI. §. 50—54. Sed non omnium est una eademque ratio velut hoc loco et Epist. 1, 1, 8. 65. 70. coll. v. 26. *luto sus;* id quod idem Vir doctissimus bene indicavit. Cf. G. F. Grotef. Gr. lat. II. §. 123. Neque absimilis est ratio duorum in fine monosyllaborum, ut v. 34. 35. 37. 60. 65. Multa etiam ex Horatio collegit utriusque rei exempla Morgenstern in *Dissertatt. de Sat. atque*

Ad strepitum citharae cessatum ducere curam.
Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones;

Epist. discrimine. p. 36. ss. Cf. Hermann. Element. doctr. metr. p. 342.

V. 31. *cith.* (non *cyth.* ut Lips. 2.) exhibent optimi nostri, ut Graev. Dess. omn. et al. — *cessatum ducere curam.* Sic mss. et edd. vulg., etiam Porphyr. et Schol. Cruq., ut bene docet Schmidius contra Bentlejum; qui tamen Acronem dicere non debebat. *cessantum.* Ms. Feae 1, i. Edd. Flor. 482. (in qua Landinus *cessatum* — sic legitur in textu — explicat: otiosorum i. e. cessantum) Ven. 483. (a) 86. (cessātum.) 90. 92. 98. Loch. Erford. 517. Lips. 492. 98. 99. 508. 10. 14. 19. Colon. 510. Pulm. 581. (quanquam in annotationibus et in ed. Antwerp. 557. legitur *cessatum*), probavit J. Clericus (in Friedem. et Seebod. Misc. critt. I. 3. p. 543.) explicans: „educere ex animo otiosorum curam", ut Plaut. Prolog. Cas. 24. *cessantem — curam.* Edd. Ven. 495. (Fea teste), Cuning. *cessatam d. c.* Ms. Bn. f. *cessatum non d. c.* Ms. Guelf. 2. *cocnatum.* Ms. Jaeck. 5. *curas.* Guelf. 4. *Curam* majuscula exhibent Edd. Wetz. Schmid. Hoched. Braunh., quod improbat Bach. in Zimmerm. Zeitschrift. etc. 1834. p. 1032. *somnum.* Mss. Cruq. 1, a—d. Bentl. 1. in marg. pro var. lect. Feae 2, h. Bn. D. Goth. pro v. lect. *somnos.* Ms. un. ap. Val. Dorv., sed nescio utrum unus an duo. *cessantem d. somnum.* Edd. Bentl. San. Merv. Bask. Dorigh. Sivr. Wakef., Camp., improbat praeter alios Bauer. loco v. 4. laudato, tueri videtur Clarkius ad Hom. Odyss. ϑ, 248. *cessatum duc. somnum.* Ed. Paris. 752. („dont l'ennui s'empare, Dèsque vient à cesser le bruit de la Guitarre.") Similiter Jos. Scaliger ad Prop. 1, 6, 21. scripturam vulg. explicans *cessatum* jungit cum Substantivo *strepitum* (idem literis suprascriptis facit cod. d. ap. Hoched.) i. e. strepitum citharae, cui cessatur h. e. cui vacatur. Idem conjecit (nescio quo loco) *cessatam d. curam,* i. e. solutam; non improbante D. Heinsio, Bentlejo reprobante. Ceterum hic conjecturam suam: *certatim ducere noctem,* repetitione voc. *nocte* v. 32. offensus, ipse repudiavit; *fallere noctem* habuisse dicit veterem codicem Pulmanni, sed in ed. 581. nihil est annotatum. — *cessanti ducere curam.* Conj. Cuning. — *Ad strepitum c. cessanti incidere curam.* Conj. Jam. Tunstallus, in partes vocans Epist. 14, 36. *incidere ludum* et Cic. Tusc. 1, 44, 106. *quae curam somno suspenso (?!) levas.* Rosellus, teste Dorigh., ita scriptum fuisse opinatus est: *Ad strepitum citharae, cessatum, educere curam* i. e. ad sonum lyrae, qua sonare cessatum fuerat, ut locus daretur somno, pellere genus omne curarum. — *cessantem accersere somnum.* Conject. ap. Jones. Contra Dorighello *cessantem ducere curam* esse posse opinatur pro *decipere*, incertus tamen, quid statuat, locum habet pro corrupto. Praedicovii luxurians acumen dedit: *Ad st. c. cessantem d. κούρην.* Sed nulla indiget locus emendatione. Vulg. scr. tuetur et explicat Jan. Rutgers. in Excerptis etc. p. 432. ed. Burm. 699. Cf. Schirach. Clav. Hor. p. 53. 395. Gesn. et Wetzel.

V. 32. *Ut vigilent.* Edd. Flor.

Ut te ipsum serves, non expergisceris? Atqui,

482. Ven. 483. (a. b.) 86., mendose. *homines.* Mss. omn., ut videntur, ap. Lamb. omn. ap. Pulm. quat. ap. Bersm. omnes praeter unum ap. Cruq. plerq. Torr. D. ap. Oberl. B. D. F. G. ap. Comb. plerq. ap. Val. et Feam, Pott. 1. 7. 10. 16. 18. 19. 21., omn., ut videntur, ap. Jaeck. novem ap. Hoched. Guelf. 1. 2. 4. Bn. B. D. E. f. (in F. deest hic versus) G. Dess. 1. 2. 3. Goth. Gott. 1. 2. Dorv. 1. et sine dubio cod. Mentel. et Corvei. Edd. vulg. etiam Feae, qui vindicat. *hominum.* Ms. antiquiss. Bland. (1.) ap. Cruq. *hominem.* Mss. duo ap. Bersm. quat. ap. Torr. antiquiores Bentleji, (in quibus Graevianus noster) quos non nominat, sept. ap. Val. unus Oberl. C. duo Comp. A. C. Feae 1, b. e. (a 1. m.) 2, d. f. h. 6, a (a 1. m.) Hoched. a. b. d. Guelf. 3. Bn. A. C. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 2. Edd. Bentl. (qui restituit) Baxt. Cun. San. Merv. Phil. Gesn. Bask. Val. Oberl. Comb. Wakef. Bad. Wetz. Haberf. Zeun. Praedic. Pott. Hoched. neque improbat ob auctoritatem librorum mss. Jahnius ad Od. 4, 6, 6. p. 242. At qui, ut Bentlejus, Gesnerus (cf. Cuning. Animadv. etc. c. 12. p. 207.) homoeoteleuton ingratum, ut ajunt, evitant, habent aures religiosiores ipsis Romanis, vid. annotata ad v. 17. Schmidiumque ibidem. De hac re, quae saepe fraudi fuit librariis, uberius dixi in Commentar. ad Epist. 1, 1, 69. Cf. Forbig. ad Lucret. 2, 491. Vanderb. ad Od. 4, 2, 49. p. 234. Similia de verborum syllabarumque similitudine studiose quaesita observavit R. Klotzius ap. Cic. Tusc. 1, 30. p. 98. 2, 7. p. 196. et saepe. Qui autem, ut Hochederus, *hominem jugulari* pro homicidio perpetrando absolute dici arbitrantur, in errore sunt. Etenim latrones non se parant ad unum aliquem, sed ad aliquempiam e pluribus et, ut res postulat, ad complures occidendos. Locus quem affert Bentlejus, Ovid. Amor. 3, 8. *quoties hominem jugulaverit, ille indicet* (addere poterat Quintil. Inst. 4, 2, 12.), plane alius generis est. Rursus *homines* et *latrones* opponuntur quasi inter se; etenim hoc mihi observasse videor, veteres scriptores non modo *res* opposuisse rebus, verum etiam *verba* verbis. Pluralem etiam Dübner. probat in Seebod. Krit. Bibl. 1830. p. 386. Recepta scriptura comprobatur testimonio Servii, hunc loc. ad Virg. Ge. 1, 287. laudantis. — *surgent.* Ms. unus ap. Fe. *vigilant de nocte.* Ms. in annotat. ad Serv. l. l. editionis Burm. Ceterum D. Heinsius vv. 32—62. post Epist. 1, 51. collocari voluit, errorem omnem vitio exscriptoris, qui paginas aut transposuisset aut pessime continuasset, evenisse ratus. Sed vir doctus tum hic, tum alibi hariolatur, ut Rappolti saniora ad h. l. (p. 489.) docentis et Bentleji vituperationem ad Epist. 2, 2, 87. non effugerit.

V. 33. *Ut serves te ipsum.* Ms. Feae 2, i. Bentlejus legi mavult *Tu te ipsum ut serves*, ut Sat. 2, 3, 212. 234. Sed sinamus Horatium, qui non indiget alienis opibus, loqui suo more. *At quin.* Ms. Feae 1, a. (Vid. Hand. Tursell. I. p. 523.) *Aut quin.* Cod. Mentel. *Atque.* Ms. Bland. antiquiss. ap. Cruq., Combii A. C. D. Dess. 1. 2. (a 1. m.) Graev. Ed. princ. ap. Comb. Scr. per se probabilis, sed re-

Si noles sanus, curres hydropicus; et ni
Posces ante diem librum cum lumine, si non

cepta majorem habet disserendi vim. Vid. Hand. l. l. p. 519., qui probat Vossii interpretationem: wohl denn, willst du gesund nicht laufen. (!?) De confusione utriusque particulae dixerunt Bentl. et Heind. ad Sat. 1, 10, 32. Drak. ad Liv. 5, 4, 1. Klotz. ad Cic. Tusc. 5, 10, 28. Kritz. ad Sallust. Cat. 51, 35. et de usu utriusque interdum paene communi praeter alios, quos laudant Ochsn. ad Cic. Ecl. p. 131. Frotsch. ad Quintil. Inst. 10, 3, 22., Voorda (Lectt. Tull. c. 8.) ap. Cic. de Offic. 3, 11, 48. ed. Beier.

V. 34. *noles.* Mss. Lamb. 1, a. 2. 6. Pulm. 1. 2. 3. 10. 4. 7. Cruq. 1, a—d. 9. 4. (unus) 7. 3. quat. ap. Bersm. (in uno *nolles*) Oberl. C. Comb. A. B. D. F. G. Pott. 1. 2. 6. 7. 9. 12. 13. 14. 20. Bn. A. B. C. E. G. Guelf. 3. Dess. 1. 3. Gott. 2. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. et sine dubio Mentel.; adde cod. Monac. (Seeb. N. Archiv. 1830. p. 60.) et Schol. Cruq. in lemmate. *nolis.* Mss. alii aliorum, etiam Guelf. 1. 2. 4. Bn. D. F. Dess. 2. Goth. Gott. 1. et sine dubio Corvei; Porphyr. in lemmate.— *curres.* Mss. alq. ap. Lamb. Pulm. 1. 2. 3. 10. Cruq. 1, a—d. 9. 4. (un.) 7. 3. tres ap. Bersm. Oberl. C. D. Comb. omn. ut videntur, al. ap. Talb. Bentl. Fe. Jaeck. Pott. 1. 7. 9. 10. 12. 15. 19. et ita Porph. atque Schol. Cruq. Guelf. 3. Bn. D. E. Dess. 1. 3. Goth. Gott. 2. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. (in 1. var. lect. *res et*) et sine dub. Corvei. *cures.* Mss. al. ap. al. [viginti ap. Val. tres ap. Bersm. Pulm. 4. 7.] Guelf. 1. 2. 4. Bn. A. B. C. F. G. (in hoc gloss. *te*) Dess. 2. Gott. 1. Mentel. *nolis — cures.* Sic praeter illos jam indicatos mss. Bentl. 1. (Broukh. in hoc tantummodo *cures* annotat.) 2. 4. 6. Altd. ap. Haberf. et Jaeck. 5. 6. Edd. (vetust. ap. Maitt. 474. et Med. 476. ap. Fe.) Flor. 482. Ven. 479. 81. 83. (a. b.) 86. 90. 92. 509. (teste Fea) Loch. Ald. 501. Ascens. Lips. 492. 98. 508. 10. 14. 19. Colon. 510. Erford. 517. Pulm. 557. Bas. 580. al. e recentt. San. (qui def.) Merv. Sivr. Praedic. et Paris. 752. Hanc scripturam praeter alios partim explicant, partim tuentur Nann. Misc. 4, 15. (Grut. Lamp. crit. I. p. 1283.) Barth. Adv. 37, 19. et Bentlejus ad h. loc. *noles — cures.* Edd. Sandb. Baskerv. Bod. Ita etiam Turneb. Adv. 26, 27., qui tamen *curres* praeferre non dubitat. Cf. Marcil. *nolis — curres.* Edd. Ven. 495. (teste Fea) Ald. 509. 19. Iunt. 514. Bas. 517. 20. Ven. 520. Glar. Muret. Pulm. (531.) Ge. Fabr. 578. Cruq. Torr. de Maroll. Dorigh. Fe. Jaeck. Camp. Jahn. Web. al. plures, quos ldt. Fea. *noles — curres.* Edd. Lamb. (qui def.) Min. Piscat. H. Steph. Chab. Bersm. — Bentl. Maitt. Cun. Val. Jon. Oberl. Gesn. Comb. Wakef. Hunt. Schmid. et al. complures. *Si non is sanus, curres hydr.* Conj. D. Heins. Pro *curres* conjecit *quaeres* Clericus van Jevern ad Lucan. 3, 657. I. p. 438. ed. Web. i. e. hydropicus factus *frustra expergisci conaberis*, Epod. 2, 70. 16, 16. Vid. Comment.

V. 35. *Poscas.* Ms. Feae 1, q. Bn. D. G. *Poscis.* Ms. ibid. 1, k. Dorv. 2. — *si ne.* Ms. Fe. 6, c. —

Intendes animum studiis et rebus honestis,
Invidia vel amore vigil torquebere. Nam cur,
Quae laedunt oculum, festinas demere; si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum?
Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude!

V. 36. *Intendas.* Mss. Fe. 1, k. r. 7, a. *intendis.* Ms. Guelf. 2. Lips. 1. *intendens.* Ms. Dess. 1. Lips. 2. *incendes.* Mentel., nisi est conjectura Morelli, qui non pauca ascripsit ed. Vascosani. — *ac reb.* Edd. Cun. San. Merv. Dorigh. Cf. v. 35. — *honestum.* Ms. Jaeck. 4.

V. 37. *ut amore.* Bn. A. C. (Vid. Epist. 1, 1, 96.) — *cur nam?* Mss. Fe. 2, e. 5, f. De anastrophe *Nam cur* dixerunt Perizonius ad Sanct. Minerv. 3, 14, 36. p. 747. ed. B. et Meiners. in „Uebersicht der lat. Partikeln." Cf. Barth. ad Prop. 2, 4, 15. et infra Comm. — V. 38. *laedant.* Ms. Guelf. 2. — *oculum.* Mss. Pulm. 1. 10. 2. 3. Cruq. 1., duo. Bersm. duo. Torr. quat. meliores. Bentl. 1. 2. 4. 6. Pott. 2. 3. 6. 8. 12. 20. Feae 1, a. 2, d. h. 5, a. e. f. 7, a. b. al. ap. Jaeck. Monac. Guelf. 4. Dess. 1. 2. Gott. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. (Lamb. et Hoched. de suis tacent). Edd. Bentl. (qui restituit) Baxt. Maitt. Cun. San. Fe. Pott. et recentt. fere omnes. Singularem numerum elegantiorem dicit Bentlejus, recte quidem, si intellexit *oculum* opponi *animo.* Ceterum compara Sat. 2, 5, 35. 55. *oculos.* Mss. reliq. et Jaeck. 4. 5. 6. Guelf. 1. 2. 3. Bn. omnes praeter E., ubi hic versus deest, Goth. Dorv. 2. et, si ex silentio certi quid colligi licet, Corvei et Mentel. Edd. vulg., etiam Jon. Paris. 752. Val. Sandb. — *tollere.* Ms. Monac. — *si quod.* Mss. Pulm. 1. 10. 7. alq. ap. Cruq. et Torr. un. Bersm. et Feae 1, a. Jaeck. 4. 5. 6. Guelf. 2. 3. 4. Bn. B. f. F. G. Lips. 3. (in 1. *qđ* et fortasse in Dess. 2.) Corvei. Edd. Ven. 479. 81. 83. (a. b.) 86. 92. 520. Flor. 482. Lips. 492. 98. reliq. Ald. 501. 19. Bas. et Erford. 517. Colon. 510. Iunt. 514. Asc. Glar. Min. Chab. Pisc. Pulm. Xyl. G. Fabr. 578. Rodell., non improbant Lamb. et Torr., ut res jam certa et definita cogitetur hoc sensu: „cur quae — si id, quod animum corrumpit, curare negligis." Vulgata autem *si quid* rem ponit magis incertam atque suspensam, ut *si quid est, quod* etc. quapropter haec formula vel modestiae vel dubitationi inservit, et est ex more Horatii Od. 4, 9, 9. Epist. 15, 38. (ubi *quicquid* legendum videtur) 18, 57. 108. A. P. 35. Cf. Bach. ad Tib. 2, 5, 18. Ruhnk. ad Terent. Heaut. 1, 2, 36. Cort. ad Lucan. 4, 317. Ramsh. Gr. lat. p. 371. ed. 1. Perperam quoque Aldina exhibet Od. 1, 6, 19. *sive quod urimur.* Cf. v. 10. et Hauth. ad Pers. p. 326.

V. 39. *curandi differs.* Edd. Ven. 479. 81. Hic observandum, in Dess. 3. lacunam esse usque ad Epist. 12, 15. — V. 40. *Dimidium, qui coepit, habet facti.* Ed. Cuning. Post *habet* edd. multae, ut Min. San. Merv. Bask., pleno puncto incidunt, rectius duobus edd. T. Fab. Gesn. al. recentt. vel commate ut Bentl. Vid. Jahn. ad Epist.

Incipe! Qui recte vivendi prorogat horam,
Rusticus exspectat, dum defluat amnis, at ille

1, 1, 28. et quae annotavi ibidem v. 87. p. 92. Intelligitur enim, quod ajunt, partic. *si.* — *sapientius aude.* Bn. f. contra metrum, ut supra Guelf. 4. *differas.*

V. 41. *Qui recte viv.* Ms. Pulm. 1. Bersm. unus. Bentl. 8. 7. Pott. 9. 14. Feae 1, a. e. o. 2, g. h. 6, c. Comb. A. B. G. Bn. F. Dess. 1. Goth. Lips. 3. Acron et Schol. Cruq. in lemmate. Ed. Ven. 490. Muret. H. Steph. Bond. de Maroll. T. Fab. Dac. Bentl. qui vindicat, quemque seq. plrq. recentt. *Viv. recte qui.* Mss. Bn. f. Guelf. 1. Dess. 2. Edd. Glar. Lamb. Pulm. 581. Xyl. Fabr. 578. Min. Chab. Piscat. (qui defendit) Bersm., e recentt. Burm. Cun. Merv. Jon. Sandb. Bask. Sivr. Hunt. Achaint. *Vivendi qui recte.* Mss. reliq., etiam Comb. C. D. F. Bad. 1. Jaeck. 1. 6. Guelf. 2. 3. 4. Bn. A. B. C. D. E. G. Monac. (Hoched. nil annotavit) Gott. 1. 2. Lips. 1. 2. Graev. [oram] et sine dub. Dorv. Corvei. et cod. Ment. Ed. princ. ap. Comb. Flor. 482. Ven. 479. 81. 83. (a. b.) 86. 92. 98. 520. Loch. Lips. 492. 98. reliq. Ald. 501. 19. Iunt. 514. Colon. 510. Schur. 514. Erford. 517. Ascens. Pulm. 557. Bas. 580. Cruq. Torr. Heins. Val. Camp. Pott. al. Quodsi Bentlejus receptum verborum ordinem compluribus exemplis Horatianis, in quibus *bene vivere* junctum est, illustrat, ex parte tantum vidit verum. Adverbium enim Poëtae Verbo vel Participio, cujus significatio per illud intenditur, praeponere solent, ubi postponitur, aliud quid plerumque gravius spectant. Sic Epist. 2, 2, 213. *Vivere si recte nescis;* A. P. 309. et Sat. 1, 4, 13. *Scribendi recte.* Cf. Wagn. ad Virg. Aen. 10, 823. et Jahn. in Archiv. 1836. IV. 4. p. 634. Hoc autem loco Subjecti vis intendi debebat, quare praecedit pron. *Qui*, ad quod eadem vi refertur *Rusticus exspectat.* — *prorogct.* Ms. Feae 2, i. Jaeck. 1. 6. — *annum.* Schol. Acr. (Gesneri ms. G. perperam laudatur in edit. Zeun. 1815., nam neque Gesneri ed. 1772. neque nostra collatio mss. Gott. hujus scripturae faciunt mentionem). Ed. princ. ap. Comb. Ven. 479. 81. 83. (a. b.) 86. 92. Flor. 482. Med. 486. Lips. 492. 98. reliq. Loch. Colon. 510. Erford. 517. Ascens. At voc. *horae* saepe pro die, vel tempore quovis, tum certo, tum exiguo usurpari, res nota. Vid. Burm. ad Anth. lat. I. p. 577. et Prop. 2, 7, 33. Hoc loco, quia voc. *annus* praecesserat, ipsa notio rem maturandi magis aucta videbitur. Scripturae autem varietas debetur vel indocto librario, quod paulo ante praecesserat *annum*, vel monachorum superstitioni, qui quum voc. *hora* sensu ecclesiastico accepta offenderentur, *annum* scribere non dubitarunt.

V. 42. *defluit.* Ms. Feae 7, 1. (a 1. m.) Bn. f. un. ap. Cort. ad Lucan. 1, 221. Ed. Colon. 510. *diffluat.* Ed. Paris. 752. — *annis.* Bn. E. f. — *at ipse.* Ms. Dess. 1. — Illam scripturam *defluit* probant Cortius l. l. et Handius in Tursell. II. p. 321., vereor tamen, ut exempla a Viro doctissimo allata Indicativum h. l. comprobent. Etenim *exspectat, dum defluat* dicitur ut Ovid. Met. 9, 94. *juvenes: neque enim dum flumina pacem et placidas habeant lapsus* —

Labitur et labetur in omne volubilis aevum.
Quaeritur argentum puerisque beata creandis
Uxor et incultae pacantur vomere silvae.
Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet.

Opperiuntur. Id. 8, 557. *Tutior est requies, solito dum flumina currant Limite.* Caes. B. G. 4, 23. *dum naves eo convenirent, — — in ancoris exspectavit.* Idem sentit E. C. Ch. Bach. in Zimmerm. Zeitschrift etc. 1834. p. 1032., qui ibi consuetudinem loquendi erudite enodavit. Ceterum Glareanus distinxit: *horam Rusticus, exsp.* — V. 43. *volubile.* Ms. Guelf. 2. —

V. 44. *Cueritur.* Sic ms. Dess. 2.; de hac antiqua scribendi ratione vid. Schneid. Elmtrl. p. 328. — *citandis.* Ms. Oberl. D. a 1. m. — V. 45. *Unxor.* Sic ed. Oberl., cf. Schneid. l. l. p. 463. — *placantur.* Ms. Dorv. 2. Ed. Wakef. ex conjectura; assentiuntur Eichstad. ad van Ommer. p. 216., Bach. ad Tib. 4, 1, 14., neque improbat Bothius in Annotatt. ad Feam. Nodell. in Not. critt. ad ed. Aviani c. 4. p. 92. *pacare* dicit mirum loquendi genus, itaque conjicit *perarantur,* quamvis nihil novandum arbitretur ob similem (? !) voc. *mitigandi* usum Epist. 2, 2, 186. Ut hic *placare,* sic ap. Cic. in Tusc. 2, 9, 22. *pacare* pro scriptura in omn. mss. reperta legi maluerunt vv. docti, sed vide ad eum locum R. Klotzium, acerrimi ingenii virum. Quanquam verba *plac.* et *pac.* saepe permutantur, de qua re dixerunt Heins. ad Claud. de raptu Proserp. 2, 147. Bentl. ad A. P. 197. Fea ad Sat. 2, 8, 5. Markl. ad Stat. Silv. 3, 3, 184. Cort. ad Lucan. 5, 373. Drak. ad Sil. 2, 483. ad Liv. 3, 9, 10. Heyn. et Wagn. ad Virg. Aen. 6, 804., vulgaris tamen scriptura proba est, quod infra pluribus dicetur. *pascantur.* Bn. E. *pärantur.* Bn. f. Ceterum Praedicov. sic: *Quaeritor arg. — pacantor v. silvae?* V. 44 et 45. delet Guyetus. Quid eum offenderit, hic facile est intellectu. Cf. annotatt. ad I. 106. p. 22.

V. 46. *Cui satis est quod.* Ms. Bn. f. Ed. Jon. — *contingit.* Mss. Cruq. 1, a. b. aliique ap. eund. plrq. ap. Pott. omn., ut videntur, ap. Bersm. Feam (Acron et Schol. Cruq. in lemmate) et fere omn. ap. Hoched. Gott. 1. 2. *contingit, nihil.* Mss. omn. ap. Torr. quat. ap. Bersm. Comb. A. F. G. Oberl. C. Bad. 1. Bn. omn. praeter A., in quo *contigit* a 2. m. corr. Goth. Dess. 1. 2. (hic *nichil,* ut Gothanus; de qua scribendi ratione vid. Apulej. de Not. aspirat. p. 113. 117. ed. Osann.) et sine dub. Dorv. 1. 2. Graev. et Mentel. *contingit, nil.* Mss. duo Bersm. ap. Hoched. e. Guelf. 2. 3. 4. al. ap. Jaeck. Lipss. *nil ampl.* Mss. Feae 1, a. b. d. e. r. 2, a. g. 3, a. 5, a. (a 2. m.). *continget, nil.* Ms. Oberl. D. Hoched. f. *contingat, nihil.* Ms. Guelf. 1. *contigit, hic nihil.* Mss. Lamb. tres antiquissimi. *contingit, is nihil.* Ms. Cruq. 1, a. per lituram. *contigit.* Mss. Lamb. omn. Cruq. 1, c. d. 7. 2. 3. Pott. 3. 9. 14. 16. al. Ex hoc confusiore scripturae variantis elencho, cujus quidem rei culpa in ipsis Editoribus est, *contingit* veram esse lectionem satis apparet. De forma *nil* et *nihil* dubi-

Non domus et fundus, non aeris acervus et auri
Aegroto domini deduxit corpore febris,
Non animo curas. Valeat possessor oportet,

tari potest, quippe quae in aliquot nostris mss. ob scripturae compendium, id quod in multis aliorum factum esse arbitror, tuto erui nequiverit. Illam fere ubique admittit Cuningamius, vid. Animadv. etc. c. 4. p. 41. Pronomina *hic* et *is* inserta videntur, quod sine iis sententia parum aperta esset; in *contingit* autem major vis est ad omne tempus accommodans τὸ αὔταρκες, ex rectissima Xylandri observatione. Editionum ratio haec est: *contingit, nihil* Edd. vett., etiam Lips. 492. reliq. Ald. 501. 19. Iunt. 514. Ven. 520. Ascens. Pulm. Xyl. G. Fabr. 578. et Bas. 580. Chab. Bersm. Torr. Burm. Bentl. Maitt. San. Jou. Sandb. Bask. Sivr. Val. Camp. Pass. Braunh. al. complures. *contingit, nil.* Edd. Lips. 498. Cun. Haberf. Fe. Jaeck. Jahn. Schmid. Hoched. Web. Meinek. *contigit, hic nihil.* Edd. Lamb. Min. de Maroll. T. Fab. Dac. Baxt. Gesn. Oberl. Comb. Wetz. Zeun. Dorigh. Bad. Doer. (*c. hic nil.* Wieland.) *contigit, nihil.* Ed. Mervill., mendose. *contigit, is nihil.* Ed. Cruq. — *optat.* Ms. Jaeck. 5. Guelf. 1.

V. 47. *Aut — domus.* Guelf. 2. — *domus aut fund.* Bn. B. f. Ed. Vascosan. *domus ac fund.* Bn. E. — V. 48. *Aegroto domino.* Ms. Guelf. 1. — *deducit.* Mss. duo Bersm. Edd. Muret. (probante Bersmanno) Rodell. *deducet.* Ms. un. Torr. *duxit de corpore.* Ms. un. ap. Cruq. *deducunt.* Ms. un. Torr. et Feae, Jaeck. 4. Guelf. 1. Bn. f. (cum gl. *tollunt de*) Lips. 3. *deduc̄.* Haec scriptura quandam probabilitatem habet, at Horatius pluribus Substantivis, quae aut vi paria sunt aut aliqua particula disjunguntur, singularem verbi numerum jungere solet. Cf. Bentl. ad Od. 1, 13, 6. 24, 8. Sat. 1, 6, 131. 8, 38. Fea ad Od. 4, 11, 9. et A. P. 9. ibiq. Hoched. Heind. ad Sat. 2, 1, 71. Cort. ad Lucan. 1, 227. Simile quid observavit Beier. ad Cic. Off. 2, 3, 12. Praeterea miror, tempus praesens aliquot patronos esse nactum, quum praeterito saepe utantur et poëtae et prosae orationis scriptores de re, quae fieri solet. Vid. Bentl. ad Od. 3, 23, 19. Cf. Hermann. ad Viger. p. 208. — *febrim.* Mss. alqt. ap. Cruq. *febrem.* Mss. Pulm. 1. 2. alii ap. Cruq. et Torr. sex ap. Val. Pott. 1. 7. 10. 14. 19. Comb. C. sept. ap. Fe. Jaeck. 4. Gott. 1. Dorv. 1. Corvei. De utraque forma cf. Ekst. ad Voss. de Art. Gr. 4, 10. p. 591. At praestat pluralis numerus in iis rebus, quae quandam mutationem habent vel majorem vim vid. ad. 1, 1, 90. et cf. supra v. 8. Sic Epist. 7, 8. *opella forensis Adducit febris.* Lucret. 2, 34. *Nec calidae citius decedunt corpore febris.* Cels. 2, 7. *magnae febres.* Act. Apost. 28, 8. ibiq. Kuinoel. πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ. Contra Epist. 16, 22. *occultam febrim — Dissimules.* In aliis, quae paulo insolentius plur. numero dicuntur, alia est ratio. Cf. quos laudat Jacob. ad Lucian. Tox. p. 120. et in Zimmerm. Zeitschrift. etc. 1836. p. 731.

Si comportatis rebus bene cogitat uti.
Qui cupit aut metuit, juvat illum sic domus et res,
Ut lippum pictae tabulae, fomenta podagrum,

V. 50. *comparatis.* Ms. Feae. 6, a. (a 1. m.) Ed. Chab. *sicut portatis.* Ms. Bad. 1. *congregatis.* Schol. d. ap. Hoched. *conport.* Sic ms. Dess. 1. Lips. 1. 3. Graev. Edd. Cuning. Praedic. Cf. v. 11. — *bene rebus.* Ms. un. Bersm. — *cogitet.* Ms. Guelf. 3. Ed. Chab.

V. 51. *ac metuit.* Mss. Feae 1, a. e. 2, d. (a 1. m.) Jaeck. 1. 3. Edd. Feae et Jaeck. *at metuit.* Ms. Bn. F. *ct metuit.* Mss. Feae 1, r. 2, a. 5, a. Hoched. e. Bad. 1. sic etiam h. l. laudat N. Heinsius ad Ovid. Amor. 3, 7, 62. — *juvant.* Ms. Jaeck. 6. — *ct res.* Mss. quinque ap. Lamb. totid. ap. Pulm. omn. Cruquii, qui probat, quinq. ap. Bersm. sept. ap. Val. duodevig. ap. Fe. omn. fere ap. Hoched. Guelf. 2. 3. 4. Bn. omn. praeter unum, Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. Graev. Mentel. omn., ut videntur, ap. Pott. Schol. Cruq. Edd. Chab. Baxt. Bentl. Maitt. Gesn. et recentt. fere omn. *ac res.* Edd. Cun. San. Merv. Dorigh. *aut res.* Mss. reliq. et Guelf. 1. Bn. B. Gott. 2. Porphyr. Edd. vulg., etiam Val. Camp. Praedicov. At Feae, qui *ac met.* scripsit, quod metus cupiditatis individuus (?) comes esset, assentiri nequeo. Etenim, quanquam rem ipsam facile damus, particula *aut* h. l. suam excludendi vim habet, ut sensus sit: Qui nihil aliud agit, nisi cupit et metuit, i. e. qui sola cupiditate et metu agitur, juvat illum etc. vel *aut* ex usu Horatiano requiritur, quia res diversae inter se opponuntur, vid. annotata ad Epist. 1, 72. p. 15. et quem laudavi Schmid. ad Epist. 2, 1, 180., ubi Handius scripturam aliquot librorum mss. *ac reficit* tueri non debebat in Turs. I. p. 462. Qui cum editt. vett. *aut rcs* scribunt, non apud se reputarunt, *res ct domus*, utpote vi pares, jungi quasi ex formula. De ea dixerunt Bentl. ad Epist. 4, 11. Ruhnk. in Dictat. ad Ovid. Heroid. 17, 159. et Diss. ad Tib. 1, 9, 12. Scriptura *ac res*, licet sola conjectura nitatur, usui latino quidem valde accommodata neque tamen necessaria est. Horatius enim vel in iis locis, quibus forma *ac* optime convenire videtur, *ct* praefert, ut infra v. 60. et Epist. 7, 22. 16, 73. Od. 3, 3, 1. al. Cuningamius in tali notionum conjunctione fere ubique *ac* ex ingenio scripsit. Locos vix majorem partem indicavit in Animadv. c. 4. p. 44.

V. 52. *tabulae pictae.* Sic ms. Feae 1, o. Hildebert. Moral. phil. col. 988., ed. Cuning. Male; Adjectiva enim, quae notioni cuidam accuratius describendae inserviunt, a poëtis Substantivo praeponuntur. Sic hoc idem Sat. 1, 1, 72. 2, 1, 97. Cf. Schmid. ad Epist. 2, 1, 144. Wagn. ad Virg. Aen. 5, 840. Jahn. ad Virg. Moret. 29. l. ad v. 41. laudato, quanquam alterum ordinem apud pros. orat. scriptores reperiri, ut Suet Octav. 72., Cic. Verr. 1, 21, 55. minime negamus. — *tomenta.* Sic conjecit Buherius teste Burmanno ad Anthol. lat. II. p. 485., recepit Wakef., approbant Eichstad. ad van Ommer. p. 218. etc. Conz. in Hauffii

Auriculas citharae collecta sorde dolentis.
Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis acescit.
Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.
Semper avarus eget: certum voto pete finem.
Invidus alterius macrescit rebus opimis:

Philol. II. 1. p. 182., Cremutius Cordus in Seebod. Archiv. 1826. 4. p. 75., aliter sentientibus Burm. l. l., Handio ad Gronov. Diatr. in Stat. I. p. 160. Vid. infra. — *podagrum.* Ms. Pott. 10. et msti. vetustissimi fragmentum ap. Oudend. ad Apulej. Met. V. p. 339, e nostris Dess. 2. Sic e conjectura edidit Bentlejus, quem seq. San. Merv. Bask. Sivr. Wetz. Praedic. Doer. Schmid. Braunh., comprobant Hand. l. l. Oudend. l. l. Meadowcourt ap. Duncomb. II. p. 602. Bach. in Zimmerm. Zeitschrift. 1834. p. 1032. et Baxt. ad h. l. aliter sentiente Jonesio, qui „nisi immediate sequeretur *Auriculas — dol.*" se conjecturam istam in contextum admissurum fuisse dicit. Quanquam vulgata i. e. *podagram* patrocinio J. A. Ernestii, qui abstractum pro concreto hic bene positum esse censet, non male defenditur et orationis venustas concinnitasque, quae Bentlejum ad emendandum impulit, scriptoribus illis non semper talis est, qualem nostro informamus animo, recepta tamen, opinor, sensui communi plene satisfacit. Atque haud scio an vocabulum parum usitatum depravitatis causa aeque hic atque alibi fuerit. Vid. Salmas. ad Vopisc. Aurelian. c. 34. Lamprid. Heliogab. c. 29. Barth. ad Claud. Epigr. 42. p. 1069. et Burm. ad Anth. lat. II. p. 591. Exempla suppeditant Bentlejus et Gesnerus in Thesaur. L. L. h. v. Penultima in *podăger*, quae ab aliis corripitur, producitur ab Horatio, ut *podagra* Sat. 1, 9, 32. et *cheragra* Epist. 1, 1, 31. — V. 53. *cyth.* Sic mss. Lips. 1. 2. Graev. Dess. 2.

V. 54. *Sinc. nisi sit.* Ms. Bn. G. a 2. m. *Sinc. nisi* omisso *est* mss. Jaeck. 5. 6. Guelf. 1. 2. Bn. D. E. F. f. *Sinc. est ni.* Ms. Dess. 2. *Vas nisi sinc. est.* Ms. Feae 2, g. *quidcunque.* Ed. Lips. 492. — *infondis.* Ms. Bn. F. *infundit.* Ms. Graev. *infundet.* Ms. Jaeck. 6. — *acessit.* Mss. duo Bersm. Guelf. 1. 3. Bn. C. D. Dess. 2. Goth. (*accssit.*) Lips. 1. Ed. Schurer. 514. *acccssit.* Guelf. 4. (a 1. m.) Bn. B. *acescet.* Ms. Pulm. 1. Feae 2, h. Haec scriptura ideo repudianda videtur, quod res in experientia posita non debet efferri per Futurum. Huc accedit, quod librarii saepe confundunt terminationem *it* et *et*. Vid. ad Epist. 10, 40.

V. 55. *voluptatem.* Ms. Bn. F. *voluntates.* Cod. Mentel. — *empta.* Sic Bn. omn. Dess. 1. 2. Lips. 1. 3. Graev. Edd. vett. al. De hac satis probabili scriptura vid. Schneid. Elementrl. p. 468. Cf. Orell. Inscr. nr. 4405. 4572. „Hunc v. laudat Jo. Sarisb. de Nug. Cur. 8, 6, p. 553." Fr. Jac.; itemque Hieronymus (Opp. omn. ed. Frkf. ad M. et Lips. II. p. 55. B.)

V. 56. *appete.* Ms. Bersm. 2. Dess. 2. (apete).

V. 57. *alternis.* Ed. Loch. De confusione voc. *altern.* et *alterius*

Invidia Siculi non invenere tyranni
Majus tormentum. Qui non moderabitur irae,
Infectum volet esse, dolor quod suaserit et mens,
Dum poenas odio per vim festinat inulto.
Ira furor brevis est: animum rege; qui nisi paret,
Imperat; hunc frenis, hunc tu compesce catena.

vid. Schmid. ad Epist. 2, 2, 176. De quantitate penultimae dixit idem ad h. l. et Jahn. ad Ovid. Trist. 5, 2, 10. — *marcersit.* Ms. Bn. G. *marcescit.* Ms. Bersm. un. Feae 1, q. 2, b. (a 1. m.) g. 5, a. (a 2. m.) 7, b. Bn. F. Edd. Lips. 508. 10. 14. Erford. 517. al. *rebus marcescit.* Ms. Jaeck. 5. Bn. D. Ed. Thanner. (s. a.) et Hildeb. col. 979. *rebus macrescit.* Ms. Pulm. 1. Bersm. duo. Guelf. 1. 2. 4. Bn. f. Dess. 1. Ed. Piscator. *macresc. reb. op.* Mss. et edd. vulg. De verbo *macresc.* non est dubium, quin festive opponatur *rebus opim.*, et *mareescere* ut τήκεσθαι Theocr. 5, 12. dicuntur, qui torpent et languent. Cf. Burm. ad Anthol. lat. II. p. 669. Hinc sensum loci optime assecutus vertit Wielandius: Der Neid wird mager, wie sein Nachbar fetter wird. Camp.: L'envieux maigrit de l'embonpoint des autres. Qui voc. *rebus* praeponunt, eos fugere videtur elegans oppositorum vis, quae est in *macr.* et *reb. op.*, quare *rebus* intendi non debebat. Sed dici non potest, quam perperam librarii saepe quaesiverint concinnitatem.

V. 58. *Invidia sceleri n. i. tyrannis.* Ms. Jaeck. 5. — V. 59. *Tormentum majus.* Ms. Feae 1, o. Jaeck. 6. Cf. v. 52. — *Quod non.* Ed. Colon. 510. — *iram.* Mss. tres ap. Valart. [Pott. 1. 2. 6.]. Feae 1, d. (a 1. m.) 2, b. (a 1. m.) d. Jaeck. 6. Scriptura minime contemnenda: optimi enim scriptores non servant illud discrimen sensus, quod pro varia hujus verbi structura statuunt; sic recte Kritzius ad Sallust. Jug. 82. 2. *moderari linguam.* Cf. Ochsn. ad Ovid. Met. 8, 797.

V. 60. *exmens.* Ms. Jaeck. 5. Sic legi maluit H. Stephanus in Diatr. sec. p. 117., ut *exspes*, *exlex*; improb. Bentlejus, quem vide. *Amens* approbavit Muretus, quod se in vetustissimo libro Vaticano reperisse testatur in Var. Lectt. 18, 3.; eandem scripturam amplectitur J. Clericus in Friedem. et Seebod. Misc. critt. I. 3. p. 543.. ut ira describatur. „Mens," inquit, „ἀντὶ τοῦ νοῦς sumitur, qui affectibus adversatur. *Amens dolore* frequens locutio. Vid. Curt. 4, 10, 29." *ac mens.* Edd. Cun. San. Merv. Bask. Dorigh. Sivr. Cf. annot. ad v. 51. *aut mens.* Ms. Gott. 1. *et* μην'ς. Ed. Praedicov. — V. 61. *Dum p. od. dum vim.* Ms. Franck. ap. Bos. p. 66. – *festinet.* Ms. Oberl. D. a 1. m.

V. 62. *brevis furor.* Mss. Bn. D. F. — V. 63. *Inperat.* Sic ms. Dess. 2. Cf. v. 11. *Impera et hunc.* Sic ex vetustissimo codice legendum dicit H. Stephanus in Praefat. ed. 2. i. e. *qui nisi paret*, sponte paret, *tu ei impera;* sed bene contra eum disputat Bentlejus, qui eundem eo adductum esse opinatur ex prava vulga-

Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire viam, qua monstret eques. Venaticus, ex quo

torum librorum interpunctione: *Ira f. b. est, an. rege: qui n. paret, Imperat: hunc* etc. Quam ob rem ipse sic reponi jubet: *Ira f. b. est, a. rege. Qui n. paret, Imperat; hunc* etc. At hoc loco non multum interesse equidem crediderim. Contra interpretatio ipsa mutatur, si, ut Janius, post *mens* v. 60. semicolon et post *brevis est* punctum posueris, ita ut Vir ille particulam *et* vel *nam*, quae verba: *Dum* — *inulto*, planiora efficeret, intellexisse visus sit. Similiter locum distinxisse videtur Camerarius, utpote qui, teste Bersmanno, haec verba ita construeret: *Et, dum mens festinat poenas per vim od. inulto, ira est furor brevis.* — *catenis.* Mss. quat. ap. Bersm. tres ap. Comb. B. F. G. aliq. ap. Cruq. Jaeck. 4. 5. Dorv. 1. *cathenis.* Mss. Guelf. 1. 2. Bn. E. f. G. Gott. 2. *cathena.* Sic mss. Bn. D. F. et edd. vett. Cf. Schneid. Elmtrl. p. 210. Qui Pluralem scripserunt, ob membrorum concinnitatem id fecisse videntur; sed Poëta etiam alibi varietatis numeri amantissimus est. Vid. Bentl. ad Od. 4, 4, 60.

V. 64. *Frangit.* Bn. f. *figit.* Bn. A. Sic *frangitur* et *fingitur* commutantur Od. 3, 6, 22. et Petron. c. 128. ibiq. Burm. — *docilem tenera.* Ms. Feae 2, i. Bn. f. Non male quidem, receptus tamen verborum ordo elegantior, propterea quod Horatius Adjectiva duo duobus Substantivis ita jungere solet, ut a suis Substantivis separata sint. Cf. Epist. 3, 4. 5, 29. 7, 65. 16, 8. 2, 2, 74. Sat. 1, 5, 61. 2, 2, 135. Od. 1, 31, 5. 2, 12, 1. 13. 14, 14. 3, 6, 4. Simile quid observarunt Cortius ad Lucan. 7, 770. Weber. ad eund. II. p. 404. et Bach. ad Tib. p. XIX.

V. 65. *qua.* Mss. Cruq. 3. 6. sex ap. Torr. un. ap. Bentl. 8. Comb. A. B. C. alii, ut videntur, ap. Jaeck. *quo.* Ms. Jaeck. 5. — *monstret.* Mss. Pulm. 1. 2. 3. 4. 10. Bentl. 1. 4. 6. et al. ap. eund. plrq. ap. Pott. omn., ut videntur, ap. Comb. Feae 1, a. 2, h. al. ap. Jaeck. Bn. A. Guelf. 2. 3. 4. Dorv. 1. Mentel. *qua monstret.* Ms. un. Bersmanni, C. D. ap. Oberl. (quatenus ille de var. scr. tacet) Feae 2, e. (a 1. m.) 7, a. Hoched. b. Guelf. 1. Gott. 2. Edd. Baxt. Bentl. qui defend. quemque seq. plurim. recentt. *qua monstrat.* Mss. Hoched. c. i. Edd. Cruq. Sandb. Paris. 752. Bask. Daru. Achaint. *quam monstret.* Inter alios mss. Bad. 1. Gott. 1. Lips. 1. (*e* supersc.) Graev. Edd. Bond. Lond. 652. Valart. *quam monstrat.* Mss. et edd. vulg., etiam Dac. Jon. Campenon. — *aeques.* Sic mss. Lips. 2. 3. De hac similique scribendi ratione in mss. vetustissimis reperta vid. G. Haenel. ad Antiq. Summar. cod. Theos. Lips. 1834. p. XII. Ceterum quam saepe librarii vocabula *qua* et *quam* confuderint, pluribus docent Drak. ad Liv. 6, 35, 9. Hauthal. ad Pers. 3, 68. et Kritz. ad Sallust. J. 18, 2. Exemplis de adverbiali voculae *qua* usu a Bentlejo allatis adde Kritz. ad Sallust. Cat. 57, 3. et Düntzer. in Seebod. et Jahn. Archiv. 1836. IV. 4. p. 600. Hoc autem erat observandum, *qua* cum Con-

Tempore cervinam pellem latravit in aula,
Militat in silvis catulus. Nunc adbibe puro

junctivo junctum, ut Graecorum ἢ ἄν, rem ponere minime definitam nullisque limitibus circumscriptam, quo nihil potest esse accommodatius ad hunc locum. At si Criticus ille distinguit: *Ire*, *viam qua monstret eq.*, ut sit *viam monstrare*, non *ire viam*, me quidem non habet assentientem. Exemplum enim: Liv. 32, 11. *Pedites jubet, qua dux monstraret viam*, *ire*, quod Bentlejus, Fea aliique afferunt, ut suam distinctionem probent, vi probandi destituitur. Ordo enim verborum et sententiae alius est atque hoc loco, ubi *ire viam*, dictio perfrequens, artissime cohaeret. Quodsi Bauer. ad Sanct. Min. II. p. 273. coll. p. 98. *ire viam* jungi posse opinatur, quum legeris *quam*, non *qua*, immemor fuit loci Virgiliani Aen. 1, 418. *Corripuere viam interea, qua semita monstrat.* Huc accedit, quod de ipso equino pullo etiam apud Virg. (Ge. 3, 77.) dicitur: *Primus et ire viam — audet.* Sic Virg. Aen. 6, 122. *Itque reditque viam toties*, quem locum laudavit Wetzel., sed plura hujus locutionis exempla suppeditant Broukh. et Burm. ad Prop. 2, 19, 50. Oudend. ad Hirt. b. Afric. c. 75. Wagn. ad Virg. Aen. 12, 386. Cf. Munck. ad Hygin. Fab. 38. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. 7, 40. Sanct. Min. 3, 3. p. 460. ed. B. Bentleji distinctionem receperunt Haberf. Fea, Jaeck. Jahn. Pott. Schmid. Braunh. Web. *ire viam, qua* dist. Cun. San. Mervill. Sandb. Dorigh. Oberl. Bad. Praedic. Doer. Both. al. Rursus Gesn. Comb. Sivr. Wetz. Hoched. Passov. Meinek, non incidendo omnes effugiunt difficultates.

V. 66. *laceravit.* Mss. Feae 2, e (a 2. m.) g. (a 2. m.) h. (a 2. m.) Verba *latr.* et *lacer.* permutantur Sat. 2, 1, 85. Locum laudat scripturam vulg. servans Servius ad Virg. 7, 479. — V. 67. *Militet.* Ms. Guelf. 3. Ed. Praedicov. sic dist.: *Ven. — aula? Militat in silvis? Catulus. — adbibe.* Mss. omn. (sex) ap. Pulm. omn. ap. Cruq. quinque ap. Bersm. Oberl. C. D. (a 2. m.) omn., ut videntur, ap. Comb, Feae 1, a. b. (a 2. m.) c. r. 2, a. 3, a. 5, a. (a 2. m.) c. (a 2. m.) 6, a. 9, d. 7, a. Jaeck. et Hoched. de suis tacent, quanq. ms. Monac. l. l. habet *adbibe.* Bad. 1. Guelf. 1. Bn. B. D. E. G. Dess. 1. Gott. 1. Lips. 1. (*h.* exsculpt.) 2. 3. et sic legisse videntur Dorv. 1. 2. Corvei. Mentel. et Graev. Ed. princ. ap. Feam, Colon. 510. Iunt. 514. Schurer. 514. Erford. 517. Bas. 517. 27. 31. Lips. 519. Muret. Lamb. Xyl. Cruq. Torr. inde fere omnes. *obbibe* Ms. Bn. F. *adjice.* Ms. un. ap. Valart. *adhibe.* Mss. reliq. et edd. veterr., etiam Ald. G. Fabr. H. Steph. Pulm. Piscat. Bersm., sed hi tres improbant. Quanquam brevis syllaba postrema ex observatione similium quodam modo probatur (Peerlkamp. in Bibl. crit. nov. II. p. 109. Jahn. ad Ovid. Met. 9, 170. ed. G. et ad Trist. 5, 5, 12.), nescio tamen, cur brevem antepenultimam *adh.* silentio praeterierint. Id sensisse unus Ascensius videtur, quum sic legendum censeret (invito tamen typotheta, qui in ed. 519. *adb.*

Pectore verba puer, nunc te melioribus offer.
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem
Testa diu. Quodsi cessas aut strenuus anteis,
Nec tardum opperior nec praecedentibus insto.

scripsit): *adhibe nunc.* P. Colvius ad Apulej. p. 211. citat, fortasse memoria lapsus, sic: *Nunc pect. pur. Perbibe verb. puer.*

V. 68. *verba, puer.* Sic incidunt aliquot edd., ut Dac. Burm. San. Merv. Jon. Bask. Wetz. Camp., ut puer casus alloquendi sit; quare postremus sic vertit: „Jeune Lollius, que votre ame encore neuve se pénètre de ces leçons.“ Similiter Vossius, doctissimus e Germanis interpres: Nun sauge du, Jüngling, Worte etc. — *te nunc.* Ed. Cuning. — V. 69. *Quod semel.* Ms. Guelf. 4. *imbuta est.* Ms. Bn. D. *est* omiss. in Dess. 2. — *odore.* Ms. un. Bersmanni. V. 69. et 70 pluribus locis laudat Jo. Sarisber. in Nugis Cur. et in Metalog., teste Fr. Jacobsio.

V. 70. *aut si.* Ms. Bad. 1. — *cessat.* Ms. Bn. D. — *ante is.* Sic mss. Bn. B. E. Dess. 2. Lips. 1. *ant' is* scrips. Praedic. At vide de talibus Santen. et Lennep. ad Terent. Maur. p. 426 sq. 432. Sic Ovid. Met. 13, 366. ibiq. Bach.: *anteit*, et infra 12, 24 *deest.* — V. 71. *operior.* Sic Ms. Dess. 2. Goth. Edd. Ascens. 528. Lips. 492. Rod. *operiar.* Ms. Feae 2, h. — *Non t. o. non praec.* Ms. Guelf. 1. — His et talibus, quae de orthographia sive vera sive falsa et de manifestis librariorum erratis indicata sunt, non tam iis, qui Horatio novam quasi lucem afferri cupiunt, consultum volumus, quam iis, qui ipsa errata in usum suum et hic et alibi convertere et sciunt et volunt.

COMMENTARII

IN

HORATII EPISTOLAM SECUNDAM

LIB. I.

Haec Epistola iccirco ad Lollium data esse videtur, vel quod Horatius Lollium bonae quidem spei juvenem, verum etiam ad vitia proclivem noverat, vel, quod veri similius est, rogatu patris, quocum Poëta, ut ex Od. 4, 9. apparet, familiariter vixit, quique dilecto juveni Horatium monitorem ad veram vitae rationem adhortantem noluit deesse. Quas quidem monentis amici partes Horatius ita suscepit, ut praeceptis saluberrimis jungeret subtilem venustatem et urbanitatem. Quapropter non est, quod hanc Epistolam illa εἰρωνείᾳ Socratica leviter tantum tinctam atque imbutam miremur. Argumentum, quo quasi viam ad id, quod assequi studebat, sibi sternit Poëta, est bonus Homerus, ex quo vitae praecepta plenius et melius hauriri posse dicit, quam ex magno numero librorum a Stoicis et Academicis conscriptorum. Exemplis ex Iliade et Odyssea, quas quasi duo magna vitae hominum specula exhibet, desumptis subjungit Hor. praecepta ad studium sapientiae mature amplectendum maxime idonea, quae juvenem a desidia, avaritia, invidia, iracundia, aliisque animi perturbationibus prohibeant atque animum ejus studiis rerum honestarum imbuant. Quodsi in his proponendis Homerum quasi ob oculos ponit, ex cujus poëmatis haec suapte natura sequi videntur, urbanitatem non sine arte adhibitam quilibet videbit lector. Si quis forte Homerum non tam ad sensum pulchri, quam recti honestique ab Ho-

ratio accommodatum miretur, is meminerit, multos ex veteribus Homero omnem tribuisse sapientiam ac doctrinam, ejusque poëmata fere ita tractasse atque interpretatos esse, quemadmodum nuper e nostratibus complures ad Kantii praescriptum scripturam sacram morali interpretatione, quam vocant, adjuvandam e re sua existimarunt. Vid. Stallbaum ad Plat. de Rep. 2, 17. p. 155. Ceterum utrum Horatius ipse de Homero ita senserit, an illam Homeri tractandi rationem non fecerit nisi accommodando suam, aliorum permitto judicio atque arbitrio, quanquam equidem hoc, non illud affirmare ausim. Illud tamen recte affirmare videtur *Dübnerus* in doctissima editionis 1. censura (Seebod. Krit. Bibl. 1830. p. 386.) inter alia laudans Aristoph. Ran. 947.

Ad quem Lollium data sit haec Epistola, magna est inter viros doctos opinionum dissensio. Torrentius, Baxterus, Dacerius, Janius, itemque Glandorpius (Onomast. p. 547.), Morerius (Grand Diction. Historiq. IV. p. 192.) et Bauer. l. l. *), eam M. Lollio, qui

---

*) Ad hos quodammodo accedit J. C. Gu. *Stange*, qui in *Commentatione de Hor. Epist. sec. libr. primi*, Frkf. ad Viadr. 1830. p. 9. inter alia sic disputat: „in tota Epistola, si vocabulum *puer* V. 68. excipias, ne verbum quidem video, ex quo ad puerum eam scriptam esse colligas; maxima potius inter hanc Epistolam et primam est similitudo.“ Pergit v. d. p. 11. „Sed non *tam inepta illa sapientiae doctrina est, ut vulgo putatur, etiamsi epistolam ad M. Lollium patrem datam esse credas.* In rebus enim, quae ad sapientiam moresque spectant, nostra aetas ab antiquitate quam maxime discrepat. Quae nobis notissima sunt, ut in schola pueris commendari soleant, de virtute, de animi perturbationibus aliaque, ea non itidem omnibus nota erant Romanis; praesertim quum neque in scholis pueri talibus rebus instituerentur, neque domestica educatio certis praeceptis de moribus officiisque niteretur. Omnia enim quibus animus noster et parentum scholarumque opera, et domesticorum publicorumque institutorum auxilio, et tota societatis humanae conditione inde a primis aetatis annis imbuitur, Romani aut ex usu vitae, aut ex philosophorum, Graecorum maxime, praeceptis, quibus adulti demum operam dabant, discere solebant. Mirum igitur esse non potest, si homines qui tum putabantur sapientissimi multa tamquam nova enuntiabant, quae nobis quam maxime vulgaria vixque dictu digna videntur. Hujus rei plurima exempla vides quum in omnibus Ciceronis libris, tum maxime in ejus epistolis. Lege quaeso epistolam ad Quintum fratrem I, 1., qui tum propraetor erat in Asia. Quae fratri ibi praecipit Cicero, maximam partem ita sunt instituta, ut, si ex nostra cogitandi ratione judicare velis, pueris potius quam ei viro, qui in summis honoribus versabatur, commendanda esse videantur.

una cum Q. Aemil. Lepido consulatum gessit a. u. c. 733. Varr,

---

Sed nondum absoluta est disputatio de homine, cui Horatius epistolam dedicat, restat aliud, quo quidem non probant, hunc Lollium filium consularis fuisse, sed quod aliter tamen explicari posse non putant, nisi filium eum esse cogitaveris. Appellatur Lollius a poëta *maximus* (maxime Lolli). Quod vocabulum quum recte vidissent cognomen gentis Lolliae non esse, viri docti jam ad unum omnes *natu maximum significare* censent, ut alter Lollii filius ab altero, cujus in Ep. 18. mentio fit, distinguatur, eamque explicationem tam certam putant, ut omnia, quae jam dudum ab aliis contra dicta sunt, negligant. Equidem ut idem mihi persuaderem, omnem operam dedi, quum viros doctissimos et acutissimos in ea opinione consentire viderem, et libenter hodie quoque eandem amplecterer, si ullam qua hoc fieri posset rationem invenirem. Nam, ut de aliis rebus taceam, qui fieri potest, ut in epistola, quae ad unum tantum scripta est, vocabulum adjiciatur, quo hic a fratre distinguatur? Scilicet ut Lollius a fratre ipse se discernat? At idem Horatius in epistola ad Pisones v. 366. alterum Pisonem appellat majorem juvenum. Hoc exemplum, etiam si aptum esset, nihil probaret; at alienissimum est a nostra re. Epistola enim illa ad tres homines, patrem duosque filios, scripta est, ad quos distinguendos nominibus necessario aliquid adjungendum erat. Omitto quod ne ibi quidem dictum est major Piso sed *major juvenum* (ut Od. IV, 14, 14. *major Neronum*), et quod in nostro loco multo magis simile nomen, fratrum vel juvenum adjiciendum erat. *Omitto porro, quod quum duos tantum Lollios* fratres fuisse putent, alter major potius quam maximus vocandus fuisset. Sed omnibus his rationibus omissis, quam inepte, ne dicam absurde, tale vocabulum in exordio epistolae poeticae positum est! quum in vulgari jam sermone nomen adjectivum, quod honoris causa additum sit, requiratur. Quid? Num in epistola 18. poëta Lollium, quem liberrimum appellat, a servo distingui vult? At si tu Lollii aetatem hoc vocabulo significari negas, qua igitur ratione melius interpretaris? Quasi vero hoc meum sit! Nam si quid explicare non possum, ignorantiam potius confitebor, quam, quod falsum est, probabo. Sed estne hoc tam difficile explicatu? Quum enim Romani vel in vulgari quotidianoque sermone honoris causa *homines* amplissimos, splendidissimos, fortissimos, sanctissimos, *optimos* appellaverint, cur amicum *maximum* appellari non licuerit, non video. Vulgo quidem non fit. Tune igitur omnia in Horatii libris vulgaria esse debere credis? Accedit quod non sine causa Lollius videtur ita appellatus esse, quum Horatius etiam in aliis epistolis amici nomini jam a principio aliquid addat, quod ad ea, quae in epistola tractatures est, spectat; ut in Ep. 18., in qua, quum de libertatis studio in consuetudine cum majoribus coërcendo dicturus sit, Lollium appellat *liberrimum*. Quid, *si Lollius noster magnus esse voluerit?* Si illa quae sequuntur verba, dum tu declamas Romae, *magnitudinem affectatam significent?* Certi de hac re nihil statuam, ne in eundem, quem supra reprehendi, errorem prolabar."

inscriptam perhibent. At huic sententiae adversatur notatio temporum, quum ex ipsa Epistola satis appareat, hunc Lollium admodum juvenem fuisse (V. 1. 68.). Saniora docuit Norisius ad Cenotaph. Pis. II, 14. p. 255., quippe qui Epist. 2. et 18. ad Lollii consularis filium datas esse censeret. Eum secuti sunt, praeter P. Baylium in Diction. crit. III. p. 150. et Massonum in Vit. Hor. p. 265., Horatiani editores Sanadonus, Gesnerus et plerique recentiorum, licet ille duo tantum (alterius mentio fit 1, 18, 63.) fuisse fratres, quorum hic natu maximus esset, ex rectissima Bothii observatione haud tuto conjiciat. Fuerunt tamen, qui vocem *maxime* v. 1. non ad aetatem, sed ad animi virtutes referendam esse opinarentur, ut Torr., Dac., aliique plurimi et e nostratibus, quanquam de Lollio filio agi persuasum habuisse videntur Herderus et Conzius. At Herdero ingeniose, ut solebat, de hac re disputanti: „Dass das maxime Lolli wohl nicht ein Beiwort aus der Kinderstube sein kann, zeigt der Inhalt des Briefes. Wahrscheinlich war der junge Lollier, an den der Brief gerichtet ist, ein kühn emporstrebender Jüngling, der seinem Geschlecht Ehre machen wollte. Die Anrede ist, wie so vieles im Hor., Scherz und Ernst, Ernst und Scherz.“ obstare dixerim alium locum A. P. 366, ubi Pisonum natu major eodem fere modo „major juvenum“ appellatur. Sic Od. 4, 4, 14. *major Neronum.* Virg. Aen. 7, 532. *Natorum-maximus.* Ecl. 5, 4. *Tu major* i. e. natu *). Sed et alius hic notandus est error. Scaliger, Marcilius, Meibomius (qui vel adeo Lollium fecit Trojani belli scriptorem ex Horatio notum), Gorallus (sub quo nomine Clericus latet), ad quos, quod valde miror, accedere vi-

---

*) Hinc et ex annot. ad v. 68. facile dijudicantur, quae in alteram partem scripsit Bauer. l. l. „Lollium patrem intelligit, quippe cui Epitheton *maximi* conveniat, quod non addiderit nomini Lollii ejus, quem *puerum* appellaret. Nec vero *majorem* aetate fratrem ex Epist. 1, 18, 63. intelligi, Latinitas patiatur: majorem enim, ut ex duobus, diceret; et vero frigeat plane Epitheton aetati signandae additum, quasi involucro epistolae aut tabulis praescriptum. Quis enim ferat, in ipso cursu et tenore aliquem sic, v. c. Germanice appellari: Mein werther älterer Herr Lollius? Quod ne in praescriptione quidem facerent Romani, praenominibus distinguentes, non aetatis nota. Quod autem praecipientis, quin castigantis, oratione utitur poëta, non modo v. 68. verum jam inde a. v. 32, id vero ad ipsum Lollium ad quem scribat, non magis referatur aut dirigatur, quam ad Maecenatem pertineant, quae Ep. 1, 1. inde a. v. 28. haud sane leniora praecipit.

detur Vanderbourgius, vocem *maxime* pro gentili cognomine habent. Quanquam in antiquo lapide ap. Gruter. 638, 2. *P. Lollius Maximus Nummularius primus officinae Monetariae Argentariae* exhibetur, eum tamen neque ejusdem aevi, neque ejusdem gentis ac M. Lollium consulem fuisse, bene docet Massonus l. l. Lollios enim imprimis cognominatos fuisse *Palikanos* (sic in nummis scribitur), facile probatur quum ex veterum scriptis (vid. Burm. ad Quinct. Inst. 4, 2, 2. Onomast. Tull. II. p. 360. ed. Orell., Val. Max. 3, 8, 3. cf. Ellendt ad Cic. Brut. p. 162.), tum ex nummis, in quibus cognomen Palikani reperitur. Raschius enim (Lexic. univ. rei num. vet. II. 2. pag. 1815.) in gente Lollia quinque hujus generis recenset nummos; vid. Morell. Fam. Loll. fg. 1. p. 248 ss. Patin de Famil. Roman. p. 158. Plura alia affert cognomina Burm. ad Anthol. lat. I. p. 254. et videsis Murator. Nov. Thes. vet. Inscr. IV. Indic. p. 2300., ex qua cognominum recensione intelligitur, Lollios eo tempore cognomen *Maximi* non habuisse. Attamen permirum mihi videtur, Horatii interpretes ad unum omnes, quum cognominis mentionem faciunt, M. Lollio ejusque genti imposuisse cognomen *Palikani.* Praeivit exemplo, quod equidem sciam, Torrentius. At me adducunt graves causae, ut M. Lollio cognomen *Paullini* tribuam. Lollia enim, ejus neptis, cognominatur Paullina, et quanquam cognomina non semper hereditaria fuisse me non fugit, ea tamen, quum plerumque majorum virtutibus ac gloria illustrata essent, a posteris religiose retenta et custodita fuisse, nemo non mihi largietur. Ad illam sententiam firmandam magnum quoque affert momentum, quod in Fastis Consular. ab Almeloveenio editis ad a. u. 846. 93. post Ch. n. [Onomast. Tull. III. p. LXXVII.] commemoratur M. Lollius Paullinus Cons. suffectus, qui sine dubio ex eadem gente oriundus et, quantum ego conjectura assequor, Consulis, de quo nunc agitur, pronepos fuit. Quae si vera sunt, nescio utique, cur interpretes neglexerint Ryckii ad Tacit. Ann. 12, 1, 3. annotationem Lollium ibi cognominantis Paullinum. Mecum quoque faciunt Jo. Cuspinian. de Consul. Rom. Commentar. Bas.

Quae ne sibimet Horatium praecepisse, dicas, e. v. 27. *Restat — clementis.* plurima obstant, non magis ad Hor. referenda, quam ad Maecenatem: tanquam v. 43. 44. (vid. Od. 3, 16, 18. 38.) 45. 58. 59. — *Quare non Lollio haec, sed cuivis universe, lectori denique, praecipere intelligatur*, Homeri usus occasione, auctoritate, et quasi voce.“ [? !]

1553 pag. 43. Ursatus de Notis Rom. (Graev. Thes. XI. p. 618. 797.), Pitiscus in Lexic. Antiq. Rom. I. p. 857. Raschius l. l. III. 2. p. 673. Nic. Bach. ad Tacit. Opp. II. p. 537. et G. F. Grotefendus in Gr. lat. II. p. 282. ed. 4. Exsulet igitur ex Horatio ille Palikanus, atque in ejus locum substituatur Paullinus *)! Quodsi ejus, ad quem Horatius: *Trojan. belli* etc., memoriam Ferentini in turri quadam marmori inscriptam legi scribit Raph. Volaterranus in Commentar. Urb. p. 605., cum aliis errare putandus est. Indicatur enim „M. Lollius C. F. Cos.," quippe qui ex hac adjecta voce pater, non filius censendus sit. Multae tamen res me inducunt, ut credam, Raph. Volaterranum et mutilatim et alio ordine dedisse hanc inscriptionem. Similis enim legitur ap. Grut. p. 166, 1., in qua Lollius „M. F. Cos." rectius nominatur, si compares Fast. Magist. Rom. (Graev. Thes. XI. p. 212.) a Pighio restitutos itemque Fast. Consul. Capitol. ed. Laurent. p. 49. qui ad a. u. 732. „M. Loll. M. F." eodem modo perhibent; neque de hoc adjecto patris nomine dubitari amplius licet, si verum est, M. Lollium Cons. aliquando triumvirum monetalem fuisse. Nummus enim Romanus (ap. Rasch. II. 2. p. 1817. nr. 23.), in quo capita J. Caes. atque Augusti jugata cernuntur, exhibet quoque nomen „M. Loll. M. F. III. Vir." i. e. triumviri monetalis. Cum hoc nummo egregie consentit inscr. Romae in ponte Fabricio reperta, in qua ejusdem consulatus memoria exstat; vid. Pigh. Annal. III. p. 516. et Noris.

---

*) Huic tamen sententiae docti aliquot nuper exorti sunt acutique adversarii, vir doctus quidam in Zimmerm. Allg. Schulz. 1828. II. p. 1066. *Schmidius* ad Epist. 18. p. 371. et *Stangius* l. l. p. 1 — 8., quorum uterque ille suspicatur, cognomen viri infamati i. e. Lollii Consulis 733. a. u. Varr. a posteris mutatum esse. Ad hanc sententiam ita accedit Rupertius ad Tac. Ann. 3, 48. p. 319., ut cognomen vel mutatum uti aliis praenomen vel genti Lolliae duplex fuisse credat. At de mutatione cognominis dubitari potest, siquidem proximi temporum illorum scriptores nusquam ejus rei faciunt mentionem, quanquam facere debebant in re tam gravi. *Stangii* autem disputatio in eo versatur, ut demonstret, „*ex simili feminae alicujus cognomine de patre certi nihil statui posse.*" Quod quanquam lubenti animo concedimus, non desunt tamen in alteram partem exempla, ut Laelia, filia Laelii, Livia Drusilla, nata patre Livio Druso, Vipsania Agrippina, filia Agrippae, Pompeja Paullina, quae filia videtur fuisse Pompeji Paullini consularis (Tac. Ann. 15, 60. 13, 53.) et quae sunt alia. Cf. Orell. Inscr. I. p. 463 sqq. 482 sqq. Ceterum sententia nostra conjectura nititur satis probabili, ultra quam progredi nemo facile potest.

l. l. p. 254. ed. Venet. 1681 *). Habes etiam alios M. Lollii nomen exhibentes typos ap. Grut. p. 165, 3., quibuscum conf. Murator. I. p. 477, 1. et Orellii Inscr. I. p. 154, 589. — Ceterum de Lollio patre imprimis accurate egit Wetzel in Ind. Nom. p. 48, quocum conf. Torr. Jan. et Vanderb. ad Od. 4, 9., Lips. et Rupert. ad Tacit. Ann. 3, 48., Ruhnk. ad Vell. Paterc. 2, 97. 102., interprr. ad Sueton. Aug. c. 23. et Tiber. c. 12., ad Dion. Cass. 54, 20., Salmas. ad Solin. c. 53. p. 826., Schol. Cruq. ad Epist. 1, 20, 28., Freinsh. Fragm. Liv. 136, 18—20., Tzsch. ad Eutrop. 7, 10, 2.· Pigh. l. l. Noris. l. l. p. 253., Bayl. l. l. p. 149. ss. Masson. l. l. p. 319. et C. Passov. N. 263; de Lollio autem, quem hic intelligi volumus, consularis filio, et, ni omnia me fallunt, a **) Macrobio (Saturn. 2, 6.) notato, vid. ante omnes Masson. p. 218. 261—266. 324. et Wieland. ad h. loc., Schmid ad Epist. 18. p. 370. collatis cum iis, quos supra nominavi quique hic illic ejus mentionem faciunt, etiam Wernsd. ad Poët. lat. min. III. p. 156., van. Ommer. p. 67. et Hagedorn in: „Poetische Werke, Carlsr. 1775. I. p. 51. ***)" De nummis gentis Lolliae exposuit Eckhel V. p. 236. sq. Horrea Lolliana habes in inscr. quadam ap. A. F. Gorium de Libert. Columbario in Polen. Thes. III. p. 281. De sepulcro Lolliorum nuper Salonae reperto dixit Jahnius in Jahrbb. 1829. I. 2. p. 236.

Quum Lollius, filius, adhuc puer Augusto duce contra Cantabros (1, 18, 55.) a. u. 729. Varr., quo ejus pater in Galatiam pro praetore missus erat, militaverit, hanc Epistolam a. 727. scriptam opinor, quum Lollius vitae annum ageret decimum sextum vel septimum, atque uti ad dicendum, ita ad omnes bonarum

---

*) Inscriptio haec est:

L. FABRICIUS C. F. CUR. VIAR. FACIUNDUM COERAVIT. Q. LEPIDUS. M'. F. M. LOLLIUS. M. F. COSS. EX S. C. PROBAVERUNT. De ejus fide dubitare videtur Eckhel (Doctr. num. vett. V. p. 210), quippe qui Gruterum p. 160, 3. affirmet ex Smetio addidisse: *Q. Lepidus. M. F. M. Lollius M. F. Coss.* —, quum hoc non repererit Fabrettus autopta navus." At utri major habenda sit fides, facile ex iis dijudicatur, quae de Fabretto dixit Orellius I. p. 35. l. supra laud.

**) Hunc locum nuper tetigit Weichertus *in Commentat. II. de Imperat. Caes. Augusti scriptis etc. p.* 38.

***) Quid et quo loco de *Lolliis* nuper dixerit Drumannus in libro laudatissimo: *Geschichte Roms* etc., me hodie fugit.

rerum disciplinas operam impenderet. Mecum sentiunt Sanad., Val., Dorigh., Achaintrius *), alii. Nescio autem, quibus rationibus inductus Daru. in tabula chronologica tempus scriptae Epistolae ad annum 738. retulerit. Ceterum utrum hic Lollius an fratrum unus fuerit pater Lolliae Paullinae, Cajo Caligulae nuptae ac luxuria nimia immensisque divitiis famosae (Sueton. Calig. c. 25., Claud. c. 26., Plin. H. N. 9, 35., Tacit. Ann. 12, 1. (ibique Lips. et Ryck.) 2. 22. 14, 12. Solin. c. 53. cum annotatione Salmasii, Dio. Cass. 59, 12. 23.) pro explorato nondum habeo, licet sint, qui illud sibi persuadeant. Plinius enim eam M. Lollii consularis neptem dicit, Tacitus autem (quem sequitur Solinus) **), filiam, ex quo, nisi hic erravit, sequi videtur, eundem Lollium fuisse consulem, cujus quidem consulatus nusquam reperitur. Quodsi complures interpretes, ut Fabricius, Wielandius, hanc Epistolam Praeneste scriptam tradunt, id adeo certum esse negabit quicunque perpenderit ea, quae ad v. 1. de particula *dum* dicentur.

In patrium sermonem hanc Epistolam singulari transtulerunt opera Herder. in Adrastea I. 2. p. 242., Conz. in Hauffii Philol. II. 1. p. 179. et Cludius in Seebodii „Krit. Bibl.“ 1825. IV. p. 505.

---

*) Kirchner, V. Exc., in *Quaest. Horat.* p. 34. de hac re inter alia sic erudite disputat: „Quodsi illam primam epistolam adulescentulo sexdecim circiter annorum dicatam probabiliter statuimus, ex versu ep. 18, 55. „*denique saevam militiam puer et Cantabrica bella tulisti.*“ colligere licet, *Augusto a. u.* 729. *in Cantabros proficiscenti* comitem fuisse circa annum aetatis duodevicesimum, cum superiore anno virili toga sumpta militiae adscriptus fuisset. Hinc epistolam illam primam ad Lollium a. u. c. 727. compositam esse efficitur: alteri versus 56. „*sub duce, qui templis Parthorum signa refigit nunc*“ annum 734. a. u. c. certissime adserit, quo Lollius annum aetatis vicesimum tertium agebat, cui admonitio illa de cautione in procerum usu salua animi libertate adhibenda egregie conveniebat.“ Similia ad hunc locum annotavit Schmidius. Aliter tamen de tempore, quo haec Epistola scripta sit, sentit Grotefendus in Allgem. Encyclop. von Ersch u. Gruber. Sect. II. tom. X, p. 472., qui eam a. u. 733. (Varr.) ad Lollium datam censet. Neque de Lollio filio dubitat Orellius ad Od. 4, 9., ubi Vir doctissimus errorem a Piranesio in cognomine commissum recte emendat.

**) Quanquam illo Taciti loco (Ann. 12, 1.) nuperi editores Bekkerus et Bachius voc. *filiam* auctoritate codd. mss. Flor. Guelf. Bud. deleverunt Rupertiusque uncinis inclusit, res tamen integra est.

V. 1. *Troj. b. script.* Vell. Pat. 1, 5. de Homero *belli quod composuit Troici* dixit; cf. Ruhnk. ad 1, 3. Juvenali 11, 178. Homerus laudatur *Conditor Iliados*, itemque Auson. Idyll. 4, 46. Alibi apud Horat. *magnus* audit Sat. 1, 10, 52, *insignis* A. P. 401, et *Maeonius* Od. 4, 9, 10., *qui priores teneat sedes; quique monstrarit, Res gestae regumque ducumque et tristia bella Quo scribi possent numero,* A. P. 73. Atque haud scio an his tenuibus verbis Horatius Homero palmam dare voluerit prae aliis (Syagrus quidam primus Trojanum bellum cecinisse dicitur ab Aeliano in V. A. 14, 21), qui „Iliaca componere ausi erant tempora," partim variantes, partim ea singulatim tractantes, quae illam antecedebant et consequebantur. Vid. Heyn. Excurs. 1. ad Virg. Aen. II. p. 378. ed. Wr. et F. G. Welcker: *Der epische Kyklus oder die Homerischen Dichter in:* Erst. Supplementband z. Rhein. Mus. f. Philol. 1835 p. 419 — 455. Hoc si esset, Horatius brevi idem dixisset, quod Vellejus l. l.: (*Homerus*) *magnitudine operis et fulgore carminum solus appellari poëta meruit, in quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est.* Homerum a Graecis simpliciter τὸν ποιητὴν nominari itemque *scribere* de poëtis proprie dici, res est nota.

2) *Dum t. declamas — relegi.* Cludius: „während in Rom du *glänzest* als Redner, *Les ich hier in Praeneste.*" Ad hunc errorem V. D. cum Dac., Sanad., Wieland., aliis adductus esse videtur particula *dum*, quae significatione „während, indem" praesens tempus asciscit etiam tum, quum tempus jam praeteritum indicat, perfecto vel praecedente vel subsequente; ut Od. 1, 22, 10. 3, 11, 23. Epist. 1, 19, 16. 2, 1, 7. A. P. 465. Vide Heind. ad Sat. 1, 5, 72., et, qui de ea re diligenter disseruit, Handium in Turs. II. p. 306. sqq. Cf. Wagn. ad Virg. Ge. 4, 560. *declamas.* Ex quo tempore etiam Cicero (rhetores enim paullo ante Ciceronis tempora exstitisse narrat auctor Dial. de Oratt. c. 35.) ludum quasi eloquentiae aperuerat (Epist. ad Famil. 7, 33. 9, 18. Brut. 90. Klotz. ad Tusc. 1, 4, 7. et Beier. ad Off. 2, 13, 47.) harum dicendi exercitationum, quas Graeci μελέτας vocant, consuetudo ita invaluit, ut Romani juvenes, qui ad rempublicam accedere volebant, hoc declamationum genere, quod ap. Quint. in Inst. 2, 10, 12. *judiciorum imago* et 4, 2, 29. *forensium actionum meditatio* nominatur, muneri oratorio praeluderent forenses actiones meditando fictisque causis

sese exercendo. Vide Wieland. ad h. l. et quos hac de re laudant interpp. ad Petron. c. 1., Cresoll. Theatr. Rhet. 4, 6., Masson. in Vit. Hor. p. 262., Ernest. Lexic. techn. lat. p. 102., Rupert. ad Iuv. 7, 150, 173., Ellendt. ad Cic. Brut. p. LXXXVIII., Schaefer. in Plin. jun. Vita, quam versioni Epistolarum addidit I. p. XLVI. ed. secund., interprr. ad Quinct. Inst. 10, 5, 14. et Jacob in „Charakteristik Lucians“ p. 94. N. 18. Hinc longissime *a vero aberrant*, qui cum Dacerio hoc verbo *reorum causas agere significari* opinantur, nec minus ii, qui cum Torrentio *declamare* ad recitandi morem, aestivis praecipue mensibus Romae celebrem, referunt, vel cum Schirachio (Clav. Hor. p. 91.) pronuntiationem intelligunt rhetoricam s. id, quod nos „declamiren“ dicimus. Simile quid sensisse videtur Doeringius in ed. min. De talibus puerorum declamationibus dixit Hauthal. ad Pers. 3, 46. In hunc fere sensum vertit Desprezius miro obnoxius errori: „Dum tu — Romae recitas scriptorem belli Trojani, ego hunc revolvi.“ Ita etiam hunc locum interpretati sunt Rodellius et Prateus; sed bene contra eos disputat Masson. p. 264. Nostrae explicationi patrocinatur Schol. Cruq. Quum Rhetores istos genus dicendi turgidum atque inane nonnunquam affectasse verisimile sit, Haberfeldt. bene docet, Horatium, quum declamationum mentionem faceret, id secutum esse, ut Lollio adolescenti Homerum tanquam verae eloquentiae patrem et sanae philosophiae auctorem commendaret. Idem fere i. e. declamandi exercitationes a poëta hic *vituperari*, Homerique lectionem potius commendari sentiunt *Schmidius* et *Lübker*. in Progr.: zur *Charakteristik des Horaz* etc. p. 7, quorum sententiam improbat *Fr. Jacobs* in literis ad me humanissime datis: „Dixerim potius, Horatium Homeri poëtarumque studium cum eloquentiae studio conjungendum esse docere, idque tanto magis quanto major fructus inde ad vitam emendandam percipi potest.“ Cf. C. Passov. in *Leben und Zeitalter des Horaz*. Not. 25. Quicquid est, *parens eloquentiae Deus ille Maeonius* a Columella in praef. 1. vocatur. — *Praeneste* (*Πραίνεστος*, — ου vid. Tzsch. ad Eutrop. 2, 2.), hodie Palaestrina, Latii oppidum, situm in monte Aventino, (Vib. Sequest. p. 28. Oberl. cf. Heyn. Exc. VIII. ad Virg. Aen. VII. p. 167.) quam ob rem Virgilio Aen. 7, 682. *altum* nominatur. Eo Romani tanquam in aestivas delicias (Flor. 1, 11.) secedere solebant, aestivo tempore frigus captaturi; hinc Od. 3, 4, 23. *frigidum Praeneste* et Juv. 3, 190. *gelida*, cujus causam ex loci natura bene investigavit Bonstetten.

Vide ejus itinerarium (von Bonstetten's Reise in die klassischen Gegenden Roms, bearbeitet von Schelle) II. p. 161., Wesseling. ad Antonin. Itinerarium p. 302., Strabo 5, 3. p. 386. ed. Tchz. Ex eo autem, quod Hor. secessu in hac urbe aestivo delectatus fuerit, nullo modo sequi, eum illic villam domumve possedisse, feliciter demonstratum ivit Capmartin de Chaupy in „Découverte de la maison," etc. I. p. 57. II. p. 327. Adde Miss. Graham Sommeraufenthalt in Hirzelii *„Ansichten von Italien."* Lps. 1823. I. p. 19. et p. 120., ubi haec ipsa urbs describitur. De secessibus, in quibus hic et alibi egerit Horatius, erudite disputant *Campenon in Recherches sur la maison de campagne d' Horace* in Oeuvr. d' Horace I. p. LXXII — LXXV. et C. Passov. l. l. p. XC — CI. Cf. C. Schiller. ad Od. 2, 6. in „Commentar" etc. Lips. 1837. p. 88. sqq. — *relegi.* Quoties Horatius antea legerit pervolutaritque poëtarum principem, ne conjectura quidem assequi possumus (neque hoc curamus); id tamen habemus pro certo, Horatium eo tempore, quo Romae nutriri atque doceri ipsi contingeret, et Livii Andronici et Homeri carminibus imbutum fuisse, Ep. 2, 1, 70. 2, 2, 41. ibique Schmid. et Riedel. Res enim ita ferebat, ut apud veteres Romanos ingenui pueri a poëtis, eoque Homero, auspicarentur sua studia omnemque eruditionem. Vide praeter ceteros Weichert. Poët. latin. reliq. p. 37. C. Passov. l. l. Not. 23. Quam ob rem iis non assentior, qui Horatium, dum puer Romae versaretur, Livii Andronici tantummodo latinam Odysseam legisse opinantur; de qua re recte judicarunt *Wentzel.* in Jahn. N. Jahrb. 1832. V. 2. p. 130. et *Osann.* in Zimmerm. Zeitschrift etc. 1836. p. 964.

V. 3. *Qui — quid non.* Quod hic tangit poëta, erat communis philosophorum, imprimis Socraticorum, quaestio. Aristot. Ethic. Nicomach. 2, 2. *Τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις, καὶ τριῶν ὄντων τῶν εἰς τὰς φυγὰς, καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος καὶ τριῶν τῶν ἐναντίων, αἰσχροῦ, ἀσυμφόρου, λυπηροῦ.* Ex Stoicorum placitis ap. Stob. Eclog. II. 7. p. 94.: *Πάντα δὲ τἀγαθὰ ὠφέλιμα εἶναι καὶ χρηστὰ καὶ συμφέροντα καὶ λυσιτελῆ καὶ σπουδαῖα καὶ πρέποντα καὶ καλὰ καὶ οἰκεῖα.* Xenoph. Memorab. 1, 1, 16. Diog. Laert. 2, 21. Cic. de Off. 1, 3. 3, 2. Horatius ipse de his et talibus agit Sat. 2, 6, 72 ss. Ep. 1, 1, 11 ss. Bene autem, quod hic vult Poëta, Plutarch. de virt. et vitio T. VI. p. 384. *καὶ αὐτάρκης ἔσῃ, ἐὰν μάθῃς, τί τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστι.* — *pulchrum, τὸ καλόν,* uti graece exprimitur ap. Cic. ad Attic. 8, 8., *est bonum s. honestum,* inter quod nul-

lum intercedere discrimen saepissime contendit Plato. Vid. quos laudat locos Stallbaum. ad Platon. Symp. c. 21. p. 101. cf. c. 29. p. 129. *Cic. de senect.* 13, 43. *judicabant esse profecto aliquid natura pulchrum atque praeclarum, quod sua sponte peteretur* etc. Proinde Cassius ap. Cic. ad Divers. 15, 19, 3. *Difficile est enim hominibus persuadere τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν esse: ἡδονὴν vero et ἀταραξίαν virtute, justitia, τῷ καλῷ parari, et verum et probabile est.* Cf. Beier ad Cic. Off. 1, 4. p. 34. 1, 28, 98. 100. Goerenz. ad Fin. 2, 14, 47. Aristot. Rhet. 1, 9, 3. Plat. Protag. c. 15. D. p. 70. Stallb. Stob. Ecl. II. 7. p. 262. Heer. — *quid non* (A. P. 308.) i. e. damnosum. Sic *inutile* per λιτότητα non modo, quod non prodest, sed etiam, quod damnum affert, Latini pariter ac Graeci voc. ἀχρεῖον, ἄχρηστον dicunt. Vid. Heind. ad Sat. 1, 4, 124. et Heusing. ad Cic. de off. 3, 13, 12.

V. 4. *Plenius — dicit.* — Quum „Veteres," ut verba Burmanni ad Petron. c. 5. faciam mea, „in Homero perfectam et consummatam omnium disciplinarum cognitionem fuisse statuerent, et in carminibus ejus principia et semina omnis doctrinae abscondita, quare ejus versibus in unaquaque re, tanquam praeceptis et canonibus uterentur;" quumque e philosophis ipsis Stoici imprimis omnem sapientiae fontem ab Homero derivarent (Senec. Ep. 88. Macrob. in Somn. Scip. 2, 10. p. 170. Z.), ipseque Horatius, uti ea quae sequuntur docent, omnem vitam et regum et populorum ab illo scriptore votiva veluti tabella descriptam videret, ut in laudando Homero sequi videatur sui temporis morem: (num re vera ita senserit, non hic curamus, quanquam id negat C. Passovius l. l. N. 25.), non possum non verissimam habere scripturam *plenius*, quam contra Beutlejum, quanquam non satis feliciter, defendit *Baxterus*, hanc ob rem merito a Wetzelio reprehensus. Qui *planius* legi malunt *), exempla intelligunt ab Homero ante oculos quasi posita, quibus, quid honestum et turpe, utile et damnosum sit, melius discatur, quam ex Chrysippi et Crantoris *praeceptis*. At parum Horatius Homerum laudasset, si ei prae Chrysippo et Crantore majorem tantum perspicuitatem exemplis conquisitam tri-

---

*) Fr. Jacobs: planius, ut poëta, qui exemplis propositis multo majore ἐναργείᾳ docet, quam quivis philosophus, qui, quum Ethicen ex professo tractet, **plenius** praecepta tradit. In nullo autem scriptore majorem esse vim ἐναργείας καὶ σαφηνείας, quam in Homero, omnes uno ore affirmant.

buisset. Vultis hanc? Habetis vocem *melius*. Huc accedit, quod Chrysippus, qui teste Cicerone (Rep. 3, 8.) omnia verborum momentis, non rerum ponderibus examinavit et de philosophia jejune et exiliter disputavit (de Orat. 1, 11, 50.), molem librorum 705 voll. et Crantor 30,000 versuum conscripserunt; qua re contrarium cum quadam irrisionis nota ita procedit: Homeri poëmata hominum vitam *plenius* i. e. majore copia rerum honestarum earumque cognitione dignissimarum atque ad omnes vitae partes pertinentium et *melius* i. e. majore perspicuitate atque vi exemplorum instruunt, quam multa illa istorum philosophorum volumina. Simili modo de Homero scribit Xenophon (Symp. 4, 6.): *ὁ Ὅμηρος ὁ σοφώτατος πεποίηκε σχεδὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων.* Vide quos de Homero, omnium doctrinarum fonte, laudant interpp. ad Quinct. 10, 1, 46. (p. 45. ed. Frotsch.) Fabric. Bibl. Gr. 2, 6., Dionys. Hal. de Compos. verb. XXIV, (p. 370. ed. Schaef.), Eustath. in prooem. ad Odyss. p. 1379., Manil. Astron. 2, 8., quibus addas Lips. ad Vell. Paterc. 1, 5., Plin. H. N. 25, 2. Gisp. Cuperi Apoth. Homeri in Polen. Thes. II. p. 100. 303., Ilgen. Opusc. philol. I. p. 106. Astium de Plat. Phaedr. p. 54., Baumgarten-Crus. in Jahnii Jahrbb. f. Philol. u. Paedag. 1827. I. 2. p. 40. At ne quis de sermonis consuetudine dubitet, legat exempla similia: Ovid. Met. 10, 290. *Tum vero Paphius plenissima concipit heros Verba, quibus Veneri grates agat.* Caes. B. Civ. 1, 53. *Haec — pleniora atque uberiora Romam ad suos perscribebant.* Cic. Brut. 44, 164. *capita rerum et orationis commentarium paulo plenius.* Quintil. Inst. 10, 1, 91. *Dicent haec plenius futura saecula.* Sic Lucan. 7, 738. *Victoria plena.* Lactant. Inst. 5, 17, 2. *parum plene respondere* et 4, 30, 14. *postea plenius* *)

*) Aliter tamen ac nos Dorighello interpretatur voc. *plenius*, quum dicit: „exempla ab Homero allata altius infigi legentium animis, quam philosophorum praecepta arida et inornata.“ Similiter *Bauer* l. l. „Nescio tamen, quomodo *plenius* praeplacet, ut et dignius copia poëtae et magnificentia, et magis diversum philosophicae jejunitati exili, nec minus aptum copiae et varietati Homeri, qua personarum, qua causarum, qua sensuum atque praeceptorum. Quid enim frequentius, Ciceroni quoque, quam, ut oratoribus quanto ergo magis poëtis! tribuatur *os plenum*, ubertas dicendi? — Nec tamen *plenius* cum Baxtero retulerim ad magnitudinem libri, qua superatum ab Chrysippo et Crantore scribat Homerum. Nam neque hos utique nominatim innuit Horatius, immo, suo more, pro genere universo philosophorum ponit; neque magnitudo libri *plenum* eum reddiderit, copiosum, uberem rebus et sententiis; immo prolixitatem magis arguerit.“ —

et uberius contra omnes mendaciorum sectas proprio separatoque opere pugnabimus. Cf. Arntz. ad Caton. Distich. 1, 20. p. 57. Ut Horatius, ita Lactantius de Opif. Dei 20. vocab. *melius* opponit vocabulo *obscurius: Haec ad te — paucis et obscurius fortasse, quam decuit, pro rerum ac temporis necessitate peroravi, quibus contentus esse debebis, plura et meliora lecturus, si* etc. — *Chrysippo.* De Chr. Solensi, principe Stoicae philosophiae (Gell. 6, 2.) et multorum librorum scriptore vid. Diog. Laert. 7, 183 ss., Cf. Krug. Geschichte der Philosophie alter Zeit §. 143., Marbach. Lehrb. I. p. 290. Orell. Onomast. Tull. p. 144. sqq. et quos laudat p. 146. — De *Crantore* Solensi, Xenocratis discipulo et Platonis auditore vid. Diog. Laert. 4, 24 ss., Krug l. l. §. 82. not. g. et Orell. Onomast. p. 201.

V. 5. *Cur ita — audi.* Quodsi van Staveren recte observat, „*detinere* indicare aliquem longius solito tenere apud se, sed volentem et illecebris demulsum; *distineri* dici eos, qui plerumque inviti in re quadam gravi occupati sint: prius sine dubio vult Horatius idque per quandam ironiam vel, ut Epist. 5, 28., hilari animo, ut sensus sit: accipe nunc consilii mei rationem, nisi negotiis, quae magis tibi placent tibique priora sunt, impeditus es. Aliter Virgilius (Ge. 1, 176): *Possum multa tibi veterum praecepta referre, Ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.* Ad consuetudinem loquendi haec faciunt: Cic. Epist. ad Attic. 4, 15. *vereor, ne lepore te suo detineat diutius rhetor Clodius.* Curt. 5, 5, 20. *Si quos contubernii amor detineret.* Alia vid. ap. Schmid.

V. 6. *Fabula — amorem. Narratur.* Schol. Cruq.: „ab Homero." At facile crediderim, Horatium, quum Passivo uteretur, hanc narrationem in numerum fabularum poëticarum retulisse, vel etiam alios respexisse scriptores, qui bellum Trojanum altius repetentes res ante Iliadem Homericam gestas fusius enarraverant, quod Cypriis carminibus factum esse scimus, in quibus Venus Paridi Helenam promisisse atque ob eam rem prima belli Trojani causa exstitisse dicitur. Vid. de his carminibus Heyn. Excurs. I. ad Aen. II. p. 390. ed. Wr. Welcker l. l. p. 31. sqq. Eandem rem, ut h. l., tangit Hor. Sat. 1, 3, 107. cf. Mitsch. ad Od. 1, 15, 1 sq., ad Od. 3, 3, 19 sq. 4, 9, 13 sqq. In Epitom. Iliad. Hom. 233. (IV. p. 646. Wernsd. P. Lat. M.) dicitur *Belli causa Paris, patriae funesta ruina.* — Plutarch. conjug. praecept. VI. p. 532. — ὁ δ' ἐκείνων (Paridis et Helenae) γάμος Ἰλιάδα κακῶν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις ἐποίησεν. Idem de Fortuna VI. p. 368. R ὁ δὲ Πριάμου, δαίμονι

κακῷ καὶ τύχῃ χρώμενος, συνεκοιμᾶτο τῇ τοῦ ξένου γυναικὶ, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἐνέπλησέ τε πολέμου καὶ κακῶν τὰς δύο ἠπείρους. Apud Euripidem (Hec. 442) Helena Trojam cepisse dicitur διὰ καλῶν ὀμμάτων, et alibi (Orest. 1278) vocatur λειπόγαμος, ἃ πλείστους ἔκανεν Ἑλλάνων etc., cf. 1529. 1655 sqq. Catull. 68, 87. *Nam tum Helenae raptu — Troja (nefas!) commune sepulcrum Europae Asiaeque.* Ovid. Trist. 2, 371. *Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua Inter amatorem pugna virumque fuit?* Prop. 2, 3, 35. *Olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli Europae atque Asiae causa puella fuit.* Cf. Virg. Aen. 1, 27. 650. Homer. Il. 5, 62 sq. 9, 339. Herodot. 2, 117 sq. et Plass: „Versuch über den Trojan. Krieg als historische Thatsache" in Seebod. N. Archiv. 1828. IV. p. 40 sqq. Quum Hor. h. l. *fabulam* intelligat, quam Aristot. Poetic. c. 6. μῦθον i. e. τὴν σύνθεσιν τῶν πραγμάτων dicit, in errore est Doeringius, quippe qui *insertis* (Iliadi) *fabulis* enarrari bellum etc. dicat.

V. 7. *Graecia — duello.* Hom. Il. 1, 8. τίς τ' ἄρ' σφῶε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; *Barbariae* i. e. Phrygiae, de qua voce interprr. plerique omnes hic disputant; cf. Jahn. ad Ovid. Met. 14, 574. ed. Gierig. Proinde Köppen in verbis Od. 2, 19, 17. *tu mare barbarum* (*flectis*) Hellespontum intelligit. — *collisa,* ut Graecorum συγκρούειν. Apposite Bothius h. l. laudat Ruhnk. ad Vell. Pat. 2, 52., *collisa inter se duo reipublicae capita,* qui illud Statii (Theb. 6, 435.) affert: *Ambitiosa pios collidit gloria fratres;* adde Sil. Ital. 11, 45. *Collidens corda seditio.* Petron. c. 10. *mille causae nos quotidie collident.* — Hoc igitur sensu primus usurpavit verbum Horatius. — *lento duello,* diuturnitati inest notio molestiae et laboris; vid. Dissen. ad Tib. 1, 4, 81. cf. Ep. 2, 2, 98. Sic Ovid Met. 12, 5. *Postmodo qui* (Paris) *rapta longum cum conjuge bellum Attulit in patriam.* Ad rem Od. 1, 15, 6. *Graecia — Conjurata tuas rumpere nuptias et regnum Priami vetus;* Virg. Aen. 10, 90. *Quae causa fuit, consurgere in arma Europamque Asiamque?* — Doeringio et Baxtero hic versus et quum ob locutionem *collidi,* tum ob priscam vocem *duellum* prodere videtur Ennium. At hanc rationem non sufficere jam olim docui.

V. 8. *Stultorum — aestus. Stulti* dicuntur *reges populique* propterea quod, quanquam cetera bene sani, perturbationibus vel incitati vel temere inconsiderateque egerunt. Sic Epist. 16, 24. *Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.* Cf. Weichert. Poët. lat. Rel. p. 452. Epitheton illud bene illustratur adjecto vocabulo

aestus. Lucret. 5, 1434. *Et belli magnos commovit funditus aestus.* Virg. Cir. 340. *sollicitos animi relevaverat aestus.* Claudianus IV. Cons. Honor. 226. *incertos animi pacaverit aestus.* — Ita, quanquam de una re durante, Epist. 2, 2, 47. *Civilis belli aestus.* De simili significatu verbi *aestuare* dixi ad Ep. 1, 1, 99.

V. 9. *Antenor — causam,* quod cum Chabotio Graece ita interpreteris: Ἀντήνωρ νομίζει τὴν τοῦ πολέμου ἀφορμὴν ἐκκοπήσεσθαι. Minime autem opus est, Infinitivum *praecidere* pro Participio in *dus* positum, vel quod Ascensius Doeringiusque, V. Cl., volunt, verbum *debere* intelligendum dicere, quum hic loquendi usus potius a Graecis repetendus sit, qui, ut verissime observavit Heind. ad Plat. Protag. p. 346. (laudatus a Stallbaum. ad Plat. Phaed. p. 143.) verbis ἡγεῖσθαι, οἴεσθαι, δοκεῖν aliisque id genus notionem, quae e nostra quidem cogitandi ratione est: *aequum* s. *opus judicare,* subjiciunt. Sic Liv. 24, 22, 3. *Si tutelam alieni regni suum regnum velit facere, eundem se censere, multo acrius ab Andranodoro, quam ob Hieronymo repeti libertatem;* vid. ibi Rupert. Plura hujus rei exempla affert Drakenb. ad Liv. 2, 5, 1. — Ita Auctor Epit. Iliad. Hom. V. 23. *reddique patri Chryseida censent.* Vim vocis *praecidere* intelliges ex eleganti loco apud Cic. de Off. 1, 33, 120., ubi amicitiae, *quae sensim dissuuntur,* opponuntur iis, *quae repente praeciduntur. Schmidius* imaginem ab ancoris praecidendis desumptam recte opinatur, in eam rem' laudans Cic. Verr. 5, 34, 88. Ad rem vid. Hom. Iliad. 7, 347 ss.

V. 10. 11. *Quid Paris? — litis.* Versum hunc per se satis planum mirum in modum interpretes interpretationibus variis tentarunt; quas, etsi haudquaquam absurdae sunt, recensere et refutare longum est. Vid. Lamb. et Dac. Qui *solus* servant, vel sensum quendam amatorium i. e. sine *Helena,* significari volunt, (de qua vocabuli significatu dixit Burmannus ad Prop. 2, 7,1.) vel Paridem indicasse opinantur, si vel sibi soli regnum Asiae deferretur, ne tali quidem conditione Helenam esse dimissurum. Ex mente autem Torrentii *regnare* hic non tam *imperare* est, quam *feliciter agere,* ut 1, 10, 8. At supersedemus istis explicationibus. Vulgatam distinctionem: *Quid Paris?* sustulit Bentlejus, mutato *quid* in *quod,* ut sensum constitueret hunc: „*Quod (ut belli scil. causam praecidat et* Helenam suis reddat), *negat se posse* ulla mercede *cogi* aut induci, etiam *ut salvus regnet vivatque beatus:* quippe ipsa vita et salute cariorem ducit Helenam.“ Quanquam Bentleji

scriptura sensum satis commodum praebet, falluntur tamen, qui illius argutiis usi deserunt vulgatam; quum ea coactum quid, ut ait Bentlejus, et affectatum prae se non ferat potiusque sermonem familiarem quaestionibus talibus distinctum apposite imitetur. Quid Paris? sc. censet, agit s. respondet. Vid. Both. ap. F. ad. Ep. 1, 1, 97. et ad h. l. in edit. Gesn. At Bentl. (cui praeivit exemplo Cruquius), „illa sequentia: *ut — negat*, inquit, plane absurda et naturae repugnantia habent, quum vi non opus sit, ut salvus quis et beatus velit vivere etc.“ Parum autem perspexit vim loci Bentlejus. Paris enim ut insignis dementiae ac stultitiae proponatur exemplum, cogi se posse negat ad salutem, s. ut reddita Helena salvus regnet vivatque beatus. Spreto enim utilissimo Antenoris consilio sua sponte irruere vult in perniciem; quippe quem Helenae amor tam amentem et occoecatum reddiderat, ut perire mallet, quam praecisa causa malorum regnum servare et sibi suisque consulere. Recte etiam ad h. l. docet Gesnerus, non velle Poëtam, totidem verbis dixisse Paridem, *se cogi non posse* ut s. r. etc; verum hoc, ita se gessisse rebus ipsis, quasi hoc verbis profiteretur. Pari modo Ovidius (Met. 6, 477.) rem eventu probatam exponit ex parte tanquam verbis declaratam, quod Horatio eo magis licebat, quum id tangeret, quod Paris ad Antenoris verba Iliad. 7, 352: *οὔ νύ τι κέρδιον ἡμῖν Ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε* — v. 362. praefraete responderat: *Ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι, γυναῖκα μὲν οὐκ ἀποδώσω.* cf. Nann. Misc. 4, 14. „*Omnino veteres saepe id praeponunt, quod tanquam consequens cogitari debet, vel aliquid consilio fieri dicere solent, aut ut ejus rei necessitatem indicent, aut ut aliquid temere evenire significent;*“ vid. Bach. ad Tib. 3, 5, 8. et interpp. ad Evang. Matth. 10, 34., ubi Fritzschius hanc loquendi consuetudinem et in Excurs. 1. p. 837. pluribus illustrat, itemque Bauer. l. l., quanquam approbat Bentleji interpretationem *ut* pro *licet.* At vide similem verbi *cogendi* constructionem Epist. 9, 2. De omisso prononime *se* dixit Bentlejus; cf. Hand. ad Wopk. Lectt. Tull. p. 13. — *Nestor comp. litis.* Sic Virg. Ecl. 3, 108. *Non nostrum inter vos tantas componere litis.* Notum est Nestoris studium pacis reconciliandae. Hom. Il. 1, 247 sqq. 9, 96 sqq. Cf. Nitzsch. ad Odyss. 3, 128. Ante omnes autem Nestoris duae imprimis celebratae sunt virtutes, prudentia et eloquentia. Inde *ἐΰφρονέων* Il. 1, 253. 2, 78. Od. 3, 20. Pindar. Theb., quem dicunt, in Epit. Iliad. 143. *Tandem sollertis prudentia Nestoris aevo Compressam miti*

sedavit pectore turbam, et v. 175. *Quos juxta fidus sollerti pectore Nestor Consilioque potens.* (Wernsd. IV. p. 634. 638.) Luculenta de utraque virtute testimonia collegit Vir ille olim Nestoreus, Chr. D. Beck. in Progr., quod *Decennalia V. Friderici Augusti* etc. celebranda indicit Lips. 1818, quocum cf. Ilgen. Opusc. Philol. I. p. 89 sqq. (*De Nestore felicissimi senis exemplo*) et Mitsch. ad Od. 1, 15, 22. 2, 9, 13. Dissen. ad Tib. p. 399.

V. 13. *Hunc amor — utrumque.* Qui, velut Scholiasta Cruq., Landinus, Ascensius, Baxterus, Doeringius, alii, *Hunc* significari volunt Achillem Briseïdis amore affectum, non sensisse videntur, quid Homeri interpres, Horatius, spectaverit quidque ei fuerit spectandum. Etenim quum is e ratione poëmatis Homerici Agamemnoni amorem, iram Achilli (Od. 1, 6, 6. Sat. 1, 7, 11. A P. 121) tribuere vellet, quasi sua ipsius verba corrigens addidit *quidem*, ut Agamemnonem pariter atque Achillem ira incensum notaret. Agamemnon enim, quum Chryseïdem perdite amatam (Hom. Il. 1, 111 sqq.) Chrysae patri reddere coactus esset, et ira et amore inflammatus eripuit Achilli Briseïdem, virtutis praemium. Il. 1, 318 — 347. 2, 689. Epit. Iliad. Hom. 22. (Wernsd. IV. p. 620.) *Vincuntur fletibus ejus Myrmidones, reddique patri Chryseïda censent. Sed negat Atrides, Chrysenque excedere castris Despecta pietate jubet: ferus ossibus imis Haeret amor, spernitque preces damnosa libido.* V. 70. *Non tamen Atridae Chryseïdis excidit ardor: Maeret et amissos deceptus luget amores. Mox rapta magnum Briseïde privat Achillem, Solaturque suos alienis ignibus ignes.* Cf. Ovid. Rem. Am. 467 sqq. Senec. Agam. 175 sqq. et Paldam. ad Prop. p. 241. Amor igitur, quo Atrides exarserat in Chryseïde et Briseïde etiam prima causa fuit irae inter utrumque ducem incensae. Hom. Il. 1, 130 sqq. 348 sqq. Epit. Iliad. Hom. 7. *Confiebat enim summi sententia regis, Ex quo contulerant discordi pectore pugnas Sceptiger Atrides et bello clarus Achilles. Quis Deus hos ira tristi contendere jussit?* Ovid. Trist. 2, 373. *Quid prius est illi* [Iliadi] *flamma Chryseïdos, utque Fecerit iratos rapta puella duces?* Heroid. 3, 89. *Propter me mota est* (sic Briseïs), *propter me desinat ira: Simque ego tristitiae causa modusque tuae.* Neque audiendus est Cruquius, qui mira quadam verborum transpositione hunc hujus loci opinatur esse sensum: „Amor et ira communi malo utrumque hunc urunt.“ In aliud vitium incurrit *Sanadonus*, qui Horatium, quod h. l. Achillem amoris expertem dicat contra fidem Hom. Iliad. 9,

342, et alibi (Od. 2, 4, 3.) eundem amore captum docuerit, contradictionis incusat. At hic interpres non apud se reputavit, a potiore fieri denominationem, et Horatium quum hoc loco Achilli amoris ardorem non tribueret, nullo modo id spectasse, ut eum sensu humano, quo mortales ad amorem ducuntur, penitus exueret. Ne hoc quidem dicam, quod Zurckius et Dacerius libere professi sunt, Horatium hic philosophum veros animi sensus describere, sed Od. 2, 4. tractare tantummodo ludicra. Parum accurate etiam Doeringius *urit* explicat: accendit, inflammat, " quum id verbum de ardentissimo, qui hominem cruciat, vel amore vel ira (Sat. 1, 9, 66.) usurpetur. Cf. Doederl. Syn. IV. p. 247.

V. 14. *Quicquid — Achivi.* Ita Phaedrus 1, 30, 1. *Humiles laborant, ubi potentes dissident.* Tac. Ann. 4, 8, 8. *Ita nati estis, ut bona malaque vestra ad rempublicam pertineant.* Prop. 3, 17, 29. (2, 7, 6. B.) *Hic olim ignaros luctus populavit Achivos, Atridae magno quum stetit alter amor;* quem locum cum Horatiano comparat Paldam. p. 243. Cruquio Poëta videtur alludere ad illud dictum Hesiodi in Opp. et D. 258. ὄφρ' ἀποτίσῃ Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες Ἄλλῃ παρκλίνουσι δίκας, σκολιῶς ἐνέποντες. At magna in tali re adhibenda est cautio, ne Proteus ille, quum vinctum tenere arbitramur, e nostris manibus elabatur. Sobrie de hoc Horatii Graecos imitandi studio nuper dixit *Monich.* in Progr. schol. (Schwerin 1837): „Beleuchtungen Horazischer Lyrik" p. 2. Sententiam ipsam arte quadam pingendi expressit *Vaenius* in Emblem. Horat. p. 174. ed. Bruxell. 1683.

V. 15. 16. *Seditione, dolis,* ut Thersitis, Pandari, Il. 2, 155 sqq. 4, 134. Haec et talia vitia multis ex Homero allatis, exemplis illustrat Plutarch. de audiend. Poët. VI. p. 65 sq. Rsk. Cf. Od. 3, 3, 25 sqq. — In verbis: *Iliacos intra m. p. et extra* Horatio praeivit Ennius in 17. Annal. (ed. Spangenb. p. 172.), quem Priscianus lib. 6. p. 214. ed. Bas. laudat: *Occumbunt multi letum ferroque lapique Aut intra muros aut extra praecipe casu.*

V. 17. 18. *Rursus — Ulixem.* *Sapientiam* intelligit Poëta omnium fere Epithetorum, quibus Ulixes πολύμητις, πολυμήχανος, πολύτροπος, δῖος etc. dicitur, significationem; simili modo Epit. Iliad. Hom. 138. nominatur *consiliis illustris Ulixes,* vid. ibi Barth. ap. Wernsd. et Dissen. ad Tib. 4, 1, 48., nisi quis mavult, Poëtam veterem illam vel priscorum hominum, vel Stoicorum secutum esse opinionem, qua et ipse Ulixes in sapientium numero ponebatur.

Ita Cic. Tusc. 5, 3, 7. *Itaque et illos septem, qui a Graecis σοφοί, sapientes a nostris et habebantur et nominabantur, et multis ante saeculis Lycurgum, cujus temporibus Homerus etiam fuisse ante hanc urbem conditam traditur, etiam heroicis aetatibus Ulixem et Nestorem, accepimus et fuisse et habitos esse sapientes.* et Seneca, (cujus locum paulo infra v. 18. dabimus). Quam late patuerit sapientiae, σοφίας, nomen, indicat Poëta in A. P. 396 sqq. Cf. Milhauser. *de Sophistârum Graecorum origine.* Lips. 1834. p. 9 sqq. Beier. ad Cic. de offic. 3, 4, 16. *Virtus* h. l. intelligitur Graecorum ἀνδρεία; ut notum. — V. 18. *Utile* autem dixit Hor. *exemplar* Ulixem, quippe qui ad imitandum bene nobis propositus esset, ut, si eum sequeremur ducem, magnam inde ad alte spectandum et ad res humiles fugiendas, imprimisque ad res adversas fortiter perpetiendas caperemus utilitatem. Sic Cicero de Republ. 1, 1. M. Catonem laudat eum, *quo omnes — quasi exemplari ad industriam virtutemque ducimur;* vid. ibi Moser., et Horatius A. P. 317. doctum imitatorem *Respicere exemplar vitae morumque* jubet; cf. Ep. 2, 1, 58. Quodsi Lambinus attendi jubet (et recte quidem) vocabulum *exemplaris*, quo H. usus sit, non *exempli*, vereor tamen, ut ubique servetur hoc utriusque vocabuli discrimen. Vid. quos laudat Beier. ad Cic. Off. 3, 17, 69. et cf. Grysar Theorie des lat. Styls etc. p. 285. Est Ulixes ex mente Horatii *specimen* quoddam humani generis eo fere sensu, quo Cicero Tusc. (1, 15, 32. ibiq. Klotz.) *specimen naturae capi decere docet ex optuma quaque natura.* Ad rem — *Seneca*, quod in Sapient. non cadit injur. c. 2. *Catonem autem certius exemplar sapientis viri nobis deos inmortales dedisse, quam Ulixem et Herculem prioribus saeculis. Hos enim Stoici nostri sapientes pronuntiaverunt, invictos laboribus, contemptores voluptatis et victores omnium terrarum.* Ceterum Ulixis errores omni tempore exemplum fuerunt vitae et varia fortuna et erroribus actae; vid. Dio Chrys. XI. p. 320. Lucian. Ver. Hist. 1, 3. Eurip. Troad. 448. Cf. Prop. 3, 10, 23 sqq. Burm. (3, 11, 23. Pald.) Tib. 4, 1, 49 sqq.

V. 19 — 20. *Qui domitor — inspexit.* *Domitor Tr.* i. e. πτολίπορθος, quia equi lignei aedificandi auctor fuit; vid. Mitscherl. ad Od. 1, 15, 23.; cf. Odyss. 4, 271. ibique Nitzsch. et 22, 230. Virg. Aen. 2, 261. Expressit Odyss. 1, 2. ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν, ibique Nitzsch., cf. 8, 494 ss. Ita Cic. Epist. ad Fam. 10, 13. *Tu contexes extrema cum primis. Qui enim M. An-*

tonium oppresserit, is bellum confecerit. Itaque Homerus non Ajacem, nec Achillem, sed Ulyssem appellavit πτολίπορθον. — *providus.* Hac voce Poëta non tam ut leniore utitur pro voc. *versutus*, qua πολύτροπος intelligi volunt (cf. Gell. 18, 19), quam, opinor, ex operis lege, qua hic Ulixis neque astutia neque vafrities, sed circumspectio atque prudentia laudanda fuit. Eximium ejus virtutis exemplum habes vv. 23—26. Ita Ulixes audit ap. Cic. de Legg. 2, 1, 3. *sapientissimus vir* (πολύμητις) atque ap. Ovid. (Met. 14, 159. ibiq. Bach.) *experiens Ulixes.* Quodsi Chabotius vocabulis *multorum providus* (ut ap. Cic. de Divin. 2, 57. *mens futurarum provida*), Epitheton πολύτροπος expressum putat, in errore est. Etenim *multorum — hominum* dicitur ut Epist. 2, 2, 144. *verae numerosque modosque ediscere vitae.* Sat. 2, 4, 95. *vitae praecepta beatae.* Epod 16, 45. 17, 16. Ovid. Met. 9, 10. *Multorumque fuit spes invidiosa procorum.* Cf. 8, 774. 75. Genitivis enim ab ipsis solutae orationis scriptoribus casus regens, saepe etiam cum verbo, interponitur. Exempla suppeditant Goerenz. ad Cic. de Legg. 2, 27, 68. Beier. ad Cic. de Offic. 2, 7, 23. Otto ad Cat. maj. 3, 7. Cort. et Kritz. ad Sallust. Cat. 51, 33. *Multorum* hic praepositum habes ob sonum reique gravitatem, quod bene observat Schmidius. Hinc optime Schol. d. ap. Hoched.: *domitor*, ecce virtus, *virtus*, hic sapientia. — V. 20. *Et mores h. inspexit.* Odyss. 1, 3. *Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω.* Muretus (Var. Lectt. 17, 8.) his verbis studium videndi et cognoscendi Ulixi tribuit, sed meliora docet Nitzsch. ad hunc locum. Verbum autem *inspiciendi* h. l. usurpatur ut apud Terent. (Adelph. 3, 3, 60): *Denique inspicere tanquam in speculum in vitas omnium jubeo.* Cf. Arntz. ad Cat. Distich. 1, 5. p. 22. In rem A. P. 142: — *captae post tempora Trojae Qui mores hominum multorum vidit et urbes.* — *latumque per aequor.* Hom. Iliad. 2, 159 (sim. 9, 72) ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης. Tib. 4, 1, 52. *Ille per ignotas audax erraverit urbes, Qua maris extremis tellus includitur undis.* De erroribus Ulixis vid. Epod. 16, 60., Bentl. ad Od. 1, 6, 7., Ovid. ex Pont. 4, 10, 8. Met. 14, 223 sqq. et quos laudant Burm. ad Prop. 3, 10, 25., Markl. ad Stat. Silv. 4, 2, 4. Dissen. ad Tib. p. 404. Similia ausi sunt *Schuster.* in Seebod. et Jahn. N. Archiv. 1833. II. 2. p. 165. etc. „*Die Reisen des Odysseus*" et *Klausen* in: *Die Abenteuer des Odysseus aus Hesiodus erklärt.* Bonn 1834.

V. 21. 22. *Dum — multa.* Didymus, Mureto teste (Var. lect.

10, 3.), Homericum Od. 1, 5: Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων — non eodem quo Horatius sensu accepit. Hoc Homerum dicere ait, paratum fuisse Ulixem, si res ita tulisset, ἄρνυσθαι i. e. quasi pro pretio dare καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν καὶ τὸν ἑαυτοῦ νόστον, ἀντὶ τῶν ἑταίρων. Recte autem interpretatus est Horatius. Cf. Nitzsch. ad l. l. — *aspera multa pert:* in sententiam Hom. Od. 1, 4. πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα etc. Hinc Ep. 1, 7, 40. *proles patientis Ulixis.* Cf. Epod. 17, 16., Ovid. ex Pont. 4, 10, 9., Cic. de Offic. 1, 31, 113. *Quam multa passus est Ulixes in illo errore diuturno* etc., vid. ibi Beier. — *adversis rer. immersabilis undis.* Quodsi Chabotius hic annotat: „Sunt enim, qui *undis rerum* de malo rerum successu recte putent intelligendum; sunt etiam, qui sine ulla translatione locum accipiant, ut Ulixes nullis casibus, nullis tempestatibus, nullis denique rebus adversis victus fuerit:" dedita opera ambigue locutum esse dixerim Poëtam. Sed in hoc loco pereleganti, qui colorem duxit e Graecorum sermone, observanda sunt plura. Primum *adversis rerum undis* non dicitur pro *adversarum rerum undis*, sed uti Epist. 2, 2, 202. *adversis Austris*, ut contrarium sit ejus, quod habet Chrysostomus in Homil. 1. c. 1. Matth. κατὰ ῥοῦν τῶν πραγμάτων φερομένων. Deinde ut voc. κῦμα, κλύδων de quovis malo dicitur (v. Jacobs. ad Delect. Epigr. 10, 35, 5.): sic κύματα, πέλαγος et similia magnitudinem vel multitudinem rerum imprimis adversarum indicant. Aeschyl. VII. c. Theb. 104. Both. κῦμα ἀνδρῶν — καχλάζει πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον. Supplic. 114. Ἰὼ δυσάγκριτοι πόνοι. Ποῖ τόδε κῦμ' ἀπάξει; Prometh. vinct. 735. Δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης. cf. v. 1002. Pers. 440. εὖ κακῶν ὁρῶν βάθος. Ibid. 408. Αἴ αἴ κακῶν δὴ πέλαγος ἔῤῥωγεν μέγα Πέρσαις. Eurip. Hippol. 823. Κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ Τοσοῦτον, ὥστε μή ποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν, Μηδ' ἐκπερᾶσαι κῦμα τῆσδε συμφορᾶς. Med. 364. ὡς εἰς ἄπορον σὲ κλύδωνα, θέος, Μήδεια, κακῶν ἐπόρευσε. Cf. Koeler. ad Heraclid. Pontic. p. 68. Jacobs. ad Delect. Epigr. 9, 25, 3. et Stallb. ad Plat. Symp. 28. p. 128. Tum βαπτίζεσθαι, κλυδωνίζεσθαι similiaque etiam translate dicuntur de iis, qui malis obruuntur et opprimuntur. Vide quem laudat Stallbaumius ad Plat. Enthyd. 7. p. 98., Dorvill. ad Charit. p. 307. Sic 2, 4. p. 39. βαπτιζόμενος ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας γενναῖος ἀνὴρ ἐπειρᾶτο ἀντέχεσθαι. καθάπερ δὲ ἐκ κύματος ἀνέκυπτε λέγων etc. Chrysost. X. p. 72. μὴ βαπτίζεσθαι τοῖς λυπηροῖς τοῦ παρόντος βίου, μηδὲ φυσᾶσθαι τοῖς λαμπροῖς. et Homil. 1. c. 6. (et ibi Matth.) πτωχείᾳ βαπτισθῆναι. Apposite Lambinus, Cruquius, alii

laudant Pindar. Pyth. 2, 145. *ἀβάπτιστός εἰμι φελλὸς ὥς*. Similiter Od. 4, 4, 65. *Merses profundo, pulchrior evenit*, non *exiet*, uti scripsit Orellius. Catull. 63, 13. *Accipe, quis mersus fortunae fluctibus ipse*. Liv. 9, 18, 1. *mersus rebus secundis*. Cf. Schmid. ad Epist. 1, 1, 16. Hinc *immersabilis* contrarium ejus indicat, quod sensu metaphorico legitur ap. Pers. 3, 33. *alto Demersus summa rursus non bullit in unda*. Denique ad rem facit, quod ipsa hominum vita cum navigatione comparatur. Inde *διαπλεῦσαι τὸν βίον*. Vid. Schmid. ad Epist. 2, 1, 102. Stallb. ad Plat. Phaed. 35. p. 116. Fr. Jacobs. ad Delect. Epigr. 7, 85. Jacob. ad Lucian Tox. 7. p. 52. Hinc Chrysost. in Homil. e cod. Dresd. ed. a Becher. p. 13. *Καθάπερ γὰρ θάλατταν τὸν παρόντα ναυτιλλόμεθα βίον σφοδροτέροις κυμάτων συμπτώμασι χρώμενον*. Ceterum multa ex Ulixis fabula ad sensum honesti explicat et accommodat Seneca in Epist. 88.: *Tempestates animi nos quotidie jactant, et nequitia in omnia Ulixis mala impellit. Non deest forma, quae sollicitat oculos, non hostis: hinc monstra effera et humano ore gaudentia: hinc insidiosa blandimenta aurium: hinc naufragia et tot varietates malorum*.

V. 23. *Sirenum — nosti*. Quicquid intellexit Poëta *Sirenes* (Hom. Od. 12, 39 sqq. 155 sqq. Heyn. Exc. VII. ad Virg. Aen. III. et Voss. Mythol. Briefe. II. p. 48 sqq. et Mueller. Handb. d. Arch. p. 596.), in allegorica hujus fabulae interpretatione consensisse eum in promptu est, ita ut Sirenes, quas Ovidius ex Ponto 4, 10, 17. *bene cantantes puellas* dicit, intelligantur voluptatum illecebrae, quibus homines temperanti et forti animo resistere et debeant et possint. Quanquam alium, allegoriae tamen habent colorem, quae leguntur ap. Xenoph. in Memor. 2, 6, 11., ap. Cic. de Fin. 5, 18, 49. et ap. Plutarch. in Sympos. 9, 14. In rem Orell. ad Demoph. Simil. 1. N. 13. p. 6. et 445. *Δεῖ, ὥςπερ Σειρῆνας, τὰς ἡδονὰς παρελθεῖν τὸν κατασπεύδοντα τὴν ἀρετὴν ἰδεῖν ὡς πατρίδα*. Seneca Epist. 31. *Praetervehere non unum locum insidiosa voluptate suspectum, sed omnes urbes* etc. — *Circae pocula*. Homer. Odyss. 10, 136 sqq. Tib. 4, 1, 61. *Solum nec doctae verterunt pocula Circes, Quamvis illa foret Solis genus, apta vel herbis Aptaque vel cantu veteres mutare figuras*. Ovid. Met. 14, 293. *Circes — ad insidiosa vocatus Pocula*. Cic. Divinat. 17, 57. *Repente e vestigio ex homine, tanquam aliquo Circaeo poculo, factus est Verres*. Theocr. 9, 36. ibi Wüstem. *ποτῷ δαλήσατο Κίρκα*. Symmach. Epist. 1, 47. *Non illius coeli aut soli illecebram retinax advenarum lotos aequaverit et Suada Circae pocula et tricinium*

semivolucrum puellarum. De creberrimo usu voc. *poculorum* in veneno dando multos attulit locos Broukh. ad Tib. 3, 5, 9.

V. 24. *Quae si — bibisset.* Biberat quidem pocula Ulixes, teste Homero Odyss. 10, 318., sed non stultus cupidusque, utpote Mercurio dicto obediens, ejusque remedio praemunitus. Itaque *socii*, quod ventri et cupiditatibus dediti fuerunt, *remigium vitiosum* dicuntur 1, 6, 63., cf. Hom. Odyss. 1, 7. 10, 46. 12, 352. 417. Virg. Aen. 7, 15 — 20. Plutarch. Conjug. praecept. VI. p. 525. Rsk. *οὐδὲ γὰρ τὴν Κίρκην ὤνησαν οἱ καταφαρμακευθέντες οὐδ' ἐχρήσατο πρὸς οὐδὲν αὐτοῖς ὑσὶ καὶ ὄνοις γενομένοις. Τὸν δ' Ὀδυσσέα νόον ἔχοντα καὶ συνόντα φρονίμως ὑπερηγάπησαν.* Similem sermonis colorem habent verba ap. Ovid. Met. 14, 287. *Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit. Quae nisi vitasset, pecoris pars una manerem. Nunc quoque setigeri* etc.

V. 25. *Sub domina — excors.* Bentlejus quanquam voc. *domina* in textu posuit, non improbavit tamen lectionem *Diva* pro *domina*; sed bene *domina*, „nam quisquis meretricio amore," ut verissime observat Lambinus, „devinctus est, servitutem servit, eamque turpissimam." Similis significatio est voci *dominus* Sat. 2, 7, 75 ss. 93 ss. cf. Epist. 16, 63 ss. et Stallb. ad Plat. de Republ. 1, 3. p. 13. Huc accedit, quod vocabula *domina* et *dominus* in re amatoria proprie usurpantur. Sic Prop. 2, 17, 17. *dominam mutare cavebo.* Inde *servire* et *servus Amoris* ap. eundem 3, 25, 3. 2, 13, 36. ibi Barth. Imprimis mariti per blanditias uxores *dominas* vocabant, qua re observata huic loco sua affulgebit lux. Vid. Serv. ad Virg. Aen. 6, 397. Heins. ad Petron. 66. Ruhnk. ad Ovid. Her. 13, 78. Jahn. et Bach. ad Ovid. Met. 9, 466. Dorv. ad Charit. p. 242. Böttig. Sabin. p. 31. *Excors* dicitur Ulixes ex multorum interpretum mente, quatenus sub *domina Circe*, si ei obtemperasset, nihil virilis animi habuisset, ut expressum sit illud Homeri (Odyss. 10, 341.) *ἀνήνορα θείης.* Marklandus autem *excord.* significare *sine mente, sapientia, stultum* multis exemplis docet; in qua re me facile habet consentientem; sed vir doctus valde errat, quum h. l. senserit tautologiam: „si Ulixes *stultus* bibisset, fuisset *stultus*." Conjecit igitur *exsors* i. e. exheres humanitatis, *ἄκληρος*, cum qua voce in legibus Atticis conjungi *ἄτιμος*, docet Marklandi conjecturam approbans Eichstadius. Eodem fere modo Valartus explicat: „*exsors* est omnis humanitatis et sensus communis expers." Sed nulla indiget medicina hic locus. Primum nego in vocabulis *stulti* et *ex-*

cordis eandem inesse significationem, si ea perpenderis, quae de utraque voce hic illic recte observarunt viri docti, ut Doederlinius in Synon. IV. p. 229. V. p. 86, et Heindorfius ad Sat. 2, 3, 213., ut non male interpretatus sit Rodellius: „si improvida, ut socii, cupiditate ductus bibisset, sub meretricis dominatu infamis et stolidus vitam egisset.“ Deinde verum vidit Jahnius, quum *excordem* intelligeret Ulixem in bestiam mutatum *et stultum* agendi ratione. Ambigue autem, ut solet, hic loquitur Poëta, ita ut et physicam et moralem, quam dicunt, immutationem indicet. Sic explica: *Si bibisset, fuisset* i. e. factus esset et mansisset *turpis* i. e. proprium oris humani decus amisisset (Od. 2, 8, 4. 3, 27, 53. Sat. 1, 3, 100. A. P. 3.) et *excors* i. e. ἄνους s. mente humana privatus fuisset, s. quod accuratius versu sequente dicit: *Vixisset canis ὤν* etc., hoc est, si rem ad honesti sensum referas, Ulixes, si blanditiis et libidini Circes obtemperavisset, in ferinam deductus esset vitam, totumque se dedidisset libidinibus, quibus coecatus et hebes factus domesticis vitiis et flagitiis se inquinasset. Haec interpretatio eo magis omnium assensum feret, quo accuratius reputaveris, quam bene respondeat vocabulum *turpis* graeco αἰσχρὸν, quod et de corpore et de animo dicitur. Simile quid habes in voc. *excors,* quo sine dubio Poëta indicare voluit τὸν ἀνόητον vel τὰ ἀνόητα, quae verba de foeda libidinis turpitudine usurpantur. Vid. quos laudat Stallbaumius ad Plat. Symp. 9. p. 50. Quodsi tamen cui haec vocis *excors* interpretatio Homero socios Ulixis *mentem retinuisse* Odyss. 10, 240. narranti repugnare videatur, is meminerit, Horatium et alibi in hac re ab Homero discessisse; Epod. 17, 16. *tunc mens et sonus Relapsus, atque notus in vultus honor.* Discessit etiam ab Homero Virgilius Aen. 7, 15 sqq., id quod bene observat Heynius. Bothius aliam ingreditur viam, (quam deseruisse videtur in edit. Gesneri), ut *exsortem* explicet *eximium, praestantem,* ex Virg. Aen. 8, 552. *Ducunt exsortem* (equum) *Aeneae* etc. hunc versum adjuvans hac interpretatione: *f. turpis, et exsors Vixisset* etc., sed virum de Horatio bene meritum fugisse videtur loco illo Virgiliano vera vocis potestas. Si vera sunt, quae de hoc versu disputavimus, distinctio illa, *turpis, et excors Vixisset—,* quam aliquot editores servarunt, sua sponte exsulatum abibit. Recte etiam *Meyer.* in Commentat. *de Epithetorum ornantium vi et natura* etc. p. 14. hunc locum propter Epithetorum inter se contrariorum vim ac naturam illustravit.

V. 26. *Vixisset canis — sus.* Et *cani* et *sui* antiquitas hic illic non solum notam immunditiae, verum etiam libidinis et animi humillimi inussit, qua re observata hic locus in clariore quasi luce erit positus. Vid. Bünem. ad Lactant. Inst. 3, 8, 9. *Verum, inquit, obscoenus canis, aut sus ille lutulentus.* Petron. 24. Burm. ibi p. 367. *Itaque Fortunata, ut ex aequo jus firmum approbaret, maledicere Trimalchionem coepit et purgamentum dedecusque praedicare, qui non contineret libidinem suam. Ultimo etiam adjecit, canis.* Inde ap. Hesiod. Ἔργ. 67. *Κύνεον νόον*, ubi Moschopul. *τὴν κυνὸς δηληνότι ἀναίδειαν ἔχοντα.* Schich. Saadi Rosar. p. 261. „Creaturarum praestantissima homo est, vilissima canis.“ Alia de canum symbolica, quam dicunt, significatione suppeditant interpp. ad Sat. 2, 2, 56. Gatak. Adv. misc. posth. c. 38. p. 825. Taubm. ad Plaut. Mostell. 1, 1, 40. et ad Virg. Ge. 1, 470. Weich. de Medea oestro percita p. 9. Schleusn. Lexic. nov. Test. v. *κύων*. C. Gu. Müller. in Carm. Simonidis de mulieribus inscripto. Jenae, 1831. p. 21. Henneberg. ad Evang. Matth. 7, 6. — *immundus*, ut Graecorum *ἀκάθαρτος*. — *sus.* Sic Epist. 2, 2, 75. et Auson. Epist. 10, 25. *lutulenta sus, lutosa sus* Burm. Anth. lat. II. p. 562. *χαμαιευνὰς* ap. Homerum Od. 10, 243. Lucian. de Gymnas. 1. *καὶ ἐν τῷ πηλῷ συναναφύρονται καλινδούμενοι ὥςπερ σύες*; idem bis Accus. 20. *ἐξετάζετε γὰρ ἐν τῷ παρόντι, πότερα χοίρων δίκην νενευκότας κάτω, ἡδομένους δεῖ ζῆν, μηδὲν μεγαλόφρον ἐπινοοῦντας*; Plutarch. de Sanit. tuend. VI. p. 489. (Rsk.) *συσὶν ἐπὶ φορυτῷ μαργανούσαις.* Id. Sympos. 4, 5. VIII. p. 667. De symbolica significatione cf. Lucret. 6, 977 etc. Serv. ad Virg. in ann. crit., l. Müller. ad Simonid. 1—5. p. 10. Voss. Theol. gentil. 3, 62. p. 1063. 3, 58. 59. p. 1044. ed. Amsterd. 1642. Macrob. Saturn. 2, 8. p. 379. Z., Erasm. Adagg. 4, 3, 62. et Vorst. de Adagg. N. T. c. 4., quem ad Epist. Petr. 2, 2, 22. citat Jac. de Rhoer in Feriis Daventr. p. 224. Apprime Firmic. de Error. prof. relig. c. 9. *Sed vide, ut adulter Deus maritum vinceret quod sibi corpus elegit, porcus esse maluit: qui, si habebat corporis mutandi potestatem, leonis debuit potius speciem formamque suscipere. Sed leonem dicunt, qui naturas animalium norunt, in illa agrestis animi feritate pudicitiae servare virtutem. Merito igitur ab adultero leonis spernitur forma et libidinosi animalis eligitur.* Similia habet Festus v. *suillum genus* p. 247. Lindem. (p. 192. et 455. Gothofr.): *immundissimi sues ex omni mansueto pecore et ardentissimae libidinis.*

V. 27. *Nos — nati.* Sententiarum nexus: Talem proposuit nobis Homerus Ulixem, virum sapientem, temperantem ac fortem; quales sumus nos? *Nos* (dictum puta, ut Hor., quum interponeret suam personam, omne a se removeret odium) scilicet turba nullius pretii, homines ad explendum numerum fere nati et in procis Penelopae atque Alcinoi Phaeacibus adumbrati i. e. intemperantes, libidinosi, inertes mollesque, in quibus nihil animi, nihil nervorum est. Sensum satis commodum indocte turbat Praedicovii atque alia aliorum distinctio. Apparet autem, Poëtam aequalium, qui luxu et otio fere diffluebant, vitam deridere. Cf. Gesn. ad h. l. — *numerus,* ut Graecorum ἀριθμός Eurip. Heraclid. 1000. ibiq. Elmsl. Meisner. in *Sylloge Nominum aliquot contumeliosorum* p. 24. bene comparat Aristoph. Nub. (1203): ὄντες λίθοι, Ἀριθμός, πρόβατα; cf. Lamb. et Erasm. Adagg. 2, 3, 23. Simile est illud Luciani in Somn. §. 9. τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς. Schmidius alludi opinatur ad capite censos, qui nullius fere pretii et honoris numerum expleverint, ut Liv. 3, 33, 5. *Supplevere ceteri numerum.* Hor. Epist. 6, 62. *Caerite cera digni.* Fortasse Hor. allusit h. voce ad catalogum navium, in quo multi quidem homines numerantur, sed ob nominis obscuritatem non singuli nominantur. Eandem opinionem habuisse Herderum video. — *frug. cons. nati,* ut Ovid. Met. 15, 121. *animal natum tolerare labores.* Liv. 29, 19, 3. *natum* (Scipionem) *ad corrumpendam disciplinam militarem.* Ad sententiam accedunt *cibicidae* Lucilii ap. Non. Marcell. 2, 148. (88, 8.) *Viginti domi, an triginta: vel centum cibicidas alas.* cf. Ilgen. ad Cop. 25. p. 41. — apud Cic. de Offic. 2, 10, 36. *qui nec sibi, nec alteri* (prosunt), ubi Manutius hujus loci mentionem facit. Rhinton ap. Cic. ad Attic. 1, 20. *Οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει.* et Alexis ap. Plutarch. de aud. Poët. VI. p. 75. *Τὰς ἡδονὰς δεῖ συλλέγειν τὸν σώφρονα. — Τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς Ἀφροδίτης τυγχάνειν. τὰ δ' ἄλλα προςθήκας ἅπαντα χρὴ καλεῖν.*

V. 28. 29. *Sponsi — juventus. Sponsi,* non re, sed spe et voluntate, ut *raptor* Od. 4, 6, 2., *praetorius,* jocose de eo, qui praetura excidit Sat. 2, 2, 50. *gener* Virg. Aen. 2, 344. ibique Serv., Auct. Eleg. ad Valer. Messal. v. 31. ibique Wernsd. (III. p. 151.) Sic usurpantur *conjux, socer, vir.* Vid. Burmann. ad Val. Fl. 3, 497., Ruhnk. ad Terent. Andr. 4, 4, 53. Diss. ad Tib. 3, 2, 14. Bothius in edit. Gesn. delegat ad Sat. 1, 2, 64. *Villius in Fausta, Sullae gener;* sed h. l. *gener* non tam spem Villii, qua se generum

Sullae fore sperabat, sed consuetudinem stupri s. adulterii exprimit, ut saepius aliis consanguinitatis et affinitatis vocibus haec notio inhaeret. *Penelope* autem est exemplum pudicitiae. Od. 3, 10, 11. 1, 17, 19. Sat. 2, 5, 77. De procis Penelopae vid. Odyss. 16, 121. sq. Sat. 2, 5, 7. 79. — *Alcinoique juv.* Phaeaces, quorum rex erat Alcinous, famosi intemperantia et luxu, quem Poëta notat 1, 15, 24. Vid. Odyss. 8, 11. sq. 248. αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη κίθαρίς τε χοροί τε. Athen. 1, 14. p. 60. Schwgh., 8, 3. p. 238., 12, 7. p. 472. cf. 12, 1. p. 407. et Rupert. ad Juv. 15, 23. ss. Fr. Jacobs. ad Lucret. 2, 25. in Blumenl. II. p. 315. Macrob. Saturn. 7, 1. p. 625. Z. — *in cute curanda. Cut. cur.*, ut Graecorum χρὼς s. χροῦς, de iis dici, qui genio indulgentes corpus lautis epulis curant, bene docet Turneb. Adv. 26, 27., cf. Heind. ad Sat. 2, 5, 38., Ep. 1, 4, 15. Juv. 2, 15. Alibi, ut Liv. 2, 31, 1. *corpus curare.* Hinc omnis hujus rei descriptio aliquid hilaritatis sive mavis petulantiae habet, quod et indicat vocab. *operata,* quo non tam opera nimia in fovendo seu curando corpore posita exprimitur quam notio quaedam rei sacrae, cui juvenes isti *operari* in conviviis dicuntur. Cf. Nonius 12, 21. et Brisson. de Form. I. p. 19. Sic Poëta Od. 3, 17, 14. illam *cutem curandi* dictionem jocose transtulit ad *Genium ipsum: cras Genium mero curabis*, quod bene observavit Peerlkampi miram hujus loci interpretationem refellens Eichstadius in Parad. Horat. VII. p. 14. Ceterum de convivio Phaeacum moderatiore illo quidem, quam procorum, sed tamen voluptario vid. Athen. 5, 3. p. 205. 5, 9. p. 216. 5, 19. p. 242. Schwgh. Tangit autem Poëta gulositatem et mollitiem Romanorum, ut Sat. 2, 2. et Epist. 1, 6, 56. ss. Hos versus expressit Auson. Epist. 9, 14, 15. Bip. *Qualem Penelopae nebulonum mensa procorum, Alcinoique habuit nitidae cutis uncta juventus.* Est ergo *Alcinoique* casus secundus, cum vocibus *op. juventus* arte conjungendus; quod durissimum videtur *Doeringio*, voc. *Alcinoique* pro Nominativo plural., qui similitudinem quandam (vid. annotat. ad Epist. 1, 64. p. 79.) indicet, habenti. „*Totus versus*," inquit, *In cute curanda plus aequo operata juventus* per appositionem (ut *nebulones Alcinoi*,) referendus omnino est ad *Sponsi Penelopes*; huic juventuti, his procis *pulchrum fuit* in medios dies stertere; et sic *proci Penelopes* simpliciter vocantur *juventus* supr. Sat. 2, 5, 79. *Venit enim magnum donandi parca juventus, Nec tantum Veneris, quantum studiosa culinae*; cf. *ejusdem* satirae vers. 7." At, ne repetam, quae supra in annot.

crit. de hac verborum junctura dixi, non ista versus 29. ad *procos Penelopes* relatio interjecto vocabulo *Antinoique* multo durior est? Non ipsi intelliguntur versibus 30. 31. Phaeaces, Demodoci modis et cithara sese oblectantes, quanquam sponte nobis succurrunt *proci* illi idem facientes Phemii cantu? Ad vulgatam distinctionem multum quoque facit, quod apud Athenaeum l. l. luxuriosi non tam cum Alcinoo, quam cum Phaeacibus comparantur (ita Plutarch. de Isid. et Osirid. VII. p. 393. Rsk.: *Φαίακας τοὺς ἁβροβίους*), quodque Hor. sine dubio *Alcinoi juventutem* intellexit istos 52. juvenes, qui ad Alcinoi epulas admissi eas ludendo et saltando exhilarabant, Odyss. 8, 35 et 55., quod Vir doctus quidam bene docuit contra Doeringium in Seebodii „Archiv" 1826. fasc. 1. 2. p. 155. Is est Fr. Jacobs., qui idem Doeringium in errore potuisse perseverare in edit. 1828. et in ed. minore valde miratur, quanquam Vir doctissimus concedit, Doeringium de Alcinoo luxuriae dedito laudare potuisse locum ap. Suidam II. p. 684. *῞Ομηρος — Νέστορι γηραιῷ ὄντι κρέας ὀπτὸν βοὸς δίδωσι καὶ ᾿Αλκίνῳ δὲ τρυφερὸν ᾑρημένῳ βίον, σπουδάζων ἡμᾶς ἀποστῆσαι τῶν ἀτάκτων ἐπιθυμιῶν.* Sequitur: *καὶ ᾿Αλκίνοος τοὺς τρυφερωτάτους ἑστιῶν Φαίακας*; potuisse comparare etiam Platon. Rep. X. p. 614. B. *ἀλλ᾿ οὐ μέντοι σοι ᾿Αλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ, ἀλλ᾿ ἀλκίμου μὲν ἀνδρός,* ubi per antithesin Alcinoi *τρυφή* notetur, et Stallbaumius laudet p. 336. verba Scholiastae: *ὁ ᾿Αλκίνοος πρὸς εἰρήνην ὑπόκειται βλέπων καὶ τρυφήν.*

V. 30. *Cui — dies et.* Expressit H. liberius Odyss. 8, 249. *καὶ εὐναί.* Magna ironiae vis inest in eo, quod *pulchrum* dicit; vid. v. 3. — *in medios d. d.* Graecorum more, qui *εἰς πολὺν χρόνον καθεύδειν* vel *μέχρι πρὸς τὸ τῆς ἡμέρας μέσον καθεύδειν* efferunt; cf. Chabot. Ep. 1, 18, 34. *dormiet in lucem.* 17, 6. *primam somnus in horam.* Etenim apud Romanos non erat nisi hominis otiosi, somnum protrahere vel ad primam diei horam; vid. Bentl. ad Sat. 1, 6, 126., Heind. ad Sat. 2, 6, 61., Casaub. et Koenig. ad Pers. 3, 1—9. Weichert de L. Varii et Cassii Parm. vit. p. 317. Senec. Epist. 122. *Turpis, qui alto sole semisomnis jacet, cujus vigilia medio die incipit.*

V. 31. *Ad strepitum — curam.* Commemoravi supra notatu dignissimas de hoc loco sententias a vero aberrantes, ut, quum tot viri cetera eruditi ligna in silvam tulerint, quam facile esset, in talibus rebus errare, a quolibet intelligeretur. Ac ut una re defungar, qui secundum interpretationem Bentleji *somnum cessantem duci* i. e.

allici volunt, ii non vident, quam parum id conveniat in eos, qui *in medios dies dormire* dicuntur, ne dicam, quod dixit Bauerus, *somnum ducere* nusquam esse adducere, arcessere, sed protrahere; quod secus esse videtur in locis a Bentlejo hic, ab Orellio ad Epod. 14, 3. et a Dissen. ad Tib. 1, 2, 80. allatis. Suo igitur jure vertit Campenon: „qui faisoient gloire de dormir jusqu'au milieu du jour et de prolonger leur sommeil au son des instruments.“ Scriptura autem vulgata optime vitam describit istorum juvenum, qui si fieri potest, ut cura aliqua eos exagitet, illam sono citharae strepente illico depellant ex animo, sive poëtice, ex prosopopoeïa (quam ad hunc locum bene observat Bothius) qui „curam, tanquam personam, ad sonum citharae ducunt velut in choro (Od. 1, 4, 5.), ut ibi cesset,“ non facientes cum Ulixe, qui, quanquam Phaeacum cantoribus attentam praebet aurem micationibusque pedum, dicere potest: *Κήδεά μοι καὶ μᾶλλον ἐνὶ φρεσὶν ἤπερ ἀοιδαί.* Athen. 5, 11. p. 221. Praeterea his verbis, si ea ad Romanos, quorum causa liberius versa videntur, ut „*curae* omnino seriae cujusdem rei, gravioris studii et occupationis notio insit,“ applices, eo magis deridetur levitas quorundam hominum omne coelestis sapientiae studium cithara susurrante abjicientium, quo notior fuit Pythagoraeorum verae virtutis rigidorum satellitum mos, de quo Plutarch. de Isid. et Osirid. VII. p. 508. Rsk.: *τὰ κρούματα τῆς λύρας, οἷς ἐχρῶντο πρὸ τῶν ὕπνων οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ ἐμπαθὲς καὶ ἄλογον τῆς ψυχῆς ἐξεπᾴδοντες οὕτω καὶ θεραπεύοντες.* Cic. Tusc. 4, 2. Quodsi Herbstius in Progr. Schol. Wetzl. 1827 p. 22. homunciones istos non sane ob id, quod nervorum cantibus delectati essent, jure a Poëta castigatos censet, sed in universum propter desidiam molliioremque vitam: hoc equidem minime negandum, illud tamen, i. e. nervorum cantibus delectari et a rebus seriis abstrahi, imprimis premendum arbitror. Intellige amicarum psallendi scientiam, qua juvenes Romani allecti res graviores negligebant, Od. 3, 9, 10. 4, 13, 7., Sallust. Cat. 25, 2., intellige istas psaltrias, quae in conviviis, popinis, ganeisque artem suam venditabant, Epist. 1, 14, 26., interppr. ad Auct. Cop. v. 7 ss., Liv. 39, 6, 8. et comic. poët. fere ubique; intellige ipsos juvenes, qui delicatuli operam dabant cantandi et psallendi scientiae, Cic. Catil. 2, 10, 23; intellige etiam, quod tecte indicat *ducendi* verbum, illud saltandi studium Romano inhonestum. Vid. Graev. ad Cic. Offic. 1, 42. Or. pr. Muren. 6, 13. Macrob. Saturn. 2, 10. et Grysar:

„Ueber die Pantomimen der Römer“ in Rhein. Mus. 1833. II. 1. p. 33. Omnino de curis sollicitudinibusque vi Musicae depellendis Schmidius laudat Epod. 13, 9. 10. Varr. Parmen. Fragm. p. 299. Senec. Epist. 120. Cf. eund. ad Epist. 2, 2, 9. p. 168. Haec et talia etiam exprobrat juvenibus sui temporis Seneca in Controv. lib. 1. prooem. p. 61. Bip. et cf. Senec. de Brevit. vit. c. 12. Si idem Herbstius insolentem dictionem *cess. duc. cur.* a consuetudine Horatiana alienam, atque ob eam causam ex vetere quopiam malove poëta huc traductam arbitratur, assensum ei prorsus denego. Poëta enim jocosius atque ex suo more liberius, ut juvenum Romanorum perstringeret mores, imitatus est Homeri verba Odyss. 8, 248. *κίθαρίς τε χοροί τε* *) — ex qua postrema voce etiam apparet, prosopopoeïam, quam supra cum Bothio statui, pro vera horum verborum explicatione habendam, neque, quod Bentlejum aliosque fefellit interppr., simplicem vocem „*κοίμιζειν, lenire, laxare curam,* einschläfern, einlullen,“ simpliciter intelligendam esse. Herbstius comparat nostrum: „zur Ruhe führen, bringen.“ Ut de aliis taceam, Doeringius parum accurate: *cess. d. c.,* eo quasi ducere curam, quo illa vexare cesset. Neque assentior Schmidio, cui Poëta visus est verbo *ducendi* i. e. deducendi allusisse ad morem illum, honestos homines e conviviis deducendi domum nervorum et tibiarum cantu. Hochederi interpretatio, quam probabiliter quasi proponit: *ducere curam* i. q. fallere curam, ita est quaesita et coacta, ut se legenti sua sponte nunquam offerat. Qui denique comparant Virg. Ge. 3, 379. et Aen. 9, 166., sententiam loco inferunt plane alienam. *Cessatum* autem *ducere* dici ut ap. Plaut. Poen. prol. 20. *ne sessum ducat.* Stich. 1, 2, 82. *venatum ducere.* Cic. Cat. maj. 18. *sessum recepisse* vix est, quod moneamus. In dictione: *ad strepit. cith.* praeivit quodammodo Homerus in Od. 22, 332. *Φήμιος — ἔστη δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων φόρμιγγα λίγειαν* — de sono acuto, vel, si cum Schmidio mavis, susurrante propter plectri vim et naturam, ut Hor. Epist. 14, 26. et Od. 4, 3, 18. ubi v. Lambin. et Mitsch. Sic. Vesprit. Spur. Od. 1, 18. III. p. 355. Wrnsd. *Atque aptos citharae conciliet modos, surdis auriculis strepens?* Hinc Auct. Cir. 106. *ci-*

---

*) Erudite de his verbis dixit *Welcker.* in „Rhein. Mus.“ 1832. I. 2. p. 279.

tharae voces acutas. Cf. Fr. Jacobs. ad Prop. 2, 20, 5. in Blumenl. II. p. 185. et Hand. Turs. I. p. 98.

V. 32. 33. *Ut — expergisceris?* Filum sententiarum subtile deducitur a somno in diem extracto, id quod Poëtam commovet, ut in desidiam inertiamque invehatur. In hac tamen nova quasi praeceptorum satura lance Lollio apposita Homerum, quod Gesneri annotatio indicare videtur, nemo dicet ex oculis esse sublatum. Similem autem argumentandi rationem habes 1, 45. cf. 2, 2, 149. De *latronibus* vel praedonibus illo tempore et in urbe et extra grassatis vid. Heind. ad Sat. 1, 2, 43. et Dissen. ad Tib. 1, 2, 26. Verbum *jugulandi* de caede quovis modo perpetrata dici, docet Graecorum δειροτομεῖν comparans Gataker. in Adv. Misc. Posth. c. 47. p. 913. atque haud scio an accuratius rem definiverit Doederlinius in Syn. III. p. 189. — *de nocte,* i. e. quum nox adhuc est. Ita Cic. ad Attic. 4, 3, 1. *Itaque — in comitium de nocte venit.* Aurel. Vict. Ep. 9, 15. *Vigilare de nocte.* Erudite hanc formulam persecutus nuper est Handius in Turs. II. p. 204 sq. — *non expergisceris?* Praevalet hic propria hujus verbi significatio, quod secus visum est nonnullis, qui metaphoricam intelligebant. At agitur de hominibus, qui desidiosae vitae dediti *in lucem dormiunt.* Ad rem facit, quod Marc. Antonin. de rebus suis 5, 1. gravatim exsurgentem secum disserere jubet: ἐπὶ τοῦτο κατασκεύασμαι, ἵνα κατακείμενος τοῖς στρωματίοις ἑαυτὸν θάλπω; vid. ibi Gatak. p. 139. et cf. 8, 12. ibid. p. 242.

V. 34. *Si noles — et ni.* Hunc versum mire turbavit interpretum sollertia. At uti inter se contraria sunt *jugulare homines* et *servare se ipsum, surgere* et *non expergisci,* ita hoc loco, quo Poëta ad majus progreditur, *nolle expergisci* et *currere,* i. e. expergisci *debere.* Quare equidem rationem, qua sententiae sese excipiunt, statuo hancce. „Ad rem malam mali homines alacres et prompti sunt, et tu in servanda tua salute negligens esse vis, dedendo te somnolentiae et inertiae? Ac nisi, dum sanus es, munus vigiliarum et laboris susceperis, certo id suscipiendum tibi erit majore incommodo, quum veternus et desidia te fecerint hydropicum.“ Quum in verbo *expergiscendi,* uti versus 35 et 36. satis declarant, omnis rei cardo vertatur, eorum refellitur ratio, qui uti Bentlejus, Doeringius, alii notionem *currendi* post voc. *sanus* intelligi malunt, quod quanquam per linguae legem fieri potest, hic sententiarum vim pervertit. Ex nostra autem interpretatione, cui

assentiuntur Hunter et Schmidius, praeterea occurritur illi dubitationi, quam de hac scriptura movit Bentlejus, quum „prima illa: *Ut — expergisceris* et postrema: *Et ni — lumine,* de somno et vigilantia diceret tractare, et haec media non, uti par esset, cum extremis connexa et congruentia, sed a re prorsus aliena, *cursu* scilicet, huc traducta et prave interposita esse.“ — Si Horatius hoc modo ad hydropem alludebat, inter omnes constabat, somnolentos ad hydropem plerumque transire (quod bene docet Bentl.) et hydropicis non magis vigilandum, quam currendum esse ex praecepto Celsi 3, 2. Quocirca recte Porphyrion: *curres hydropicus; quia hydropici jubentur a medicis currere: ita enim morbus eorum solet extenuari labore.* Hoc quum sit, etiam inciditur omnis alterius scripturae *cures* nervus, ad quam utpote meliorem Bentlejus (bis intelligens *expergisci*) olim confugere non dubitavit: *„Si nolis san. expergisci* — adhuc enim sanitate frueris — postea per somnolentiam istam hydropicus factus, *cures* saltem expergisci jussu medici, ne morbus evadat letalis etc.“ Et ne alias aliorum indoctas hujus loci explicationes commemorem, eodem ferro jugulatus cadit bonus ille Lambinus, quum dicit: *„curres ad medicum hydropicus factus.“* Huc accedit, quod Horatius aut nominatim Lollii, qui fortasse somno deditus preatexebat sanitatem, aut, quod malo, aequalium ipsius, imprimis Epicureorum, opinionem deridere videtur, qui otio atque inertia venalem esse sanitatem opinabantur; quocirca Plutarchus de sanitate tuenda VI. p. 512 docet: *ἥκιστα δὴ τὴν ἀργίαν ὑγιεινὸν ὑποληπτέον, εἰ τὸ τῆς ὑγιείας τέλος ἀπόλλυσι καὶ οὐδ᾽ ἀληθές ἐστι τὸ μᾶλλον ὑγιαίνειν τοὺς ἡσυχίαν ἄγοντας.* Quod incommodum somnolentia afferat, ostendit Seneca in Epist. 122.: *Circumscribatur nox, et aliquid in diem transferatur — sine ulla exercitatione jacentibus, tumor pigrum corpus invadit, et super membra iners sagina succrescit. Ita istorum corpora, qui se tenebris dicaverunt, foeda visuntur. Quippe non speciosior illis, quam morbo pallentibus color est: languidi et evanidi albent, et in vivis caro morticina est.* Cf. Cels. 3, 21. Democritus ap. Orell. in Opusc. Graec. I. p. 96.: *Ἡμερήσιοι ὕπνοι σώματος ὄχλησιν ἢ ψυχῆς ἀδημοσύνην ἢ ἀργίην ἢ ἀπαιδευσίην σημαίνουσιν.* — Restat, ut, utra lectio *noles* an *nolis* sit potior, explanem. In talibus enunciatis Praesens Conjunctivi mollius quid habet i. e. quandam vel concedendi vel dubitandi vim, Futurum autem protasis planiorem rei futurae significationem et inde quandam certitudinis vel affirmandi notionem, ut Sat. 1, 2, 96.

Si petes — afficient. 2, 4, 27. *si morabitur — pellent.* 2, 4, 51. *si suppones — tenuabitur.* Illam scripturam praeter alios servant codd. Dorv. 1, 2. Fea male scripsit: *supponas.* Od. 3, 9, 11. 15. *non metuam — si parcent. Patiar — si parcent.* A. P. 104. *si mandata loqueris — dormitabo.* 112. *si erunt — tollent.* Contra Sat. 1, 4, 140. *cui si concedere nolis — veniet manus.* A. P. 54. *habebunt fidem — si Graeco fonte cadant.* Od. 3, 3, 7. *Si fractus illabatur orbis — ferient.* Haec et talia indicavi in Jahnii Jahrbb. f. Philol. u. Paedag. XIII. 4. p. 421. et in Archiv. 1832. I. 4. p. 465. Cf. Heind. ad Sat. 1, 4, 140. Voss. ad Virg. Id. 6, 10. Wagn. ad Aen. 1, 374 (ubi *componet* legendum censeo) Kritz. ad Sall. Jug. 42, 5. Klotz. ad Cic. Tusc. 5, 36, 102. Hoc autem loco ad vim sententiae propter *expergisceris* v. 33. et Futura quae sequuntur: *ni posces — intendes,* nihil accommodatius est scriptura *noles.* Nescio tamen, qui interpretes et qua ratione in his Futuris invenerint *praecepta* quaedam, quae sensu strictiore in iis inesse recte negat *) *Stangius,* quanquam vir ille alia multa disputavit, quibus equidem non assentior. De vocabulo *atqui* nihil est, quod disputes; Vossii (vid. annot. crit.) interpretatio si cui improbanda videatur, ei licet vertere: „und doch" vel „aber doch."

V. 35. *Posces — si non.* Poëta vv. sq. transit suo more a corporis morbis ad aegrotam animi conditionem, uti v. 48. Epist. 1, 1, 28—40., 6, 28 sq., 16, 20 sq. Quapropter non opus est, versus sq. interpretationem superiorum assumi, quasi invidia et amor — animorum morbi — hydropes sint, et remedia expetere et medicum consulere (?) idem sit ac poscere librum et ire ad philosophum; in qua interpretandi ratione Lambinum multi interpp. sunt secuti. —

---

*) „Omnia (p. 10.) quae addit argumenta, *curres — torquebere,* experientia nituntur, quae in puero nulla est. Tempus futurum in verbis *curres, torquebere* fraudi plurimis fuisse videtur, ut neglecto vocabulo *atqui,* ea quae argumenta sunt, ex rebus vitae usu jam notis petita, pro praeceptis haberent. Amat enim hanc argumentationis formam Horatius, ut quo aptius rationes suas exponat, personam, quacum colloquatur, animo fingat. Ceterum vocabulum *atqui* apud Horatium semper argumentationi proprium est, sententiamque vel aliter jam notam vel paulo ante dictam addit; ut Od. 3, 5. 49. *atqui sciebat, quae sibi barbarus tortor pararet,* sic in reliquis locis qui sunt: Od. 1, 23, 9. 3, 7, 9. Epod. 5, 67. Sat. 1, 1, 19. 6, 65. 9, 52. 2, 1, 68. 3, 9. 27. 5, 7. Ep. 1, 17, 38. 45.; cum futuro conjungitur in sententiis conditionalibus Ep. 1, 7, 2."

ante diem. Hanc formulam, qua Graecorum πρὸ ἡμέρας, πρὶν ἡμέραν γίγνεσθαι, ὄρθρος exprimitur, pro suspecta habet Noltenius in Antibarb. p. 1335., sed ita etiam Juv. 9, 108. *proximus ante diem caupo sciet.* Plin. Epist. 9, 40. *Nihil, nisi quod meridianus somnus eximitur, multumque de nocte vel ante vel post diem sumitur.* Virgilianus autem locus Aen. 4, 697., quem Victorio auctore hic attulit Hocheder, plane aliam habet significationem, de qua vide Hand. Turs. I. p. 369. In rem Antonin. 5, 1. ibiq. Casaub. p. 400.: Ὄρθρου ὅταν δυσόκνως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔστω, ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπου ἔργον ἐγείρομαι. Hor. de se ipso *prius orto,* inquit (Epist. 2, 1, 112.) *Sole vigil et chartas et scrinia posco.* Mane enim experrectus usque ad quartam horam studiis vacabat, vid. Bentl. ad Sat. 1, 6, 126. et cf. v. 30. — *librum.* Senec. Epist. 85. *Otium sine literis mors est et vivi hominis sepulcrum.* Id. 39. *Sume in manus indicem philosophorum. Haec ipsa res expergisci te coget;* alio quidem sensu; cf. Arntz. ad Cat. Dist. 3, 1. Observa usum particulae *si non* antecedente *ni;* illud enim, quod negationem plerumque cum verbo conjungit, oppositi vim auget, vid. Od. 3, 16, 5. Ovid. Met. 3, 627. Simile quid observarunt viri docti de graecis particulis εἰ οὐ et εἰ μή, vid. Lipsii quaest. 1. *de modor. usu in nov. Testam.* p. 25. Lips. 1827. Si quis tamen variationis causa Hor. ita scripsisse contendat, ei non valde repugnaverim, quum is etiam alibi variata structura uti soleat, ut Sat. 1, 4, 26. *Aut ob avaritiam aut misera ambitione laborat,* quam scripturam a criticis paene derelictam vindicatum ivi in Seebodii „Archiv“ 1825. II. p. 372 ss., ea egregie ex similitudinis lege firmatur Sat. 1, 6, 110. Hoc ego *commodius quam tu — multis atque aliis vivo,* quod Mohrius (*disput. de nonnullis locis Horatii.* Dorpat. 1832.) perperam interpretatur: „in hac atque in multis aliis rebus vivo commodius.“

V. 36. *Intendes animum studium* etc., ut Ovid. Trist. 4, 1, 4. *mens intenta malis;* Met. 6, 5. *animum fatis intendit,* ad quem locum Schirach. (Clav. p. 165.) negavit, apud ullum poëtam reperiri hanc phrasin, sed Gierig. non immemor fuit hujus loci. Poëta ante oculos habuisse videtur Graecorum προσέχειν vel ἐπέχειν τὸν νοῦν τινί. Sic Lucian. Alexandr. 4. τοῖς μεγίστοις ἐπέχειν τὸν νοῦν. *stud. et reb. honestis* Voss. et Günther per ἓν διὰ δυοῖν vertunt, ut sit studium rerum honestarum; quum autem Hor. similia jungere soleat (vid. v. 60.), sejungendae potius sunt voces, ut *studia* sint studia literarum, ut Epist. 2, 2, 82. et *res honestae* vel sapientia ipsa, vel

ejus partes i. e. virtutes (Epist. 1, 1, 11. *quid verum atque decens*). Utrumque enim, literarum studium et sensum honesti, artiore conjungebant veteres vinculo, quam nostri homines. Ita Ciceroni de Offic. 1, 42, 151. *doctrina rerum honestarum* philosophiae omniumque artium liberaliumque professio est, ut bene vidit Beier. A sensu loci non multum abhorret Epist. 2, 2, 83. *insenescere libris et curis*. Prop. 2, 3, 7. *studiis vigilare severis.* Male vertit Scheller: „Nicht anstrengst den Geist mit Fleiss und schicklichen Dingen."

V. 37. *Invidia — torquebere.* Ex ratione contrariorum a versu 34. indicatorum sententiarum ratio haec est: *„Et nisi rebus honestis vacabis, perturbationes animi te impedient, quo minus somnum capere possis."* Haec interpretatio, quam plerique interpretes approbant, auctorem habet Porphyrionem ad v. 33. *„Si non propter philosophiam vigilaveris, propter invidiam et amorem dormire non poteris."* Cf. Pers. 3, 1 sqq. Assentitur Frenzelius in *Quaest. Venusinis.* Isenavi 1835. p. 27. recte contra Doeringium disputans, qui ut Bothius explicat *„vigil* sc. postquam in medios dies dormivisti." Olim equidem sic statui: *„Et vigiliae, quas ego tibi curae esse velim, non agendae modo, verum etiam, ne in alia incurras vitia, matutinae desidiae alimenta, consumendae sunt in rebus honestis."* Haec interpretandi ratio, cui, ut nunc video, astipulantur Vaenius in Emblem. Horat. p. 44. et Tarteronus, haec igitur si valet, *vigil* est breviloquentia, ut v. 34. *sanus* et 68. *puer* (Sat. 1, 5, 44. ibique Porphyr.) pro: „dum vigil es s. vigilans (Epist. 2, 1, 112.), cruciaberis invidia et amore." Hinc Diogenes (Laert. 6, 51.) τὸν ἔρωτα σχολαζόντων ἀσχολίαν vocabat. Ovid. Rem. Am. 144. *Cedit amor rebus; res age: tutus eris.* Seneca Epist. 56. *Et ideo ad rerum actus excitandi ac tractatione bonarum artium occupandi sumus, quoties nos male habet inertia sui impatiens. — Nunquam vacat lascivire districtis: nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti.* Cur Poëta praeter *amorem,* matutini temporis notissimum fructum, etiam *invidiam* nominet, disces ex Sat. 1, 3, 60. cf. Pers. 3, 73. Alias animi perturbationes minime excludi non est, quod moneam. Ceterum in verbo *torq.* comparatio facta videtur a servorum cruciatu, qui igni torquebantur. Vid. Voss. et Dissen. ad Tib. 1, 4, 81. 5, 5.

V. 38. 39. *Quae — in annum.* Quodsi Baxterus particulam *nam* ex abrupto illatam, Gesnerus *nam cur* idem esse dicit, quod

cur nam et ita, ut *nam* ad superiora respectum habere neget, haud scio an uterque erraverit. Etenim particulae *nam* et *enim*, uti Graecorum γὰρ saepe inserviunt transitioni connectendaeque orationi, quapropter quanquam rerum, quae antecedunt, non semper addunt rationem, superiorum tamen respectu intelligi quid jubent, ut h. l., Epist. 1, 75. et Od. 3, 11, 30. ubi recte interpretatus est Orellius. Vid. Hand. ad Stat. Silv. 1, 2, 172. Voss. ad Virg. Ge. 2, 212. Ruhnk. ad Ter. Andr. 1, 1, 24. Barth. ad Prop. 2, 32, 3. Bach. ad Ovid. Met. 8, 530. 9, 23. Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 189. Cf. Hand. Turs. II. p. 383. De Graecorum consuetudine praeter alios dixerunt Jacob. ad Lucian. Alexandr. 20. Fritzsch. ad Evang. Matth. 17, 23. et Stallb. ad Plat. Diall. I. 1. p. 93. I. 3. p. 140. Ratio loci igitur haec erit: Quodsi verum est, jam primo mane animum, ne male sanus evadat, in rebus honestis exercendum esse, quid est, quod animo, si aegrotat, non quam primum succurras, quippe qui oculis nocitura removeas illico? Agedum, amplectere, dum licet, sapientiam, omnium vitiorum emendatricem, quia, si cunctatus fueris, recte vivendi impedimentum tibi semper exspectatio erit, quae pendet a futuro.“ Aliter Hocheder., qui particulam ad solum *torquendi* verbum referens sententiarum ordinem statuit huncce: „Et merito cruciaris, quia corporis majorem curam habes, quam animi.“ Eleganter vertit Vossius: „Wie doch? was dein Auge verletzt, das“ etc. Aliter Günther. Morbis corporis medicinam quaeri, aegro animo non item, dicit Poëta Epist. 2, 2, 148. 1, 6, 28 sq. Hinc bene Persius 3, 63 sq. praecipit: *Venienti occurrite morbo* etc. et Ovid. Rem. Am. 229. *Ut corpus redimas, ferrum patieris et ignis; Arida nec sitiens ora levabis aqua; Ut valeas animo, quicquam tolerare negabis? At pretium pars haec corpore majus habet.* Senec. Ep. 53. *Si aeger esses — toto animo id ageres, ut quam primum morbo liberareris. Quid ergo? Non et nunc idem facies?* Cf. ibid. 50. Lactant. Inst. 6, 24, 23. *Appetenda est haec omnibus medicina. Quoniam majori periculo vexatur anima quam corpus, et quam primum latentibus morbis adhibenda curatio est. — laedunt oculum.* Wetzelius minus recte in Argumento huj. Ep. ea intelligit, quae *adspectu turpia* sint. At hic agitur de morbis eorumque causis.

V. 38. *Est animum.* In hac similitudine omnium fere linguarum communi atque a rebus, quae instar aquilae illius (Epod. 17, 67.) vel cancri Ovid. Met. 2, 825. Cels. 5, 31., ut opinatur Schmi-

dius, aliquid pungunt, consumunt, ducta praeivit Homerus, cujus aliquot locos collegit Lambinus, ut Il. 24, 129. Σὴν ἔδεαι κραδίην. 6, 202. Ὃν θυμὸν κατέδων. [Cic. Tusc. 3, 26, 63.] Adde Od. 9, 75. 10, 143. Hinc καρδίαν μὴ ἐσθίειν de rebus animum curis et amore cruciantibus. Vid. Orell. Opusc. Graec. vett. I. p. 62 et 476. Jacobs. Delect. Epigr. 7, 86, 4. ἡ δὲ περισσὴ θυμὸν ἀεὶ κατέδει χρυσομανὴς μελέτη, ubi similem *Rhian.* 1, 8. locum affert doctissimus interpres. Paul. Epist. ad Gal. 5, 15. εἰ δὲ ἀλλήλους δάκνετε καὶ κατεσθίετε. Apprime respondet haec dictio voci *torquebere* v. 37. Porphyrion: *est, consumit, ut* (Virg. Aen. 4, 66.) *Est flamma medullas;* vid. ibi Taubmann., qui hunc locum commemorat, et eund. ad 12, 801. *Nec te tantus edat tacitum dolor.* Auct. Eleg. de Fort. vicissit. 108. *pectora moeror edit.* Cf. Erasm. Adagg. 1, 1. p. 17., Heins. et Burm. ad Val. Flacc. 3, 365. 693. — *curandi,* θεραπεύεσθαι. Ut morborum, ita medicinae vocabula transferuntur ad animum; vid. Bentl. ad Epist. 1, 16, 40., Broukh. ad Tib. 2, 3, 13., Koenig. ad Pers. 3, 63. Quin ipsa philosophia medicinae comparatur; vid. quos laudavi ad Epist. 1, 37. Hinc Philo Larissaeus ap. Stob. in Eclog. 2, 7, 1. p. 40—44. Heer.: καὶ γὰρ τῇ ἰατρικῇ σπουδὴ πᾶσα περὶ τὸ τέλος, τοῦτο δ' ἦν ὑγιεία, καὶ τῇ φιλοσοφίᾳ περὶ τὴν εὐδαιμονίαν. Porphyr. ap. Orell. I. p. 310. XXXI. Ἔρωτι γὰρ φιλοσοφίας ἀληθινῆς πᾶσα ταραχώδης καὶ ἐπίπονος ἐπιθυμία ἐκλύεται. Κενὸς ἐκείνου φιλοσόφου λόγος, ὑφ' οὗ μηδὲν πάθος ἀνθρώπου θεραπεύεται etc. In rem etiam Senec. Epist. 68., quem locum apprime laudat Schmidius. — Formulam *in annum* illustrant Gronov. et Drak. ad Liv. 4, 54, 6.

V. 40. *Dimidium — aude.* Veteri laudatoque proverbio Poëta ita utitur, ut maximam difficultatis partem in re, quam susceperis, jam sublatam remotamque esse doceat. De auctore hujus verbi veteres ipsi dissentiunt. Jamblichus (de vita Pythag. c. 29. p. 342. ed. Kiessl.) et Lucianus (Hermot. c. 3. IV. p. 4 Bip.) primi illud referunt ad certum auctorem, hic ad Hesiodum, ille ad Pythagoram. Lucianum autem fortasse fefellit Hesiodi Ἐργ. 40. (et ibi Göttl. p. 139.) πλέον ἥμισυ παντός, quod bene observarunt Alb. Fabricius (in vita Procli p. 85.) et Reitzius. Quod Horatius attingit, est: Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. Ita Plato de Legg. 6. p. 856 E. ed. Frkf.: ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὲν ἥμισυ παντὸς ἐν ταῖς παροιμίαις ἔργον. Alios hujus proverbii locos diligenter collegerunt Hemsterhusius ad Lucian. Somn 3. I. p. 175. Bip., Astius ad Plat. Polit. p. 426. Cf.

Muret. Opp. ed. Ruhnk. III. p. 208. 574. 856. Erasm. Adagg. 1, 2, 39. Quodsi Doeringius Hemsterhusium censere dicit proverbii auctorem Pythagoram esse, errat; Solanus enim fuit, qui illud Jamblicho auctore in istam sententiam usus Pythagorae tribuebat. Hemsterhusius autem videtur fecisse cum Polybio (5, 32.), ad certum auctorem proverbium non referente. In rem Sophocles ap. Plutarch. de audiend. Poët. VI. p. 55. Rsk. *Ἔργου δὲ παντὸς ἤν τις ἄρχηται καλῶς, καὶ τὰς τελευτὰς εἰκὸς ἔσθ' οὕτως ἔχειν.* Plat. de Republ. 2, 17. *Οὐκοῦν οἶσθ', ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον —;* E Latinis huc respexerunt Ovid. A. A. 1, 610. *Fac tantum incipias, sponte disertus eris.* Auson. Epigr. 81. *Incipe: dimidium facti est, coepisse;* Idyll. 12, 5. *Incipe: quicquid agas: pro toto est prima operis pars.* Senec. Epist. 34. *Non sic quomodo principia totius operis dimidium occupare dicuntur, ita res animo constat; pars magna bonitatis est, velle fieri bonum.* — *sapere aude,* tanquam rem difficilem, ad quam perficiendam, ut vulgo explicant, audacia opus sit; equidem malo ut Epist 2, 2, 111.: *aude,* i. e. suscipe sapere, abs te impetra, animum induce, ut sapias. Sic Graeci usurpant *τολμᾶν,* ut *τλᾶθι* Pind. Pyth. 4, 276. ibiq. Dissen. Cf., qui mihi assentitur, Stallb. ad Plat. Menex. 17. p. 59. ed. Goth. *Schmidio* meo, qui in hoc verbo quandam inesse ironiam (quasi *sapere* periculosa et difficilis esset res, quam homines pertimescerent) olim sensit, perhumaniter adversatur *Fr. Jacobs.,* quum „certe non est res facilis," inquit, „*sapere,* sed forti animo ad hanc rem opus est. Epist. 3, 11. *Fastidire lacus et rivos ausus apertos.* et ib. v. 20. *ipse quid audes?* Simonides CIV. (in Br. Analectis) docens, in qua re sapientia contineatur, sic pergit *ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.*" — Quid hic intellexerit Poëta *sapere,* apparet ex Epist. 2, 2, 141. *Nimirum sapere est — verae numerosque modosque ediscere vitae.* Apprime Senec. Epist. 117. *Numquid enim quemquam existimas sapere, nisi qui sapientiam habet? Numquid quemquam qui sapiat non putas habere sapientiam? — Habetur sapientia, habet, qui sapit. Sapientia est mens perfecta vel ad summum optimumque perducta; ars enim vitae est. Sapere quid est? Non possum dicere mens perfecta, sed id quod contingit perfectam mentem habenti. Ita alterum est, mens bona: alterum, quasi habere mentem bonam. — Sapere sapientiae usus est: quomodo eloquentiae loqui: quomodo oculorum videre. Ergo sapere sapientiae usus est. Usus autem sapientiae expetendus est. Sapere*

ergo expetendum est. Schmidius laudans Hochederum ad A. P. 309. comparat Aeschyl. Prometh. 1007. (986. ed. Both.) τόλμησον φρονεῖν. Ceterum de hoc loco singulare exstat scriptum: *Horatianum illud Sapere aude* succincta commentatione illustratum — subjicient J. Ph. Murray., ph. dr. et J. Fr. M. a Stalburg. Götting. 1754. — *Incipe.* Senec. Epist. 17. *Projice omnia ista, si sapis: imo ut sapias; et ad bonam mentem magno cursu ac totis viribus tende.* Id. 23. *Male vivunt qui vivere incipiunt. — Quidam ante vivere desierunt, quam inciperent.* Id. 50. *Itaque cogenda est mens, ut incipiat, deinde non acerba est medicina.* Id. 13. *Inter cetera mala hoc quoque habet stultitia, semper incipit vivere.* Martial. 2, 64, 5. *Incipe! — Si quid habes animi; si quid in arte vales.* Inde ex parte tantum vera sunt, quae de significatione hujus verbi docet Ruhnkenius ad Terent. Andr. 1, 3, 13. Formula *recte vivere* est, ut bene explicuit H. Stephanus in Schediasm. 1, 9. vivere convenienter virtuti, quae facit, ut beate vivamus. Dictio a Stoicorum disciplina petita videtur. *Iis enim virtus est bene vivendi ars* secundum Augustin. Civ. D. 9, 4. 19, 1. 22, 24., quos locos Majus affert ad Cic. de Republ. 1, 2. Hinc philosophi ap. Lactant. (Inst. 1, 1, 9.) *recte vivendi doctores,* contra *bene dicendi oratores existimantur.* Aliis locis *recte vivere idem ac laute, beate vivere;* vid. annotata ad Epist. 1, 6, 29. in Schmidii Edit. Idem varius usus est apud Graecos in formula εὖ καὶ καλῶς πράττειν, quod bene observavit ad Plat. Gorg. p. 207. doctissimus Platonis interpres, Stallbaumius. Ad sensum: Ovid. Rem. Am. 93. *propera: nec te venturas differ in horas. Qui non est hodie, cras minus aptus erit.* Senec. de brevit. Vit. c. 9. *Maximum vivendi impedimentum est exspectatio, quae pendet a crastino.* Ibid. c. 4. *Quae tam stulta mortalitatis oblivio, in quinquagesimum et sexagesimum annum differre sana consilia, et inde velle vitam inchoare, quo pauci perduxerunt?* Id. Epist. 1. *Dum differtur vita, transcurrit.* Id. 17. *Atqui nihil prius quam hoc parandum est, quod tu differs et post cetera paras. Ab hoc incipiendum est.* Id. 45. *Nullius non vita spectat in crastinum. Quid in hoc sit mali, quaeris? Infinitum. Non enim vivunt, sed victuri sunt: omnia differunt.* Id. 32. *Multum autem nocet, et qui moratur, utique in tanta brevitate vitae: quam breviorem inconstantia facimus, aliud ejus subinde atque aliud facientes initium.* Mart. 1, 16, 11. *Non est, crede mihi, sapientis dicere: Vivam. Sera nimis vita est crastina: vive*

hodie. Id. 5, 58, 7. *Ille sapit, quisquis, Posthume, vixit heri.* Ita Stoici sec. Stob. Eclog. 2, 7. p. 240. H. *Οὐδ' ἀναβάλλεσθαι δέ ποτε τὸν σπουδαῖον οὐδέν, εἶναι γὰρ τὴν ἀναβολὴν ὑπέρθεσιν ἐνεργείας δι' ὄκνον* — afferentes (p. 242.) Hesiod. Op. et Dies 408. *Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔννηφιν.* Democrates ap. Orell. I. p. 84. N. 46: *Τὸ ἀεὶ μέλλον ἀτελέας ποιέει τὰς πρήξιας.* Alia suppeditat. ed. Schmidii. De Poëta ipso cf. Epist. 1, 1, 11. 23 sqq.

V. 42. 43. *Rusticus — aevum. Rusticus exspectat* recte interpretati sunt Acron et Lambinus, et ita, ut huic nomen *rusticus* cum verbo exspectat conjungendum videretur. In hunc quidem sensum P. Daru: „Différer le moment où l'on doit vivre en sage, C'est imiter ce fou, qu'on vois près du rivage, Attendre que le fleuve ait suspendu son cours.“ Cludius: „Wer verschiebt den Anfang würdigen Lebens, gleicht dem Tölpel“ etc. Tale quid omnino exspectes, ut is nota insani vel stolidi notetur, qui sapientiae studium et meliorem animi conditionem differt in tempus incertum. Et *rusticus,* ut *ἄγροικος,* non solum de ruri habitante, verum etiam de homine imperito et scaevis moribus dicitur; vid. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 15, 19, 1. Burm. ad Anthol. lat. II. p. 536. et cf. Doederlinii „Latein. Synonym I. p. 72. Qui fabulam intelligunt sive fictam sive veram, qua rusticus quidam, qui proprie dicitur, exspectarit rem illam mirabilem, non satis attendisse videntur liberiorem Adjectivorum usum Horatianum, quo ea vel vim Adverbii sustinent, ut v. 24. *stultus cupidusque,* v. 70. *strenuus* Od. 3, 28, 3., vel a Graecis per Participium efferuntur, ut v. 34. *sanus,* v. 37. *vigil* et h. l. *rusticus* i. e. *ἄγροικος, ἀφυὴς ὤν,* sive mavis: *insipienter, stulte.* Quicquid est, *Rusticus exspectat* dicitur ut Od. 3, 21, 10. *te negliget horridus* et similia id genus, quae collegit Lambinus ad Od. 3, 8, 25. Cf. H. Stephan. Diatr. p. 107 — 12. ed. 1600 et Schmid. ad Epist. 17, 50. Nihil nunc dicam de ingeniosa Doederlinii conjectura, qua is (in Lectt. var. ogdoade. Erlang. 1835. p. 5.) hunc locum Juvenalis imitatione videt expressum, si ita legatur 10, 23.: *Quid suadet juveni laetus stridore catenae, Quem mire afficiunt inscripta, ergastula, carcer? Rusticus exspectas, ut non sit adultera Largae Filia, quae* etc. At — quod non levius est — qui ut Dacerius, Doeringius, alii, ad quorum sententiam nollem accessisset C. Passovius N. 283., ad fabularum commenta confugiunt, ii nobis fabulam ob-

trudunt aliunde non cognitam. Talem rusticum ignavum effigie descripsit Oth. Vaenius in *Emblem. Horat.* p. 26. Ex his ipsis apparet, quam parum hic locum habeat illa Doeringii de particula comparandi *ut* vel *sicuti* intelligenda observatio; exempla enim, quae praeterea affert ad id loquendi genus fere pertinent, in quo cernitur elegans illa Graecorum et Latinorum breviloquentia, qua haud raro appositioni ea vis tributa est, ut haberet simul comparationis significationem, ut Sat. 1, 1, 99., uti verissime judicavit Stallbaumius ad Plat. Symp. p. 159. Mecum sentire videtur sagacissimus omnium venustatum aestimator, Fr. Jacobs., utpote qui „plurima eorum, quae Doeringius ad h. l. attulerit, falsa esse dicat et aliena." — v. 43. *volubilis*, ita Od. 4, 1, 40. *aquas volubiles.* Versus naturam aquae verbis describens ex talibus est, qualis legitur Epist. 1, 10, 20., et A. P. 17. Sic supra versus 15. celerrime decurrens optime notat populorum in diversas partes abeuntium mobilitatem eorumque calida consilia, quem ad modum v. 14. tarde fluens poenae Achivis sustinendae gravitatem; in eodem numero ponendus est v. 31. et fortasse 1, 1, 12. ad quem locum Dorighello lento versu meditandi tarditatem exprimi indicat. Veteres interpretes in Horatio utpote versificatore paulo negligentiore talia non curant, quanquam qui poëmatum pulchritudine moventur maximam inde hauriunt voluptatem. Quod Horatius h. l. de flumine, Seneca (de brev. Vit. c. 10.) de tempore dicit: *Praesens tempus — fuit et praecipitatur; ante desinit esse quam venit. Nec magis moram patitur quam mundus aut sidera, quorum irrequieta semper agitatio nunquam in eodem vestigio manet.* Quodammodo huc faciunt, quanquam alio sensu, versus elegantes Ovidii Art. 3, 62: *Ludite; eunt anni more fluentis aquae. Nec quae praeteriit, iterum revocabitur unda; Nec, quae praeteriit, hora redire potest. Utendum est aetate; cito pede labitur aetas.* Egregie etiam describit temporis fugacitatem flumini comparatam Ovid. Met. 15, 179 ss. ibique Bach. p. 449. Alia affert Schmidius.

V. 44. *Quaeritur — creandis Uxor.* Ordo sententiarum: „Omnino autem homines, et juvenes Romani singulatim student potius utili, quam honesto s. sapientiae. Quaerunt enim ante omnia argentum „*Virtus post nummos*" clamitantes — uxorem bene dotatam et praedia ampla, quanquam sua sorte esse contentum homines reddit beatos." Acerba vox, qua Horatius ubique multum

variata sui temporis mores perstringit. Exemplum hujus rei gravissimum habes in Epist. 1, 1, 52 — 59. In hunc sensum jam Aristot. Polit. 8, 3. *τὸ ζητεῖν πανταχοῦ τὸ χρήσιμον ἥκιστα ἁρμόττει τοῖς μεγαλοψύχοις καὶ τοῖς ἐλευθέροις.* At quam *Weberus* hujus loci statuit rationem, ea vereor ut omnibus probetur. Est haec: „studiose colligis vasa argentea, exquiris uxorem liberis procreandis aptam, terram incultam operose reddis fertilem; cur non ante omnia animum tuum excolis, sine cujus cura nulla re recte uti valebis?" Quum autem Poëta ad ea, quae sequuntur v. 46. transeat, verba extrema: *cur non* etc. rem incommode iterant paulo ante transactam. Neque hic, ubi generatim de divitiis colligendis agitur (cf. v. 47.), *argentum* intellexerim *vasa argentea*, utpote huic rerum ordini parum accommodata. Praeterea nollem Vir doctissimus assensus esset Cruquio, Chabotio, Desprezio, aliisque, quibus *beata uxor* intelligitur *εὔγονος γαμέτις*. Quae tamen interpretatio multo probabilior videtur ea, quam proposuit Piscator, ut *puer. creand.* sint Ablativi significantes causam i. e. beata creando pueros, sive ob id, quod creat pueros; a qua re aliquantum recedit, qui plura commiscet, Hocheder: „*beata* = apta, ita ut maritum beet." Incassum eunt omnia. De conjugio enim dotis liberumque gratia conhaerente agitur. Sic Plutarch. Conjug. Praecept. VI. p. 539. Rsk.: *γάμος, ὁ μὲν τῶν ἐρώντων, ἡνωμένος καὶ συμφυής ἐστιν. ὁ δὲ διὰ προῖκας ἢ τέκνα γαμούντων ἐκ συναπτομένων.* Jamblich. adhort. ad philos. c. 21. p. 316. Kiessl.: *Χρυσὸν ἐχούσῃ μὴ πλησιάζε ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ,* mystica autem est hujus dicti interpretatio, quae p. 372. legitur. Eurip. Hippol. 1011. *Ἔγκληρον εὐνὴν προςλαβών.* Val. Max. 7, 7, 4. *dotem, quia non creandorum liberorum causa conjugium intercesserat, virum retinere vetuit.* Itaque *beata* per irrisionem quandam dicitur *uxor* bene nummata seu *dotata* Od. 3, 24, 19., *uxor cum dote*, s. quae habet *dotales agros* Epist. 6, 21. 36. Sic *beatus* Nasidienus Sat. 2, 8, 1., *beati parentes* Od. 2, 4, 13. Eodem plane sensu Arellius Fuscus ap. Senec. Controv. 1, 6. *Insistens malum est beata uxor.* Pluribus hanc significationem cum Graecorum *ὄλβιος, μακάριος* comparatam illustrant Lambin. et Heind. ad Sat. 1. 1. Cuper. Obss. 3, 1. Drak. ad Sil. 1, 609. et Leipz. Lit. Zeit. 1833. p. 1900. Quod Poëta addit *pueris creandis* plures afferri possunt causae. Primum est ex formula in nuptiis legitimis usitata: *ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων, liberum quaerendorum,* sive *lib. procreandorum causa.* Deinde hac una *τῆς τεκνοποιΐας* conditione dos legi-

time dabatur retinebaturque. Qua re observata cum magna irrisione intenditur Epitheti *beata* significatio. Vid. Heineccii *Antiquit. Rom. Jurispr.* 2, 7, 3 sqq. et Rein. *Römisch. Privatrecht* p. 194 sqq. Tum haec formula addita videri potest ex recenti legis *Juliae de maritandis ordinibus* memoria, quam tamen Augustus (726 a. u. Varr.) prae multitudine recusantium perferre non potuit. Ad eandem respicit Propertius 2, 6. Vide, quem laudat Zimmern *in Geschichte d. Röm. Privatrechts* I. p. 110., Ch. Wenck. in *Obss. ad jurispr. elegant. fac. Trig.* Lips. 1825. p. 16 sqq. et cf. Lips. Excurs. ad Tac. Ann. 3, 25. II. p. 534. Rupert. Quicquid est, formula tam verecunda fuit Romanis auribus, ut ne puer quidem ea potuerit offendi *). Hinc Plutarchus l. l. p. 544. *Τούτων δὲ πάντων ἱερώτατός ἐστιν ὁ γαμήλιος σπόρος καὶ ἄροτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει.* Ex Aristotelicorum placitis ap. Stob. (Eclog. 2, 7. p. 322.): *Πολιτεία δὲ πρώτη, σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον ἐπὶ τέκνων γενέσει καὶ βίου κοινωνίᾳ.* Cf. Diog. Laert. 7, 121. et Plat. de Legg. 11. p. 974. Frkf. Charit. 3, 2. ἔξω σε γαμετὴν παίδων ἐπ' ἀρότῳ κατὰ νόμους Ἑλληνικούς, ubi vid. Dorv. p. 345. et 344. ed. Lips. Ennius in Cresph. p. 220. ed. Lindem. *ducit me uxorem liberorum sibi quaesendum gratia.* Id. in Androm. *liberum quaesendum causa familiae matrem tuae.* Augustin. de morib. Manich. 2, 18. *Nuptiae, ut ipsae nuptiales tabulae clamant, liberorum procreandorum causa marem feminamque conjungunt.* Plaut. Aul. 2, 1, 26. Captiv. 4, 2, 109. et Mil. glor. 3, 1, 85. Cic. Acad. 2, 34, 109. *in uxore ducenda, in liberis procreandis.* Sueton. Jul. c. 52. Liv. Epitom. lib. 59. Varro ap. Macrob. Saturn. 1, 12. Adde Gaj. 1, 29. Ulp. Fragm. 3, 3. Lips. et Rupert. ad Tac. 11, 27,, interppr. ad Gell. 4, 3. 17, 21., Elmenh. ad Arnob. I. p. 6. et VII. p. 183. Herald. p. 263. ed. Salmas., Hemsterh. ad Lucian. Tim. 17. I. p. 372. Bip. Peerlk. in Bibl. crit. nov. I. p. 96. Brisson. de Formulis 6, 122. et quos laudat Creuzer in Abriss. der Römisch. Antiquit. §. 68. p. 100. imprimis Platon. Cratyl. p. 78. ed. Heind. et Böttig. „Aldobrand. Hochzeit" p. 166 sqq. — Ac ne quis in *pueris* argutetur, observari licet, *pueros,* ut παῖδας, de utroque sexu dici. Cf. Epist. 7, 17. Od. 2, 18, 34. 4, 9, 24. Ita *filii, soceri, avi, reges.* Vid. Bentl. ad Sat.

---

*) Stangius p. 10: „Vv. 44—54. tantum abest ut puerum fuisse, cui scripti sint, censeamus, ut ne posse quidem puero apte scribi videantur."

1, 1, 100. Heyn. ad Tib. 2, 2, 21. Burm. ad Val. Fl. 6, 274. Wagn. ad Virg. Aen. 2, 457. 579. et de Graecis Wüstem. ad Theocr. 22, 164. Porson. ad Eurip. Orest. 1051., quam loquendi consuetudinem etiam latius patere docet Jacob. in *Disputat. de usu vocab. levis et lenis ap. poëtas latinos.* Numburg. 1836. p. 17. His fere argumentis hunc locum elegantem olim a Guyeti calidis conatibus tueri ausus sum. Mecum plene faciunt Schmidius, doctissimus nostrorum studiorum socius, Vossius, Scheller. et C. Passovius, qui sic vertit: „Geld anstrebet der Sinn und für Kindererzeugung die reiche Gattin."

V. 45. *Uxor — silvae.* Wakefieldius, ut supra dixi, scripsit *placantur*, quoniam *„pacatus,"* ut ait, „est ager sine hoste, ut *Hercules pacavit* (Virg. Aen. 6, 804.) *Erymanthi nemus.* Passim vero coeunt *mitis* et *placidus* etc. Od. 1, 18, 2., Epist. 2, 2, 186." Eichstadius, V. Exc., addit *placare* terram dici ut ἐξημερῶσαι γαῖαν Eurip. Herc. fur. 20., *mite* et *placatum* jungi a Cicerone ad Attic. 5, 1., a Plinio 8, 53., *animalia placida et fera*, et *placida* voci *immitia* opponi ab ipso Horatio Epist. ad Pis. 12., neque usum verbi *pacare* Senec. Herc. f. 442., Virg. Aen. 6, 804., Ovid. Heroid. 9, 13. convenire in hunc locum. At germana est scriptura *pacantur*, dummodo vim verbi et metaphorae recte enodaveris. Ridet Poëta h. l. nimiam Romanorum operam industriamque, qua, ut augerent latifundia, incultas regiones ipsasque silvas agriculturae accommodare sive novalia facere solebant. Vid. Virg. Ge. 2, 207 ss., Colum. R. R. 2, 2., Plin. H. N. 17, 5. *Pacare* autem opponitur fere *hostili*, *placare irato*; quocirca sic interpretor: *incult. silv. i. e.* loca arboribus s. dumetis consita atque ob eam causam *inculta*, horrida *pacantur* i. e. propter silvas suas omni agriculturae quasi hostiliter adversantes aratro domantur, ita ut agriculturae sese submittant. Eadem metaphora usus est Virg. Aen. 9, 609., quem locum apte laudat Doering. *Aut rastris terram domat.* Adde Lucret. 5, 932. *ferro arva molitur.* Propert. 4, (5. ed. Lachm.) 9, 3. *Venit ad invictos — montis* i. e. aratris et ligonibus non tactos. Juv. 11, 89. *Erectum domito referens a monte ligonem.* Ovid. Fast. 1, 666. *Omne reformidat frigida vulnus humus.* Id. Met. 1, 102. *Saucia vomeribus — tellus.* Ibid. 2, 286. *adunci vulnera aratri Rastrorumque fero totoque exerceor anno.* Ibid. 11, 31. *boves presso subigebant vomere terram.* Cic. de Legg. 2, 18, 45. *terram ferro subjiciendam*, alii *subigendam.* Columell. 6, 22. *terram aratro domare.* Plin. Epist. 5, 6, 10. *solum*

— *ut nono demum sulco perdometur*. Petron. 99. *aratro domefacta tellus nitet*. Cf. Virg. Ge. 1, 125. 494. Tib. 2, 3, 8. Ex his exemplis apparet, similitudinem a re militari petitam varie transferri ad agriculturam. Simili sensu *arva coguntur parere, servire*, quod bene annotavit Heynius ad Virg. Aen. 1, 3., qui quidem versus Aeneidi praefixi sunt. Sic Germanicus in Arat. Phaen. p. 96. ed. 1589.: *fructusque dabat pacata colono Sponte sua tellus*, uti hunc locum laudat Fea ad Sat. 1, 1, 29. In re non prorsus dissimili, de aurifodinis, Lucil. Jun. Aetn. 269.: *Torquentur flamma terrae ferroque domantur*. Fr. Jacobs comparat Plutarch. vit. Num. c. 16. τρέπων ἐπὶ γεωργίαν τὸν δῆμον ἅμα τῇ χώρᾳ συνεξημερούμενον. Vides igitur, si hominum laborem respicias, quem in tali re consumunt, bene dici *pacari*, si vero terram ipsam, quae labore illo mitior fit, *placari*, ut *mansuescere* Virg. Ge. 1, 152. Praeterea ex ratione totius loci apparet, *silvas* a Zurckio perperam intelligi agros spinis, lappis et tribulis asperos; intelligitur potius agrorum silvestrium cultura, de qua vid. Epist. 2, 2, 186. Ad sensum Virg. Ge. 2, 211. *At rudis enituit impulso vomere campus*. Vox *incultae* haud scio an possit ad ipsas silvas relata eo sensu accipi, quo Virg. Ecl. 4, 29. *Incultisque rubens pendebit sentibus uva* (Voss: „wildernde Waldung"), vel per prolepsin explicari sic: „Silvae aratro agriculturae subjiciuntur, ut (ipsae) incultae sint, non amplius colantur." Ita Epod. 17, 4. *refixa devocare sidera* pro devocare, ut refixa sint; ubi vide Jahn. et ad A. P. 294., ad Virg. Ge. 1, 320. Eodem modo explices Od. 2, 9, 1. *hispidos agros* et Virg. Aen. 3, 508. *Sol ruit, interea et montes umbrantur opaci*. Plura hujus generis suppeditant Bauer. ad Sanct. Minerv. II. p. 342., Weber. ad Juven. Sat. 6. p. 442. et Wellauer. in Seebodii „Archiv" 1831. p. 405 sqq.

V. 46. *Quod satis — optet*. Schol. Cruq.: „*Quod — contingit: Monet hic, si ea quae cupit aliquis, consecutus et adeptus fuerit, cupiditati suae finem faciat. Sic alibi, bene est cui Deus obtulit parva quod satis est manu.*" (Od. 3, 16, 42.) Minus recte; formula enim *quod satis est* significat vitae necessaria, τὰ ἀρκοῦντα, (vid. Mitsch. ad Od. 3, 1, 25. et Schmid. ad Epist. 2, 2, 52.) et contraria est formulae: *plura parare*, de qua dixit Kirchner. ad Sat. I. p. 190. Sententia ex ipsa ipsius Poëtae philosophia deprompta videtur, vid. Od. 1, 31, 17. 2, 2. 2, 16, 13. 2, 18. 3, 1. 16. imprimis 16, 25 sqq. 4, 9, 45 sqq. Epist. 10, 46. Rem illustrat Senec. Epist. 14. *Is maxime divitiis fruitur, qui minime divitiis indiget.* —

Nemo autem sollicito animo fruitur. Adjicere aliquid illis studet, dum de incremento cogitat. Id. 15. *Vita stulta — nostra dicitur, quos coeca cupiditas in nocitura, certe nunquam satiatura praecipitat: quibus si quid satis esse posset, fuisset: qui non cogitamus quam jucundum sit nihil poscere, quam magnificum sit plenum esse, nec ex fortuna pendere.* Id. 2. *Quis sit divitiarum modus, quaeris? Primus, habere quod necesse est: proximus, quod sat est.* Id. 108. *Is minime eget mortalis, qui minimum cupit. Quod vult habet, qui velle, quod satis est, potest.* Cf. 16. et Cic. Parad. 6, 1, 42. Democritus ap. Orell. I. p. 124. N. 162. Ὁ κατὰ φύσιν πλοῦτος ἄρτῳ καὶ ὕδατι καὶ τῇ τυχούσῃ τοῦ σώματος σκέπῃ συμπεπλήρωται· ὁ δὲ περιττὸς κατὰ ψυχὴν ἀπέραντον ἔχει καὶ τὸν τῆς ἐπιθυμίας βάσανον. Simile est illud praeclarum Pauli ad Timoth. 1, 6, 8.

V. 47. 48. Sententiarum ordo: „Si, quod necessariis vitae usibus commode sufficit, tibi fuerit datum, quid expetis ultra, quum ipsa divitiarum amplitudo neque ex corpore morbum neque ex animo aegritudinem depellere possit? Attamen et corpore et animo valere debet is, qui uti et frui vult re sua.“ In qua re significanda quam apte respondeant singula iis, quae V. 44. 45. dixit, nemo non videt. Eandem fere sententiam expressit Od. 3, 1, 41 ss. Cf. etiam Od. 2, 16, 9. 3, 24, 7 ss. Sat. 1, 1, 80 ss. 2, 3, 109. Epist. 2, 2, 195 ss. Neque dissimilis est elegans Varronis locus, quem ex Burmanni mente ad Anth. lat. T. I. p. 512. Horatius imitatus est: *Non fit thesauris, non auro pectu' solutum. Non animis demunt curas ac relligiones Persarum montes, non atria diviti' Crassi.* Plutarch. de Tranq. anim. VII. p. 821. οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει καλτίκιος (κάλτιος?), οὔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας, οὐδὲ διάδημα κεφαλαλγίας. Lucret. 2, 34 ss. Tib. 3, 3, 21., quos locos Lambinus laudat; Juv. 14, 156 ss. ibique Rupert. —

V. 49. 50. *Valeat — uti. Valeat* i. e. corpore et animo, ut, quod de se ipso dicit Od. 1, 31, 17. *frui paratis possit.* Animi sanitas significatur v. 51. et seqq. Sensum ita planum non percepit *Cludius,* quum verteret: „Davon muss der jetzige Herr ja, wann er denkt, nun erst des gesammelten Guts zu geniessen.“ *Comportatis bene uti,* τοῖς συγκομισθεῖσι καρποῖς εὖ χρῆσθαι, i. e. rebus non solum sapienter uti, verum etiam iis contentum esse ac non quaerere ampliores majoresque; haec est enim in tali re notio verbi χρῆσθαι et *uti;* cf. P. Victor. Lect. 30, 11. Ceteroquin in v. *com-*

port. orationis color a Graecis petitus est, qui συγκομίζειν de frugibus colligendis usurpant; cf. Turneb. Adv. 26, 27. Pari modo Sat. 2, 3, 109. *nescius uti compositis.* Jamblich. adhort. ad Phil. c. 8. p. 128. ed. Kssl.: εἰ γὰρ καὶ πάντα τις ἔχοι, διεφθαρμένος δ' εἴη καὶ νοσῶν τῷ φρονοῦντι, οὐχ αἱρετὸς ὁ βίος· οὐδὲν γὰρ ὄφελος οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν. Apprime huc faciunt etiam Menandri versus a Torrentio laudati: *Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει, χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς.* (ed. Meinek. p. 46.) cf. Terent. Heaut. 1, 2, 21 ss. Horatius enim, qui philosophorum praecepta ita percepta habebat, ut iis uteretur ad legem vitae, divitiarum notionem sibi formaverat talem, qualem legimus apud Aristot. (Rhetor. 1, 5.): τὸ πλουτεῖν ἐστὶν ἐν τῷ χρῆσθαι μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ κεκτῆσθαι. Hinc etiam in Tibullo laudat (Epist. 1, 4, 7.) *artem fruendi,* et de se ipso, jocose quidem, *Quo mihi fortunam,* ait, *si non conceditur uti?* Epist. 1, 5, 12. cf. 2, 2, 190—98. Od. 4, 9, 48.

V. 51. *Qui — et res.* In eandem rem vide Epist. 1, 16, 65. 2, 2, 156. Sat. 1, 1, 78. Plutarch. de Tranq. anim. VII. p. 838. Rsk.: οὐδὲ δεῖ κτᾶσθαι μὲν ὡς μεγάλα, καὶ τρεμεῖν ἀεὶ δεδιότας ὡς ὑπὲρ μεγάλων, μὴ στερηθῶμεν. Ibid. p. 854. ἡ γὰρ σφοδρὰ περὶ ἕκαστον ἐπιθυμία σφοδρότατον φόβον ἐμποιοῦσα τοῦ μὴ παραμένειν. Senec. Epist. 14. *Qui eget divitiis, timet pro illis.* Cic. Parad. 1, 1. *neque solum, ea qui habent, libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu.* Quodsi Fr. Jacobs contra Doeringium hunc locum ad avarum solum referentem recte monet, „de omnibus agi, qui cupiditate aliqua metu vexentur," Poëtae tamen animo imprimis avarum esse obversatum crediderim.

V. 52. *Ut — podagrum.* Qui *tomenta* scribi malunt, id ideo necessarium putant, quia omnis sententiarum nexus aliquid desideret flagitetque, quod bene valenti gratum sit, cujus commodis ne aegrotus quidem frui queat. At comparatio pertinet ad *juvat,* non ad *valeat,* uti mox demonstrabitur. Contra patronos conjecturae *tomenta* Handius l. l. ita surrexit, ut inter alia doceret, errare interpretes, quum lippitudinem pictis tabulis, podagram fomentis auctam dicerent, ut rebus cupiditatem! Neque enim de ingravescente morbo loqui Poëtam, sed velle: „Qui metu et cupidine turbatur, is rebus ac vita frui non potest, quemadmodum pictae tabulae non oblectant lippi sensum, nec fomenta, quae frigori adhibentur, podagri membra refrigerant." Fomenta igitur opinatur

V. D. proprie intelligi *calida, fovimenta;* et podagram, ex mente veterum, ardore conficere membra. Cic. de Fin. 5, 31, 94. Plin. H. N. 26, 64. At Celsus 4, 24. de usu frigidorum quoque ipsis verbis praecipit: *Nam si tumor nullus est, calidis fomentis opus est. — Sin vero tumor calorque est, utiliora sunt refrigerantia, recteque in aqua quam frigidissima articuli continentur* etc. Hinc *fomenta* generatim intelligenda, ut sensus sit: *Qui animo aegrotat, non magis percipit fructum ex re sua, quam podager ex fomentis,* quia haec (scil. malo altius insidente) eum non sanant; nisi mavis sensu angustiore: *Qui a. aegr.,* is non magis *re sua sanatur* et *delinitur* quam lippus tabulis pictis, *podager fomentis* etc. Hanc enim propriam verbi significationem imprimis hic viderunt Vavassor in Antibarb. p. 594. et Burmannus ad Petron. 18. p. 63. Inter omnes enim constabat, podagram medicamentis non sanari; hinc Ovid. ex Pont. 1, 3, 23: *Tollere nodosam nescit medicina podagram;* Lucian. Tragopodagr. 28 sq. ὥς εἰς μάτην σε πάντες ἀμφιθάλπομεν, Ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι. Locus ita explicatus etsi nulla emendatione indigere videtur, nuper tamen vir doctus quidam, nomine Cremutius Cordus, Buherii conjecturam e mente auctoris explicare atque novis quasi fulcris fulcire aggressus est. Vid. Seebodii „Archiv für Paedag. u. Philol. 1826. fasc. 4. p. 75 sq.;“ ubi docet, Poëtam exempla ab iis rebus petisse, quae sano validoque commodae, aegroto autem valde incommodae essent: „die hellen Farben eines Gemäldes, das der lichtscheue Augenkranke nicht ohne Schmerz anblicken kann, eine angenehme Musik, die dem am Gehör Leidenden die Ohren zerreisst;“ sic tomenta pariter atque omnis generis culcitas plumis fartas (Federkissen) podagricis atque arthriticis maximum afferre incommodum. Nolo nunc quaerere, num conjecturam ita intellexerit Buherius ipse; in eo autem fallitur Crem. Cordus *), quod tomenta generatim putat esse culcitas ex plumis confectas. Inter omnes enim constat, plumarum usum in hac re rarum fuisse apud veteres, quum tomenta potius e lana, caprarum pilis vel ex stuppa,

---

*) Ad haec, quae olim scripseram, Fr. Jacobs.: „Cremutius Cordus, quem hominem novi tanquam me ipsum, non hoc potissimum egit, ut conjecturam *tomenta* tueretur, sed ut Doeringium leniter derideret, qui Bouherium podagricum fuisse negat, quod falsissimum esse constat.“

herbis mollibus arundinisque quodam genere conficerentur, quae res, testibus medicis, podagris sunt pergratae. Cf. Scribon. Larg. c. 41, 158. 160. 162. Quodsi hoc est, facile intelligitur, in ea interpretandi ratione, quam supra statui, esse acquiescendum. De tomentis vid. Salmas. ad Solin. p. 282., Gronov. Observatt. 4, 22. p. 343. et Hand. ad Diatr. in Stat. Silv. I. p. 160. Burm. ad Petron. c. 38., Voss. ad Virg. Ge. 3, 175. et quos laudat Pitisc. in Lexic. Antiq. Rom. II. p. 977. Cf. Schmid. ad h. l. Burmannus haud dubie etiam *tomenta e plumis confecta* intellexit, quum in Anthol. lat. l. l. scriberet: „*Fomenta* podagricis certe melius convenire videntur, quam *tomenta*, illis valde incommoda, quum vel ad tactum mollium perhorrescant. In Horatio autem *fomenta* non sollicitanda sunt: nam sic *fomenta summorum dolorum* dixit Cic. Tusc. 2, 24. Ovid. ex Pont. 2, 3, 94. *Fomentisque juvas vulnera nostra tuis.*" Sed hoc aliam *fomentorum* explicationem in mentem mihi revocat. Astius, v. d. (de Platon. Phaedro p. 98.) *fomenta* intelligit res, quae corpus fovent i. e. delectant, Cic. pr. Muren. c. 35. Qua explicatione posita ex mente ipsius is emergit sensus: „Nil juvant aegrotum res ad corpus delectandum suaviterque afficiendum comparatae; nam sanum eum esse oportet, qui illis frui, suaviterque vult affici." Non male; sed, si quid video, de hac fomentorum notione hic non agitur. Apulejus l. l. *Ego vero maritum articulari etiam morbo complicatum curvatumque, ac per hoc rarissime Venerem meam recolentem sustineo, plerumque detortos et duratos in lapidem digitos ejus perfricans, fomentis olidis et pannis sordidis et foetidis cataplasmatibus manus tam delicatas adurens* etc. cf. Cels. l. l. Ceterum similis plane color, observante Fr. Jacobs., in Epist. 11, 17 — 19. Similiter Isocrates ad Demonic. p. 12. ed. Wlf.: παραπλήσιον οἱ τοιοῦτοι (i. e. χρῆσθαι τοῖς ὑπάρχουσι μὴ δυνάμενοι) πάσχουσιν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον κτήσαιτο καλόν, κακῶς ἱππεύειν ἐπιστάμενος. Senec. Epist. 17. *Quemadmodum nihil differt, utrum aegrum in ligneo lecto, an in aureo colloces — sic nihil refert, utrum animus aeger in divitiis, an in paupertate ponatur, malum suum illum sequitur.* —

V. 53. De *auric. — dol.* (ὠταλγίᾳ) vid. annotata ad Epist. 1, 1, 7. Fortasse hunc versum ob oculos habuit J. Vestrit. Spurinna ap. Wernsd. III. p. 355.; *Atque aptos citharae conciliet modos surdis auribus strepens.* Cf. et Ovid. Amor. 3, 7, 61 ss.

V. 54. *Sincerum — acescit.* Sensus: „Si quis sensibus aut

externis corporis aut internis animi laborat, quaecunque his sensibus objiciuntur, colorem corruptionis trahunt." Apte hic laudat Lambinus Lucret. 6, 16 ss. *Intellexit ibi vitium vas efficere ipsum, Omniaque illius vitio corrumpier intus.* Tale erat dictum Pythagoricum: *Σῖτον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν* (Orell. Opusc. Graec. etc. I. p. 62.), et illud Epicteti ap. Gell. 17, 19.: *ἄνθρωπε, ποῦ βάλλεις; σκέψαι, εἰ κεκάθαρται τὸ ἀγγεῖον. — ἢν σαπῇ, ἢ οὖρον, ἢ ὄξος γένοιτο ἄν, ἤ τι τούτων χεῖρον.* Cf. Erasm. Adagg. 1, 1. p. 18. ed. Bas. et in sententiam Plutarch. de Virt. et Vitio VI. p. 381. Rsk. De simili proverbio: *Sincerum vas incrustare* vid. interpp. ad Sat. 1, 3, 56. Rem ipsam vid. ap. Cat. R. R. 107. Cf. Vaen. Emblem. Horat. p. 36.

V. 55. *Sperne — voluptas.* Horatius h. l. communem philosophorum expressit sententiam, ita tamen, ut additis vocibus *empta dolore* accuratius definiret naturam inhonestae voluptatis, quae conjunctam habet molestiam. Sic Xenophon. Apol. Socrat. 19. *πονηρὰ ἡδονή.* Cf. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 1, 9, 7. Democrates ap. Orell. I. p. 84. No. 36.: *Ἡδοναὶ ἄκαιροι τίκτουσιν ἀηδίας.* Solon ibid. p. 140. No. 2. *Ἡδονὴν φεῦγε· αὕτη γὰρ λύπην τίκτει.* Menander p. 319. ed. Meinek. *Ἐξ ἡδονῆς γὰρ φύεται τὸ δυστυχεῖν.* p. 334. *Φεῦγ' ἡδονὴν φέρουσαν ὕστερον βλάβην.* p. 321. *Ἡ γὰρ παράκαιρος ἡδονὴ τίκτει βλάβην.* Lambinus minus recte cum hoc loco comparat dictum Platonis (Phaed. p. 44. 132. ed. Wyttenb. Lips.), quo philosophus voluptatem ac dolorem natura sua invicem cohaerere demonstrat. Vide ibi Wyttenbach., qui plures alios laudat, bene cavens, ne quis Horatianum locum ex Platonis dicto expressum putet. Fortasse Horatius h. l. non immemor fuit Aristippi, qui pariter atque Epicurus nocentes voluptates fugiendas esse docebat. Vide *de Epicureorum voluptate severa* Sam. Petiti Misc. 4, 6. p. 28. Si Hieronymus l. supra l. adversus Jovinianum hunc locum affert, explicans suo more: *Irridet Horatius appetitum ciborum, qui sumpti relinquunt poenitentiam: dicens Sperne* etc.; haud scio, an magis Hor. ad Pythagorae illud de voluptate venerea respexerit praeceptum (de quo vid. Diog. Laërt. 8, 1, 9. cf. Xenoph. Mem. 1, 3, 15.), vel ad illud Sat. 1, 2, 39. Et quis est, qui hic non recordetur mali, quod sectando voluptatem sibi inflixit Paris? Nonne is libidine sua saepe dicitur excitasse bellum Trojanum? Haec fere sunt *damnosa Venus* Epist. 18, 21. et *damnosa libido.* Epist. 2, 1, 106., *impermissa gaudia.* Od. 3, 6, 27. Quinimo ipsum Paridis judicium a

veteribus fictum esse tanquam voluptatis cum virtute contentionem opinatur Athen. 12, 1. p. 397. Schwgh. Cf. Muret. Opp. ed. R. III. p. 295. et Vaen. Embl. Hor. p. 30.

V. 56. *Semper — finem.* Quum aliorum, tum nostri Poëtae est communis sententia, in quotidiana vitae observatione posita, avarum nunquam suis rebus contentum esse (v. Epist. 1, 33.), sed, quanto plura pararit, tanto plura cupere, congestis et comportatis uti nescientem; qui animi affectus Zenoni ἡ σπάνις dicitur, Diog. Laërt. 7, 1, 113. Hinc praeclare Aristot. Repub. 2, 7. p. 194. F. *ἄπειρος γὰρ ἡ τῆς ἐπιθυμίας φύσις· ἧς πρὸς τὴν ἀναπλήρωσιν οἱ πολλοὶ ζῶσι*; et apprime Cic. ad Herenn. 4, 17. pr. *Egens aeque est is, qui non satis habet, et is, cui nihil satis potest esse.* Claud. in Rufin. 1, 200. *Semper inops, quicumque cupit.* Curt. 7, 8, 20. *parasti famem, ut quo plura haberes, acrius, quae non habes, cuperes.* Alios in hanc rem locos laudant Riedel. ad Epist. 2, 1, 119. Schmid. ad h. l. et Mitsch. ad Od. 2, 2, 13 ss.; 3, 16, 17. 18. 28. 42. 24, 52 ss.; cf. Sat. 1, 1. 2, 3, 142 ss. Epist. 1, 6, 34 ss. 2, 2, 147 ss. — *certum v. p. finem,* cujus dicti explicationem pete ab ipso Hor. v. 46. et Sat. 1, 1, 92. *Denique sit finis quaerendi* etc. v. 106. *Est modus in rebus, sunt certi denique fines* etc. Horatius igitur vel hoc vult: modum statue cupiditati, contrahas cupiditatem (Od. 3, 16, 39.) vel uti Lambinus interpretatur: „certam aliquam ac definitam pecuniae summam opta et expete, quam ubi consecutus fueris, plura quaerere desine bonisque partis fruere et vive.“ Hanc explicationem etsi Haberfeld. impugnabat, quum, donec aliquis id, quod expeteret, fuisset assecutus, cupiditati et perturbationi locum dari contenderet, habet ea tamen, quo se tueatur. Horatius enim *certum finem* intelligit frugalitatem, Sat. 1, 1, 73 — 106. laudatam, s. id, quod *satis est;* quapropter *cert. v. p. finem* erit, *ne plura cogas, quam satis est.* Epist. 1, 10, 46., ubi vide. Cf. Pers. 3, 69., Juv. 14, 316. Senec. consol. ad Helv. c. 11. *Haec accidunt divitias non ad rationem revocantibus, cujus certi sunt fines; sed ad vitiosam consuetudinem* etc. Id. Epist. 15. *Finem constitue, quem transire ne possis quidem; si velis.* Id. 119. *qui satis habet, consecutus est, quod nunquam diviti contingit, finem.* Auson. Idyll. 3, 14. *Cui nullis finis cupiendi est, nullus habendi. Ille opibus modus est, quem status animo.* Contra autem Juv. 10, 23. *Prima fere vota et cunctis notissima templis Divitiae, crescant ut opes* etc., ubi vid. Weber. p. 317. Cruquii explicatio: *voto pete* i. e. optato a diis immortalibus, ut

habendi sitim sedent, animumque tranquillent, prorsus abhorret a philosophia Horatii, vid. Epist. 1, 18, 112. cf. Dac. ad Sat. 2, 6, 15., ubi tamen rem ipsam minus recte explicat.

V. 57 — 59. *Invidus — tormentum.* Ad sensum hujus loci proxime accedunt Sat. 1, 1, 111. *Quodque aliena capella gerat distentius uber, Tabescat.* Lucret. 3, 75. *Macerat invidia; ante oculos illum esse potentem, Illum adspectari, claro qui incedit honore; Ipsei se in tenebreis volvi coenoque queruntur.* Ovid. Met. 2, 780. *intabescit videndo Successus hominum, carpitque et carpitur una, Suppliciumque suum est.* Sil. Ital. 9, 371. *aegra laetis Invidia.* Claud. in Rufin. 1, 32. *Livorque secundis anxius.* Hinc Cic. Tusc. 3, 9, 20. *quod verbum* (invidentiae) *ductum est a nimis intuendo fortunam alterius.* Senec. de Benef. 2, 27. *Omnibus his vehementius et importunius malum est invidia, quae nos inquietat, dum comparat.* Aeschyl. Agam. 883. (786. Both.) (ὁ φθόνος) τὸν θυραῖον ὄλβον εἰςορῶν στένει. Theocr. Id. 5, 12. *ἐτάκει Βασκαίνων.* Antisthenes ap. Orell. II. p. 48. ὥςπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτως ἔλεγε τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι. Cf. Hug. Grot. ad Proverb. 14, 30. Alii alia. — V. 59. *Majus tormentum.* Sic *Ipsum se cruciat desaevitque invidus in se.* Var. Sentent. ed. Zell. p. 86. et apprime Curt. 8, 12, 18. *invidos homines nihil aliud quam ipsorum esse tormenta.* Lactant. Inst. 6, 4, 20. *Aliis inspirat invidiam, ut suis ipse tormentis occupati nihil aliud cogitent, quam eorum, quos oderint, felicitatem.* Fr. Jacobs laudat Jo. Sarisber. de Nug. Cur. 7, 24. de invidia dicentem: *nec leve tormentum credas, quo nullum gravius potuerunt Siculi excogitare tyranni.* De Siculis tyrannis insignis est locus ap. Cic. in Verr. 5, 56, 145. *versabatur in Sicilia longo intervallo alter, non Dionysius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam insula multos et crudeles tyrannos), sed;* — eandemque ob causam Sicilia a P. Orosio 2, 14. dicitur *nutrix tyrannorum.* Quum propter taurum illum aëneum (Cic. Verr. 4, 33, 73.) Phalaridis praeter omnes nobilitata sit crudelitas, eum imprimis ante oculos habuisse videtur Poëta. De illo vide, quae praeter Ebertum ab Orell. in Onom. Tull. II. p. 451. laudatum collegerunt testimonia Koeler. ad Heraclid. Pontic. c. 36. et Beier. ad Cic. Offic. 2, 7, 26. Rem vetustate obrutam ob eamque causam a multis in dubium vocatam nuper erudite vindicavit Pauly in „Kunstblatt zum Morgenbl.“ 1835. N. 57. p. 237. Ceterum sententiam horum vv.

imagine expressit Vaen. in Emblem. Horat. p. 88., in qua re nescio magisne vituperandus an laudandus sit.

V. 59. 60. *Qui non — et mens. Moderab. irae, quatenus*, ut ait Poëta Sat. 1, 3, 76., *excidi penitus vitium irae nequit.* In maximis iram ponit malis Epist. 2, 2, 207. Se ipsum tamen dicit *Irasci celerem* Epist. 20, 25. Cic. ad Q. Fr. 1, 1, 13. *Moderari vero et animo et orationi, quum sis iratus, aut etiam facere et tenere in sua potestate motum animum et dolorem, etsi non est perfectae sapientiae, tamen est mediocris ingenii.* De ira non eradicanda, sed moderanda optime disserit Muretus in Opp. III. p. 818. cf. p. 317. ed. Ruhnk. — *infectum* fere idem quod A. P. 168. *Commisisse cavet, quod mox mutare laboret.* Ita Od. 3, 29, 47. *neque Diffinget infectumque reddet*, ubi vid. Orell. Phocyl. 52. *Οὐκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.* — *dolor quod — et mens.* Minus recte G. J. Vossius (Instit. Orat. 5, 4. p. 313.), Sanadonus, Dorighello, alii explicant, ut sit *dolor et mens* dolor mentis seu offensio, in qua quidem re praeivit Cruquius, mentem affectatam dolore intelligens, „quae ira sit, quippe mens irata seu perturbata.“ At *dolor* est aegritudo crucians, qua quis injuriam sibi illatam perfert atque ad ulciscendum ardet, „Rachgefühl, Kränkung,“ indignatio. Virg. Aen. 9, 66. *Ignescunt irae et duris dolor ossibus ardet.* Ovid. Met. 12, 373. *Ipse dolor vires animo* (*θυμῷ*) *dabat.* Senec. de Ira 1, 3. *iram esse cupiditatem doloris reponendi.* Id. 2, 32. *Ira habet aliquam voluptatem et dulce est, dolorem reddere.* Aristot. Rhetor. 2, 2. *Ἔστω δὴ ἡ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης.* Cf. Brem. ad Nep. Lysandr. 3, 1. et Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 88. Contra *mens* idem quod *animus* (v. 62.) *θυμός*, ardor, excandescentia, quae hominem ad agendum impellit atque incitat. Ita Od. 1, 16, 22. *Compesce mentem.* Alia plura afferunt *Bentlejus* et *Schmidius*, quos vide. Ita *dolor* et *ira* junguntur ap. Tac. Ann. 1, 41. et *ὀργὴ* et *θυμὸς* ap. Graecos, vid. Jacob. ad Lucian Tox. p. 55. Huc accedit Horatii consuetudo, qua similia componit vel genus explicat per speciem et contra, ita tamen, ut vis posterioris vocis fere planius indicetur atque augeatur, quaeque quia ab interpretibus parum observata pravae saepe interpretationis causa fuit, luculenta aliquot apponam exempla. Sic v. 36. *studia* et *res honestae.* Od. 1, 2, 15. *monumenta regum Templaque Vestae.* 3, 9. *robur et aes triplex.* 2, 7, 9. *Philippos et celerem fugam.* 3, 6, 2. *templa Aedisque labentes Deorum.* Ibid. 20. *patriam populumque.* 3, 4, 4. *fidibus*

citharaque. 1, 37, 7. *funus — ruinas*. 3, 18, 2. *fines et aprica rura*. 21, 17. *Viresque et addis cornua*. Sat. 1, 3, 103. *verba — nomina*. 5, 98. *risus jocosque*. Epist. 1, 1, 16. *agilis fio et versor*, ubi vid. annotata p. 42., ibid. 34. *verba et voces* itemque *condo et compono; tarda et ingrata tempora; spes et consilium*. 6, 1. *una — solaque*. 59. *forum populumque*. 7, 90. *scabrum intonsumque*. 14, 8. *mens — animusque*. 15, 17. 16, 74. *perferre patique*. 18, 103. *Secretum iter et fallentis semita vitae*. A. P. *nubes et inania*. 444. *sine rivali — solus*. Cf. Bentl. ad Epist. 1, 3, 22. C. Passov. ad Sat. 1, 3, 85. Schmid. ad Epist. 2, 1, 21. et Mitsch. ad Od. 3, 29, 12. Praeterea huic loco lucem affert Aristot. Topic. 4, 1. οὐ γὰρ ἡ ὀργὴ τῆς λύπης, ἀλλ' ἡ λύπη τῆς ὀργῆς αἰτία.

V. 61. *Dum — inulto*. Qui *od. inculto* pro Ablativo habent, fere sic interpretantur: „Poenitebit eum ejus, quod fecerit, dum, ut animum vindictae plenum saturet, sive animo non satiato, vehementer fertur ad vindictam.“ C. Passov. „in entzügelter Rachsucht.“ Qui pro Dativo, fere sic: „dum violento impetu ultionem ejus properat, ad vindictam ejus fertur, quem odit.“ Alii aliter, vid. Lamb. et Hoched. Atque haud scio, an rectius vox *inulto* instar Participii perf. pass. significatione potentiali intelligatur i. e. odio insatiabili, animo, qui expleri nequit, quia *odium* nec modum nec finem habet. Ita Od. 1, 24, 7. *incorrupta fides;* Od. 2, 6, 2. *Cantaber indoctus*, et quae sunt similia, de quibus dixerunt Heusinger. ad Cic. de Offic. 1, 17, 9. et Kritz. ad Sallust. Jug. 76, 1. In sensum Ovid. Met. 5, 668. *Ibimus in poenas et, quo vocat ira, sequemur*. Ibid. 6, 671. *Tereus dicitur dolore suo poenaeque cupidine velox*. Senec. de Ira 3, 1. *Cetera vitia impellunt animos, ira praecipitat*. Id. 1, 16. *ira festinat*. Aristot. Ethic. Nicomach. 7, 7. ὁ θυμός, διὰ θερμότητα καὶ ταχύτητα τῆς φύσεως ἀκούσας μέν, οὐκ ἐπίταγμα δὲ ἀκούσας, ὁρμᾷ πρὸς τὴν τιμωρίαν. Chrysost. de sacerdot. 3, 14. θυμὸς ἄτακτος καὶ μετὰ πολλῆς φερόμενος τῆς ῥύμης.

V. 62. *Ira furor brevis est*. Antiqua vox et in ore habita multorum. Philemo ed. Meinek. p. 417. *Μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα*. Plato de Legg. 12. p. 977, D. μαίνονται μὲν οὖν πολλοὶ πολλοῖς τρόποις. — εἰσὶ δὲ οἱ διὰ θυμοῦ κακὴν φύσιν etc. Cat. min. ap. Stob. 175, 33.: *Τὸν ὀργιζόμενον νόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν*. Nil. ap. Orell. I. 60. p. 326. *Κόλαζε τὸν θυμόν, μανίας γάρ ἐστι πατὴρ τὸ μέτρον ἐξερχόμενος*. Macedo ibid. I. p. 678. *Τῆς ὀξυθυμίας τὸ ἄχθος μανία*. S. Nilus ibid. II. p. 428.: *Ὀργὴ πάθος*

σέτι μανιῶδες etc. Galen. de affect. cur. c. 5. Ὁ θυμὸς οὐδὲν ἀποδεῖ μανίας. Plutarch. de puer. institut. 13, 184. — τὸ πολὺ τῆς ἀκρατοῦς καὶ μαινομένης ὑφαιρεῖν ὀργῆς. Cf. Even. in Delect. Epigr. Graec. 7, 64. et Phocyl. 58. Muret. laudat Themist. Or. de Amic. 3. p. 72. Ἐγὼ δὲ οἶμαι τὴν μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι. Cic. Tusc. 4, 36, 77. *Ira vero, quae quam diu perturbat animum, dubitationem insaniae non habet.* Ibid. 4, 23, 52. *An est quicquam similius insaniae quam ira? quam bene Ennius initium dixit insaniae.* Senec. de Ira 1, 1. *Quidam e sapientibus viris iram jam dixerunt brevem insaniam; aeque enim sui impotens est* etc. Arnob. adv. Gent. 1. p. 10. *Quid est enim aliud irasci, quam insanire, quam furere?* Inde Virg. Aen. 4, 697. *subitoque accensa furore;* ib. Heyn. Cf. Mitsch. ad Od. 1, 16, 5. — *animum rege.* Ita praecipit Chilon ap. Orell. I. p. 140. Θυμοῦ κράτει. Periander ibid. p. 186. Ὀργῆς κρατεῖν. Menander p. 322. Θυμοῦ κρατῆσαι κἀπιθυμίας καλόν. Cf. Plat. de Republ. 4, 15. et Cic. de Rep. 1, 38. Ovid. Heroid. 3, 85. *Vince animos iramque tuam, qui cetera vincit.* Senec. Hippol. 256. *Moderare — effrenae mentis impetus; Animos coerce!* Sic Cicero pr. Marcell. 3. *animum vincere* et *iracundiam cohibere* conjungit. Cf. Ruhnk. ad Terent. Eun. 5, 6, 14. Haec omnia propter Achillis iram, de qua etiam disputat Plutarch. de aud. Poët. VI. p. 67. 95. dilata esse nemo erit, quin videat.

V. 63. *Imperat — catena.* Sensum hujus dicti optime explicuit Bentlejus, quem vide. Cf. Epist. 10, 47. In rem Plaut. Trin. 2, 2, 25 sqq. *Tu si animum vicisti potius, quam animus te, est quod gaudeas* etc. Inde Cic. Tusc. 2, 21, 47. *Haec* (ratio) *ut imperet illi parti animi, quae obedire debet, id videndum est viro.* Ovid. Met. 9, 28. *accensae non fortiter imperat irae.* Aristot. Topic. 5, 1. οὔτε τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμικὸν ἀεὶ προστάττεται, ἀλλὰ καὶ προστάττει ποτέ. Senec. de Ira 1, 7. *Commota enim semel et concussa mens ei servit, a quo pellitur.* Id. 1, 16. *Habet, inquam, iracundia hoc mali, non vult regi.* — *hunc frenis, hunc tu compesce catena.* Hunc Pronominis in altero plerumque membro positi usum praeter Bentl., Jan., Mitsch., Peerlk. ad Od. 1, 9, 15. pluribus illustrarunt Dissen. ad Tib. 1, 1, 37. et Corn. Müller. in *Commentatt. de locis alqt. Juvenalis spec.* I. p. 29., de Graecis Nitzsch. in *„Anmerkungen zu Homers Odyssee“* I. p. 87. 111. et Stallbaum. ad Plat. Gorg. c. 83. p. 267. Sunt, qui hoc dictum ex Platonis philosophia interpretentur, cui homo quatuor perturbationibus, ut

equis indomitis, quibus ratio frena injicere debeat, ferri dicitur; at similitudo, ab equo indomito desumpta, antiquorum temporum fere communis est. Phocyl: 53. χαλινοῦ δ' ἄγριον ὀργήν. Demophil. ap. Orell. I. p. 6. Οἱ μὲν τραχεῖς ἵπποι τοῖς χαλινοῖς, οἱ δ' ὀξεῖς θυμοὶ τοῖς λογισμοῖς μετάγονται. Menand. ed. Meinek. p. 334. ψυχῆς μέγας χαλινὸς ἀνθρώποις ὁ νοῦς. Gregor. Nazianz. ap. Orell. I. p. 402. θυμὸν χαλινοῦ, μὴ φρενῶν ἔξω πέσῃς. Theodectes ap. Stob. de Rer. Natur. p. 141. Ἀλλ', ὦ τάλαν Θυέστα, καρτέρει δάκνων Ὀργῆς χαλινόν. Cf. Aeschyl. Agam. 1566. (Both.) Prometh. vinct. 996 sq., interpp. ad Epist. Jacob. 1, 26. et Mitsch. ad Od. 1, 16, 22. 3, 24, 29. Juv. 8, 88. *pone irae frena modumque.* Pers. 5, 39. *Et premitur ratione animus vincique laborat.* Cic. pro Mil. 28. *furorem frenare.* Lactant. Inst. 5, 10, 9. *qui — iram frenare nequiverit.* Similiter *appetitus* comparantur *equis*, qui e gyro rationis longius evagantur ap. Cic. de Offic. 1, 19, 102. ibiq. Beier. et ad 1, 26, 90. Cf. Plutarch. de Virtut. mor. VII. p. 750. R. et de Pueror. Instit. 14, 209. τὰς ὁρμὰς δεσμεύειν. Ita Liv. 30, 14, 6. voluptates *frenare* ac domare. Contrarium ejus, quod χαλάσαι τὰς ἡνίας dicitur et ap. Virg. in Aen. 12, 499. *irarumque omnes effundit habenas.* Aliter Cic. Tusc. 2, 21, 48. ibiq. Klotz. — *Si turpissime se illa pars animi geret — vinciatur et constringatur amicorum propinquorumque custodiis.*

V. 64. 65. *Fingit — eques.* Poëta, ut porro Lollium suum ad studium sapientiae mature colendum exhortetur, exempla quaedam (iis, quae paulo ante dixerat, quasi praemunita) a re equestri et venatica desumit, quod in simili re olim fecerat Socrates ap. Xenoph. in Mem. 4, 1, 3. *Fingit*, verbum hujus rei proprium. Grat. Fal. Cyneg. 517. *at tota levi Nasimonia virga Fingit equos.* Vid. Broukh. ad Tib. 4, 1, 207. et cf. Drak. ad Sil. 1, 262. Observatu digna sunt Epitheta *tenera* et *docilem* de pullo equino, qui magistro parens condocefit atque exercetur. Ita Cicero in Lael. 19, 67. equis *vetulis teneros* opponit. Auson. Epist. 24, 16. *Hoc tam mite jugum docili cervice subirent Martis equi.* Cervicis quod mentio fit, non solum ex amplificatione quadam poëtica, sed etiam e re ipsa est, uti apparet ex Xenoph. de R. Equ. c. 1. 10. Notum quoque, equos plausu *cervicis* vel leniri vel stimulari, quod pluribus docent Cerda ad Virg. Aen. 12, 85. et Drak. ad Sil. 4, 265. Equi *docilis* contrarius est *asper*, ut Ovid. Am. 1, 2, 15. *Asper equus duris con-*

tunditur ora lupatis. — *magister,* ut Virg. Ge. 3, 185. ἱππόδαμος, πωλοδάμνης, *domitor equorum* ap. Cic. de Offic. 1, 16, 90., *domator* ap. Tib. 4, 1, 116. De re ipsa, quam veteres illi equos edocere soliti sunt, vid. interpp. ad Virg. Ge. 3, 115 sqq. 190 sqq. Beier. ad Cic. l. l., Wernsd. ad Salej. Bass. C. ad Pison. 49 — 54. IV. p. 246. Gronov. ad Stat. Silv. I. p. 471. Weichert. *de Luc. Varii et Cass. Parm. vit. et carm.* p. 109. et ante omnes H. Hase in „*Palaeologo.*" Lpz., Hinrich's. 1837. p. 53 sqq. „Ueber Dressurpferde und Kunstreiterei bei den Alten." In eadem re eodem utitur exemplo Plutarch. de Puer. Inst. 3, 26. *Τίνες δ' ἵπποι καλῶς πωληδαμνηθέντες οὐκ εὐπειθεῖς ἐγένοντο τοῖς ἀναβάταις; Τίνες δ' ἀδάματοι μείναντες οὐ σκληραύχενες καὶ θυμοειδεῖς ἔβησαν;* Cf. id. de Audit. VI. p. 141. R.

V. 65 — 67. *Venaticus* — *catulus. Cerv. pellem latravit* dicitur ut Epod. 5, 58. *adulterum Latrent Suburanae canes;* quapropter improbanda videtur eorum interpretatio, qui per breviloquentiam: *latrando discerpsit,* intelligi malunt. Ceterum *pelle cervina* aliquam ferae indicari simulatam imaginem, qua venatores catulos venaticos ad feras in silvis sectandas exercitasse atque accendisse soliti sint, post Cruquium, Turnebum (Adv. 26, 27.), alios, bene observavit B. *Klippgen.* „*de Venatione Romanis solenni*" in Bidermanni Select. Scholiast. Vol. II. fasc. II. p. 762. Huc respicere videtur Plutarch. de Audit. VI. p. 175. R. οὗτοι μὲν (qui garrulitate magistros obtundunt) οὖν κατὰ τὸν Ἱερώνυμον ὥςπερ οἱ δειλοὶ καὶ γλίσχροι σκύλακες τὰ δέρματα δάκνοντες οἴκοι καὶ τὰ τίλματα τίλλοντες τῶν θηρίων αὐτῶν οὐχ ἅπτονται. — De *aula* vide Ulit. et Burm. ad Grat. Cyneg. 167. *Sed praeceps virtus ipsa venabitur aula.* — *militat,* apposite de venatione, ut *miles Phoebes* ap. Ovid. in Met. 2, 415. ibiq. Gierig. Vid. Heind. ad Sat. 2, 2, 10.

V. 67. 68. *Nunc adbibe* — *offer.* Sunt qui hanc metaphoram a lactentibus vel omnino a sitientibus sitimque explentibus ductam opinentur. Sed rectius ea aliorum (etiam Hieronymi ad v. 70. laudati) locis rite perpensis a lana tingenda repetetur. Ita Cic. de Fin. 3, 2, 9. (quem locum cum Horatiano comparavit Matthiae in „*Vermischte Schriften*" p. 19.) *Video equidem, inquam, sed tamen jam infici debet iis artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad majora venerit paratior.* Hunc locum expressum esse e Plat. Republ.

IV. p. 346. Bip. (c. 7. p. 287. Stallb.) collato simili loco ex Hortensio ap. Nonium p. 386. 521. (*Ut ii qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam; sic literis talibusque doctrinis ante excoli animos et ad sapientiam concipiendam imbui et praeparari decet*) docuit Ruhnk. ad Timaeum p. 76. Senec. Epist. 36. *Perseveret modo colere virtutem, perbibere liberalia studia, non illa quibus perfundi satis est, sed haec quibus tingendus est animus.* Id. 71. *Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi saepius macerata et percocta non perbibit: sic alias disciplinas ingenia quum accepere, protinus praestant* etc. Lactant. Inst. 2, 2, 16. ibiq. Bün. *infecti enim sunt persuasione, ac mentes eorum penitus succum stultitiae perbiberunt.* Ita *imbui erroribus* et *infici opinionum pravitate* ap. Cic. Tusc. 3, 1. 2. Aristot. Ethic. 2, 3. διὸ καὶ χαλεπὸν ἐκτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ. Marc. Antonin. 3, 4. δικαιοσύνῃ βεβαμμένον εἰς βάθος, ad quem locum similia hujus similitudinis exempla p. 71. collegit Gataker. Cf. Orell. ad Opusc. Graec. vett. sentent. II. p. 668., Böttig. ad Od. 3, 5, 27. et Casaub. ad Pers. 2, 74. Verbi ipsius ita usurpati aliorumque exempla vid. ap. Schmid. et cf. Fea. — *puro Pectore,* ut Sat. 2, 3, 213. *purum est vitio tibi — cor?* Lucret. 5, 18. *At bene non poterat sine puro pectore vivi.* Cf. Heind. ad Sat. 1, 6, 64. 69. et Hauth. ad Pers. p. 153. Male Dacerius conjicit: après avoir purifié votre esprit par les avis que je vous donne, et par les veritez que je vous enseigue." — *Nunc — puer* i. e. dum puer es vel adolescens. Haec interpretatio vulgaris satis defenditur et exemplis v. 64 — 67. allatis et Od. 1, 9, 16 — 18. ibiq. Mitsch., A. P. 413. Cf. Orell. ad Od. 3, 6, 23 sq. et Doederl. Syn. V. p. 45. At omnem prorsus negligunt temporum rationem, qui Lollium patrem intelligunt, *Torrentius* et *Dacerius.* Alia autem ratione errat *Stangius,* quod (p. 11.) eos dicit non recte voc. *nunc* intellexisse videri, qui id cum *puer* conjungant; nam *nunc* semper significare *hoc ipso tempore, statim.* Nihil nunc dicam de eo, quod voc. *puer* pro familiari jocosaque allocutione haberi vult, ut Sat. 2, 1, 60. Od. 1, 9, 16. 27, 19. cll. Catull. 12, 9. (quos locos in eam rem affert); at quis est, qui ei concedat, verba *puro pectore* ad pueritiam [vel adolescentiam] non esse referenda, quippe quae cum sequenti imagine, quae poëtae jam ante oculos esset versata, proxime conjuncta sint cll. Epist. 1, 1, 37.! — *nunc te melior off.*

Hanc dictionem explicat Oudend. ad Apulej. Met. 5, p. 322. ut *offerre se alicui* sit occurrere vel se alicui tradere, ut Liv. 2, 60. *Concordiae ducis exercitusque non ausi offerre se.* Graecorum κρείττων cum latina voce comparat Stallbaum. ad Plat. Euthyd. p. 149. Cf. annot. ad 1, 48. p. 66.

V. 69. 70. *Quo semel — Testa diu.* Ita Ennius ap. Fest. p. 279. *Quum illud, quo jam semel est imbuta veneno.* Ex sententia Marcilii Poëta respexit consuetudinem, qua veteres dolia odoribus ante vini diffusionem imbuere soliti sint; Plin. H. N. 14, 21. Cat. R. R. 107. 113. Potest tamen, si ipsum *imbuere* spectes, intelligi vel primae tincturae odor, Ascensio interprete, vel vas quodlibet (fictile) usui domestico notissimo illo *imbuendi* ritu quasi consecratum. Vid. Böttiger. in „Ideen zur Kunstmytholog." Curs. I. p. 120. Cf. Jan. Gebhard. Crepund. 1, 11. Potest etiam, quum vina vel odoratissima olim nisi in *vasis fictilibus* (vel doliis vel amphoris) non condita sint, ipsius vini odor indicari, quem ejusmodi vas quanquam epotum exspirare haud facile desinit. Hoc quidem sensu ad hunc locum allusisse dicitur Phaedrus in Fab. 3, 1, 1 — 3. *Anus jacere vidit epotam amphoram, Adhuc Falerna faece e testa nobili Odorem quae jucundum late spargeret.* Arnob. 5. p. 155. ibiq. Elmenh. *Sed quum liquoribus odoratis offendissent fragrantia pocula* etc. Cf. Mitsch. ad Od. 1, 20, 2. Drak. ad Sil. 16, 310. Schmidius voce *testa vasculum,* quod nos „Riechfläschchen" vocamus, significari conjicit; at talia vel vitrea vel alabastra fuisse crediderim. Quicquid est, locum hunc expressit Hieronymus (Epist. 7. ad Laetam I. p. 36.): *Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylia quis in pristinum colorem revocet? Recens testa diu et saporem retinet et odorem, quo primum imbuta est.* Alias ejusdem imitationes vid. ap. Torr. Philo lib. Quod liber sit quisquis virtut. studet p. 671. ὥςπερ γὰρ φασὶ τὰ κενὰ τῶν ἀγγείων ἀναφέρειν τὰς τῶν πρώτων εἰς αὐτὰ ἐγχυθέντων ὀσμάς, οὕτω καὶ αἱ νέων ψυχαὶ etc. Similem sententiam affert Quintil. Inst. 1, 1, 5. *Et natura tenacissimi sumus eorum, quae rudibus annis percepimus: ut sapor, quo nova imbuas, durat, nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt.* Ita in contrariam partem Od. 3, 5, 27. et Senec. Epist. 59. *Elui difficile est. Non enim inquinati sumus, sed infecti.* Cf.

Plat. de Rep. 4, 7. E. p. 288. Stallb. De re ipsa cf. J. D. Schulze in *Paedagog. Q. Horatii.* Lubbenae 1807. Oth. Vaen. Emblem. Horat. p. 24.

V. 70. 71. *Quodsi cessas — insto.* Similiter Sophocl. Ajac. 1038. ὅτῳ δὲ μὴ τάδ' ἐστὶν ἐν γνώμῃ φίλα, κεῖνός τ' ἐκεῖνα στεργέτω, κἀγὼ τάδε, quem locum comparavit Matthiae, Dacerius autem M. Antonin. 7, 69. μήτε σφύζειν, μήτε ναρκᾷν. Neque sensum horum verborum satis perspicuum neque rationem, qua commotus ea addiderit Horatius, omnes assecuti sunt interpretes, si audiveris Lamb., Cruq., Jaeck. [i. e. Bond.] et Doeringium. Sic autem vere sonant: „Ego quidem, quicquid tu egeris, meo modulo incedere pergam, neque tarditate, si qua tibi erit, retardatus, neque cursu sive sapientiae nimio tuo aliorumve studio incitatus.“ (Notio illa aliorumve inest in commutatione numeri: *tardum — praecedentibus.* Vid. Davis. ad Cic. N. D. 1, 38. et Heind. ad Sat. 1, 4, 33.) Apparet autem, Horatium haec (quae haud dubie a decursione Circensi Sat. 1, 1, 114. Epist. 2, 2, 204. petita sunt) addidisse, ne, quae alterius causa ita praecepisset, arroganter dixisse videretur. Praeterea „hoc quoque loco,“ ut apprime annotat Fr. Jacobs., „Poëta se mediocritatis illius, quam ubique in rebus ethicis prae se fert, studiosum ostendit. Epist. 6, 15. 16.“ Cf. annot. ad Epist. 1, 27. 32. Ad nostram interpretandi rationem proxime accedunt Hocheder. et Weber, quanquam hic aliam epistolae finiendae vidit rationem consiliumque. Cf. Gesn. Stangio autem haec ut in Epist. 1, 1, 106 sqq. addita videntur, *„quibus omnia praecepta jocose tollerentur.“* At pace hujus viri dixerim: Lollium filium si in hac Epistola repertum, ac non ex ea remotum voluisset, non tot locos in alium pravumque detorsisset sensum. Verba ejus in eorum gratiam, qui alterius partis amantes sunt, huc transscribamus: „Cogita Horatium epistolam ad amicum (sive puerum, sive senem, nihil moror) misisse, ut ex Homeri carminibus veram sapientiam bene edisci posse doceret, idque multis exemplis ostendisse, deinde ex cogitationum conjunctione satis vulgari ipsum, quae ab Homero didicerit, tanquam ex sua persona praecepisse, tum quasi subito senserit se nimio praecipiendi studio abreptum esse, illos versus adjecisse quibus omnia praecepta tolleret; et ingenium Horatianum agnosces, et simul epistolae primae nostram esse simillimam vi-

debis“ etc. At ingenium Horatianum ubique apparet; neque tamen, ut omnia sibi velut ovum ovo simillima sint. Ceterum Epistola secunda a prima longissimo temporis spatio disjuncta est ratioque utriusque dissimillima. De clausula autem conferre juvabit Ciceronem in Epist. ad Div. 2, 4, 7.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA III.

AD JULIUM FLORUM.

Juli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Augusti privignus, scire laboro.
Thracane vos Hebrusque nivali compede vinctus,

Ad Julium Florum. Mss. Dess. 2. Lips. 2. 3. Graev. Edd. Ald. 501. Lips. 516. et vulg. *Ad Lucium Florum.* Ed. Glar. 543. *Horatius Flaccus Ad Julium Florum.* Ed. Ven. 520. *Quintus Horatius Flaccus Julio Floro S.* Ms. Gott. 2. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. 90. 92. 98. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98.

V. 1. *Luci* conj. Marcil., sed conf. Torr. ad h. l., Masson. Vit. Hor. p. 291. et de mensura nominis *Juli* Weich. de Cass. Parm. p. 343. Jahn. ad Od. 4, 2, 2. — *militet.* Edd. Ven. 481. 520. et vulg. *militat.* Ms. Guelf. 1. Edd. princ. ap. Feam, Med. 476. Ven. 478. 79. 83. 86. 90. 92. 95. 98. Flor. 482. Lips. 492. Loch. 498. — *horis.* Mss. Guelf. omn. Dess. 2. Berol. 1. Eodem modo etiam alibi in membranis vetustis peccatur. Vid. Drak. ad Liv. 1, 33,9. 5, 37, 2. et quos ibi citat. — *aurum* Ms. Jaeck. 4.

V. 2. 3. *nosse.* Ms. ap. Valart., sine dubio ex Sat. 2, 8, 19. *scisse.* Ms. Jaeck. 6. — *privignum.* Ed. Ven. 483. — V. 3. *Trachane.* Mss. Guelf. 1. 4. Lips. 1. Eadem scribendi varietas observatur in vett. edd. Virg. Aen. 12, 335. cf. Forbig. ad Lucret. 5, 29 sqq. Heins. ad Ovid. Trist. 4, 1, 21. *Tracane.* Ms. Guelf. 2. Lips. 3. De orthographia h. voc. vid. Drak. ad. Liv. 37, 33, 3. Wernsd. P. L. M. IV. p.

An freta vicinas inter currentia turris
An pingues Asiae campi collesque morantur?
Quid studiosa cohors operum struit? hoc quoque curo.

707. Moser. ad Cic. de Rep. 2, 4. p. 211. Forbig. ad Virg. l. l. — *nos*. Edd. Ven. 479. 81. 83. — *ebrusque*. Mss. Guelf. 1. 2. Lips. omn. Dess. 2. Berol. 2. Edd. Venet., quas vidi, omnes; Loch. Lips. 492. Ald. 501. Colon. 510. Schurer. 514. Bas. 517. al. *Hebrosque*. Cuning. *hebrus* omisso *que* ms. Guelf. 3. *Hebrusne*. Edd. Fabr. 578. Pulm. 581. — *victus*. Ms. Oberl. C a 1. m. Ed. Ven. 520.

V. 4. *feta*. Edd. Ven. 479. 83. Flor. 482. In simili errato consentiunt hae edd. 1, 2, 1. — *curres*. Ms. Dess. 2. *terres* (superscr. *u* ab alia manu). Mss. 1. et 6. ap. Bentl. [Broukhusius in Graeviano *turres* observavit]. *terras*. Mss. 1, a. 3. ap. Cruq., ms. Sorb. ap. Valart., Dess. 1. Ad hanc scripturae discrepantiam *Schmidius*, qui hujus quidem Epistolae res ad crisin spectantes ordinavit maximam partem, addit haecce: „Hanc scripturam contra testimonium Scholiastarum, quorum Acron *turres* interpretatur Seston et Abydon, Porphyrio intelligit turres Herus et Leandri vel ipsarum urbium turres, vet. Commentator ap. Cruq. urbes Hellesponti, post Rappoltum (Comment. in Hor. Satt. et Epp. etc. p. 512 sq.) defendit atque recepit *Bentlejus*, quem secuti sunt Cuning. Sanad. Merv. Val. Philipp. Bask. 777. ed. Paris. 752. Batteux. Dorigh. Daru. Praedic. Campenon. Contra eum disputarunt *Ouwens* (Noct. Hag. III, 6. p. 402.) *Clericus* (Miscell. critt. ed. Friedem. et Seebod. I, 3. p. 543), *Wetzelius*, *Wakefieldus* (ad Soph. Trachin. 274. Tom. I. p. 220. ed. Erf.), *Haberfeldus*, *Fea*, *Weichertus* (Poëtar. Lat. Reliq. p. 378. sqq.), *Obbarius* (in Seebod. Archiv f. Philol. u. Paedag. 1825. II. p. 460), denique ipse ego scripturam vulgarem defendendam suscepi in Progr. Scholast. Halberstad. 1826 et in Editione mea Epistolar., Strabonis loco, qui infra in Commentariis afferetur, in auxilium vocato.“ His hodie annumerandus est *Orellius*. De editionibus Baskervillianis hoc observandum, priorem a. 762. habere saepe alias lectiones ac posteriorem a. 777., ubi nihil addatur, utramque consentire.

V. 5. *Aut ping*. Ms. Guelf. 1. Exempla particulae cum *an* commutatae vid. ap. Drak. ad. Liv. 5, 3, 7. et cf. Hand. Tursell. I. p. 360. — *colles campique*. Ms. Guelf. 4. Orell. S., sed correctum. — *morentur*. Mss. Bersm. duo, Cruq. ms. 7. Comb. B. F. Feae 1, b. 3, a. 7, b. Jaeck. 5. Dess. 2. Berol. 2. Ed. princ. ap. Fe. Ven. 478. 79. 81. 83. 86. 90. 92. 98. 509. 20. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 99. 508. 10. 13. 14. 16. 19. Ald. 501. 9. 19. Junt. 503. 14. Asc. 511. 19. Colon. 510. Schurer. 514. Erford. 517. Bas. 517. Glar. 533. 36. 43. Vascos. 549. Irenic. 567. Cruq.

V. 6. *choors*. Ms. Dess. 1. *chors*. Ms. Lips. 1. — *instruit*. Ms. Fe. 1, b. *struit operum*. Ms. Badenii. *struut*. Ms. Cruq. 7. Bersm. un. Dorv. 1. 2. Dess. 1. Lips. 1. Orell. S. (superscr.) — *haec quoque curo*. „Ms. Bad. Gott. 2. et sine dubio alii multi, eaque scriptura ita invasit editiones, ut ne unam quidem ante Bentlejanam viderim, in qua *hoc* scriptum esset. Bentlejus igitur, quod sciam, primus

Quis sibi res gestas Augusti scribere sumit;
Bella quis et paces longum diffundit in aevum?
Quid Titius Romana brevi venturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit haustus,
Fastidire lacus et rivos ausus apertos?
Ut valet? ut meminit nostri? fidibusne Latinis
Thebanos aptare modos studet auspice Musa,
An tragica desaevit et ampullatur in arte?
Quid mihi Celsus agit? monitus multumque monendus,

tuitus est scripturam *hoc*, quae reperitur in quinque mss. Bersmanni totidemque Pulmanni (2. 3. 4. 7. 10), in Bentleji Pottierique omnibus, in Feae mss. 1, a. b. 2, c. d. h. 5, a. e. f. 6, b. in Orell. bS. Firmatur haec scriptura auctoritate mss. Gott. 1. Lips. omn. Guelf. omn. Dess. 1. 2. Goth. Dorv. 1. 2. Mentel. Berol. 1. Graeviani et Altdorf ap. Haberf. Bentlejum secuti sunt, quanquam non omnes eadem distinctione, Cun. San. Merv. Sandb. Bask. Francis. Doriqh. Wakef. Haberf. Wetz. Hunter. Praedic. Fe. Both. Zell. Jahn. Hoched. Passov. Braunh. Meinek. Charpent. Orell. al. Vulg. scripturam e recentt. retinuerunt Camp. et Doering."

V. 7. 8. *sumat.* Ms. Cruq. 7. Bersm. duo. Feae 2, f. Orell. S. (superscr.) Dess. 1. Lips. 1. *summit.* Ms. Guelf. 2. — V. 8. *pacem.* Ms. Cruq. 7. — *diffundat.* Ms. id., un. Bersm. Feae 2, f. Orell. S. (superscr.) Dess. 1. Lips. 2. *diffudit.* Mss. Fe. 1, r. 2, b. (a 1. m.) d. e. (a 1. m.) 3, a. f. 5, e. 6, a. Guelf. 2. Dess. 2. Corbei. Ed. Lips. 416. *quis fudit.* Ms. Jaeck. 4.

V. 9. 10. *Quis Titius.* Mss. Jaeck. 4. 6. *Quid Enius.* Ms. 1. ejusd. Ceterum in codd. mss. et vetustis edd. vario modo scribitur *Tityus*, *Titius* et *Ticius* (*ticius* praeter. al. Dess. 2. Lips. 2. 3. Goth. Mentel. Berol. 1.) — *hora.* Sic Edd. Ven. 479. 81. 83. Flor. 482. — *Quid Titius?* — *ora?* distinx. Praedicov. — V. 10. *expaluit.* Mendose ms. Gott. 2. et ed. Ven. 481. — *austus.* Mss. Guelf. 3. 4. Dess. 2. *haustu* conjecit Porphyr., si recte (uti Orellius) distinxeris ejus verba; sed verborum constructio hic non est sollicitanda. Eam pluribus illustrat *Schmidius* in edit. german.

V. 12. 13. 14. *et mem.* Mss. tres Bersm. et Dess. 2. — *latinus.* Edd. Ven. 479. Flor. 482., in quo errato consentit Ven. 483. *latius* exhibens. — *fidibusque.* Ed. Minois. *fidibusve.* Ms. D. ap. Comb. — V. 13. *aspice.* Ms. Jaeck. 1. — V. 14. *Aut trag.* Ms. Guelf. 1. Vid. supra v. 5. — *traica.* Ms. Corbei. et Dess. 1. — *de sevit.* Ms. Dess. 1. — *ampulatur.* Ms. Gott. 2. et pleraeque edd. Venet. sec. XV. — *in arce.* Ms. Feae 6, b. et Mentel. Saepe alibi hae voces ab indoctis librariis commutatae sunt. Vid. Drak. ad Liv. 4, 56, 3. et quos ibi citat. *in arteis.* Edd. Bas. 531. 45.

V. 15.—21. *agat.* Ms. Fe. 2, b. Guelf. 2. *ait.* Ms. Fe. 6, b. et un. Bersm. De commutatione horum verborum vid. Drak. ad Liv. 8, 33, 23.

Privatas ut quaerat opes et tangere vitet
Scripta, Palatinus quaecumque recepit Apollo;
Ne, si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum
Furtivis nudata coloribus. Ipse quid audes?
Quae circumvolitas agilis thyma? Non tibi parvum
Ingenium, non incultum est et turpiter hirtum:
Seu linguam causis acuis seu civica jura
Respondere paras seu condis amabile carmen,

— *movendus.* Feae 2, i. 6, c. — V. 16. *Privatus* (*a* superscr.). Ms. Lips. 1. — *an quaerat.* Ms. B ap. Comb. — *ac tang.* Ed. Cuning. (ex conjectura) San. Merv. Francis. Bask. Dorigh. — *cesset.* Ms. Valart. — V. 17. *tenebat* pro *recepit* accommodate ad suam orationem Jo. Sarisber. Nug. Cur. 2, 26. — V. 18. *Nisi forte.* Ms. Lips. 1. — *venerit hospes.* Ms. Fe. 2, g. *venerat.* Ms. Dess. 2. — V. 19. *mancat.* Ed. Ven. 492. — *risus.* Ms. Jaeck. 5. — V. 21. *thima.* Ms. Graev. Dess. 1. 2. — *circum volitas* divise Mss. Lips. 1. 2. Dess. 1. 2. Berol. 1. et ed. Doering., sed conjuncte Wagn. et Forbig. in Virg. Ge. 1, 377. Cf. Lambin. ad Od. 2, 7, 24.

V. 22. *nec turp.* scriptura est vulgaris veterum editionum, ut Ven. 479. 81. 83. 86. 90. 92. 98. Loch. Ald. Lips. 492. 98. 510. et reliq. Glar. al., e recentioribus Jon. Val. Batteux. Gesn. Oberl. Comb. Wetz. Daru. Pott. Jaeck. Bip. 828. Doer. Camp. Passov. Charpent. Lambinus secutus quat. codd. mss. verbo *est* posito post *Ingenium* edidit: „*Ing. est, non inc., nec turp. hirtum*" et ita postea ed. Minois. Bentlejus pro *nec* recepit *et*, quod reperitur in ipsius mss. 1. (assentitur noster Graevianus) 4. 6. aliis compluribus. Eadem scriptura est in uno ms. Bersm., in novem Valart., aliqt. Torr., in Pulm. 1. 2. 4., in Comb. A. B. C. D., Feae 2, c. h. 5, a. 6, b. (c a 1. m.), Bad. 1. Guelf. 3. Dess. 1. 2. Gott. 1. 2. Lips. 1. 3. Dorv. 1. 2. Corbei. Orell. bS. Bentlejum secuti sunt Sandb. Bask. 762. Comb. Wakef. Hunt. Fe. Jahn. Hoched. Braunh. Web. Orell. [Schmid.] Haberfeldus ut unam veram commendavit et in contextum recepit itemque Bothius: *non*, quod est in mss. Torr. pluribus, in mss. Guelf. 1. 4. et Altd. Cuningamius, ut videtur, sine auctoritate mss. codd. scr. *ac turp.*, quod receperunt Sanad. Merv. Bask. 777. Francis. Dorigh. Verb. *est* in uno cod. Bersm. omittitur.

V. 23. *linguas.* Ms. Jaeck. 4. *lingua* omisso verbo *acuis* est in edd. Ven. 479. 83. (sed habet *linguā*) 86. Flor. 482. *linguam causis.*, ut verbum desit, etiam Locher. — *acuis causis.* Dess. 2. *Seu caussis acuis linguam.* Ms. Jaeck. 5. et Corbei. — V. 24. *paras;* Sic distinx. Dac. (qui in annotat. punctum mavult) seq. Sanad. in eadem hujus loci interpretatione. *curas* pro *paras* suprascr. ms. Guelf. 2.

Prima feres hederae victricis praemia. Quodsi
Frigida curarum fomenta relinquere posses,
Quo te coelestis sapientia duceret, ires.
Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli,
Si patriae volumus, si nobis vivere cari.
Debes hoc etiam rescribere, sit tibi curae,

V. 25. *ederae.* Sic mss. Lips. 2. Dess. 2. Berol. 1. et complur. al. Edd. Glar. Val. al., probat Hauth. ad Pers. p. 77. cf. C. Schneid. Elmtrl. p. 186. *vides hederae.* Edd. Lips. 514. 16. — *Quodsi* uno verbo scribitur in multis edd. vett. et recentt., vid. Kritz. ad Sallust. Cat. 2, 3. — V. 26. *Fridia cur.* Ms. Guelf. 1. — *tormenta.* Conjectur. ap. Jones.

V. 28. *studio.* Ed. Lips. 508. — *properamus.* Ms. Guelf. 1. — *Huic opus, huic stud.* Ed. Praedicov. — V. 29. *cupimus.* Mss. alqt. Lamb. duo Bersm., Fe. 2, a. e. Jaeck. ms. 5. Mentel. et Berolin. 1. — *volumusque bonis si vivere cari.* Ed. Ascens. 511 et 519, ut videtur, ex conjectura, adjecta explicatione: „viris justis." Ejusdem literarum transpositionis exempla vid. ap. Bentl. ad Epist. 4, 11. Burm. ad Ovid. A. A. 2, 361. Drak. ad Liv. 1, 1, 8. Peerlkamp. ad Hor. Od. 2, 6. p. 179. *si cari vivere nobis.* Ms. un. ap. Bersm.

V. 30. De hoc loco *Schmidius* disserit haec: „*Si tibi curae* exhibent mss. alqt. Lambini, Bersmanni, Bentleji 1. 2., Jaeckii nonnulli, Feae 1. q. 2, h. Pott. ms. 12. et ex nostris Guelf. 2. Gott. 2. Graev., in quo tamen postea adjecta est litera *t;* praeterea omnes, quas vidi, editiones seculi XV. et pleraeque ineuntis sec. XVI., ut ed. princ. ap. Fe., vett. duae ap. Maittair., Ven. 478. 79. 81. 83. 86. 90. 92. 95. 98. Flor. 482. Loch. 498. Ald. 501. 9. 19. Junt. 503. 14. Bas. 517. 20. 27. 31. 45. 55. 80. Lips. 492. 513. 14. 16. 19. Colon. 510. Schur. 514. Erford. 517. Glar. 533. 36. 43. Dion. ab Hars. Lugd. 538. Fabrini 566. Pulm. Xyl. Steph. Fabric. Torr. Chab. Min. Lub. Heins. Despr. Tarter. Talb. Dac. Baxt. Gesn. Rodell. Juvenc. Sandb. Oberl. Comb. Dorigh. Hunt. Wieland. Bad. Fe. Both. Jaeck. Jahn. Zell. Doer. Bip. 828. Weber. Charpent. Meinek. Orell. al. cf. Schirach. Clav. p. 345. Hanc scripturam qui defendunt, quorum est *Obbarius* meus, cum Bentlejo aliisque ante eum editoribus temere judicant, alteram a nobis receptam esse vitiosam, quum posito *sit* dicendum fuerit *coeat* et *rescindatur. Bentlejus* ex ingenio in fine versus posuit *est*, ejusque rationem recipiendo comprobarunt Cun. Merv. San. Jon. Bask. Philipp. Val. Francis. Wakef. Wetz. Haberf. Daru. Camp. (Huschk. ad Tib. 3, 1, 19.) Dissidens a tot tantorumque virorum judiciis equidem revocare ausus sum scripturam longe plurimorum et optimorum codd. mss. *sit tibi curae,* quam invenerunt Lambin. in tribus libb. scr. Italicis totidemque Gallicis, Cruq. in omnibus suis, Bersm. in tribus, Pulm. in sex, Torrent. in compluribus, Bentlejus in 4. et 6. aliisque, Combe in mss. D. F., Talbot in ms. 2. Gal., quanquam litera *t* erasa, Baden. in

Quantae conveniat, Munatius, an male sarta
Gratia nequicquam coit et rescinditur? At vos

ms. suo, Fea in omnibus, nisi quod in duobus, quos supra indicavi, *si tibi* est, Jaeck. in mss. 4. et 5., Pottier in omnibus uno excepto, Hocheder in mss. a. b. c. d. cum Victorio, Orell. in bc., in S superscr. *si*; adde ex nostris Guelf. 1. 3. 4. Dessav. utrumque, quanquam in ms. 1. litera *t* obliterata est a manu recentiori, Gott. 1. Goth. Lips. omn. Mentel. Dorv. 1. 2. Corbei. et Berolin. 1. 2. Editionum omnium, quas vidi, prima exhibet scripturam *sit* Lips. 508. et post eam Lips. 510. Asc. 511. 19. Cruq. Burm. Maitt. Praedic. Pott. Hoched. Passov. Braunh. Hanc scripturam, quam tuentur Scholiastae (Porphyr. „deest *an*, ut sit sensus: An *sit* tibi curae Numatius") a me defensam in *Epistola ad Obbar. missa Halberst.* 1828. p. 5 sqq. et in editione mea receptam comprobarunt *A. Grotefend.* in Seebod. Bibl. crit. 1830. N. 46. p. 183 sq., *Baumgarten-Crusius* in Diario liter. Lips. 1830. N. 82. *Bach.* in Zimm. Zeitschr. f. d. Alterthumswiss. 1834. N. 129. p. 1033. Turbasse videtur librarios et editores, ut ipsum Bentlejum aliosque, modorum permutatio; nisi praestat credere, literam *t*, quae eadem initialis erat vocis sequentis, perperam excidisse in fine vocis *sit*, cujus negligentiae innumera passim exstant exempla. Vid. Drak. ad Liv. 1, 55, 1. 2, 7, 8. Cort. ad Plin. Epist. 2, 11, 17. Tib. 2, 6, 2. 4, 1, 16." Sic ille. Totus assentior viro doctissimo atque assensus sum jam diu. Etenim illa ipsa modorum permutatio maxime adjuvat sententiam, ut infra videbimus, et omissio particulae interrogativae est in talibus ex consuetudine Horatiana. Cf. Epist. 16, 1. 2. Sat. 1, 4, 45. 63. 124. Ceterum haud scio an hanc scripturam prima habeat ed. Lips. 498., quam mecum humaniter communicavit *Henr. Lindner.*, V. Cl. Biedmae autem edit. 599. (de qua v. 4, 7.) consentit in vulgata lectione.

V. 31. *Quam te conveniat.* Mss. duo Pulm., Feae 6, b. Edd. Ald. 509. 19. 55. Fabrin. 566, et sic restituendus videbatur hic locus Ant. Mureto in Scholl. ad Horat. *Quanto.* Ed. Loch. — *conveniant.* Ed. Ven. 481. — *Munatius.* In exarando hoc nomine varie peccatum est in libris scriptis et editis: *Numantius* exhibent Bersm. mss. tres, Jaeck. ms. 4. Dess. 2., *Numatius* mss. Gott. 1. 2. Lips. 1. 3. Berol. 1. 2. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. 90. 92. 98. 520. Flor. 482. Loch. 498. Ald. 501. 9. 19. Bas. 520. 55. al. Lips. 492. 98. 508. 16. al. Glar. Irenic. Min. et mult. al. — *Minatius* ms. Feae 2, e. Dess. 1. Lips. 2. Dorv. 1. Corbei. In aliis scribitur *Nummacius*, *Numacius*. Vulg. *Munatius*, quae est ap. Lamb. Xyland., e nostris exhibent Ms. Graev. Goth. Dorv. 2. Post *Munatius* puncto distinx. edd. Val. et Philipp. *Munatius? an.* Edd. Merv. Pott. al.

V. 32. *nec quicquam.* Ms. Guelf. 3. *nequiquam.* Mss. Orell. bc. Dess. 1. (Cf. Drak. ad. Liv. 21, 54, 7.) — *choit.* Ms. Guelf. 2. *cohit.* Guelf. 4. — *ac rescind.* Ms. Feae 7, b. Edd. Cun. San. Merv. Francis. Dorigh. *resinditur.* Ms. Dess. 2. — *et vos.* Mss. Fe. 7, a. b. (a 2. m.) Edd. San. Franc. Dorigh. *Aut vos.* Ms. Jaeck. 5. *ac vos.* (ut interrogatio, uti in scr. *et*, usque ad *feros* pergat) primus edidit Bent-

Seu calidus sanguis seu rerum inscitia vexat
Indomita cervice feros, ubicumque locorum

lejus secutus auctoritatem mss. suorum 1. 4. 6. 8. 14. Eadem scriptura servatur in plerisque mss. Feae, in Combii A. B. C. G., Talboti 1. 4. 10. 12. 14., in codd. Monac. a. b. c. d. f. g. ap. Hoched., in uno Badenii, Oberlini C, Jaeckii 1. Orell. b Sc., Guelf. 3. Gott. 1. Mentel. Dorv. 1. 2. et in Lips. omnibus. Bentlejum secuti sunt (in partic. *ac*, alii tamen aliter distinguentes) Cun. Maitt. Merv. Sandb. Bask. Wakef. Wetz. Pott. (qui de suis mss. nihil annotavit) Hunt. Hoched. — *rescinditur; ac vos — feros?* Sic distinx. Bentl. al. *rescinditur? ac* (Ac) — *feros?* Wetz. Pott. al. *ac vos — feros. Ubic. — juvenca.* Baskerv. 762 et 77. al. Vulgatam scripturam *At vos*, quae est in mss. Comb. D. F., Feae 1, b. 2, d. 3, a. 5, e. f. 7, a. (a 1. m.) b. (a 1. m.), in Guelf. 1. 2. 4. Goth. Dess. 1. 2. Gott. 2. in Graeviano (Broukhusii, quatenus is nihil annotavit, qua quidem re certi quid effici non poterit, praesertim quum Combii A. cum Bentleji 1. hic consentiat; vid. Zimmerm. Zeitschr. etc. 1840. N. 6. 7. p. 54—60) et sine dubio in multis priorum editorum libris, qui nulla scripturae discrepantia notata *at* ediderunt, ut Lamb., Cruq., Bersm., Pulm., Torr. et edd. vett. omn. mecum defenderunt Obbarius in ed. mea 1828., Doer., Bach in Zimmerm. Zeitschr. 1834. N. 129. p. 1033. Marcilius interrogandi signum post *rescinditur* delendum censet. De confusione particularum *at*, *ac*, *et*, *aut* vide viros doctos, quos citat Handius in Tursell. 1. p. 450 sq. Sic Schmidius meus. Cf. Gesn. et Fea. Praedicov. distinx. sic: *Munatius. An — rescinditur, ut vos Seu — vexat — Indom. c. f., ubic. loc. Vivitis? Indigni fr. r. f., Pascitur* etc.

V. 33. *Heu — heu.* Mss. Cruq. omn. praeter unum (2) Divaei, quinq. Bersmanni totidemque Torrentii (qui mutatum suspicatur ab aliquo, qui secundam voc. *sanguis* syllabam produci noluerit, vid. Peerlk. ad Od. 1, 15. p. 82.) Pulm. 2. 3. 4. 7. 10. Gesn. 3. Oberl. D. (a 1. m.) Comb. A. B. Talboti omn. praeter 3. ms. Bad. 1. Pott. omn. Feae alqt. Jaeck. 1. 4. 5. 6. Orell. bc. Dess. 1. 2. Lips. 1. 2. (*heu—seu* Lips. 3.) Mentel. Berol. 1. et Graev. Hanc scripturam a Cruquio, Talb. Jon. Pott. receptam non improbat Gesnerus, praefert Zinzerlingius ad Val. Flacc. 3, 234. et Barth. in Adv. 37, 19., qui ita reperit scriptum in antiquo suo codice. — *versat.* Ms. Feae 1, 5. Jaeck. 1. 4. 5. 6. ?! Eandem scripturam reperiri in ed. Venet. et Loscheriana tradunt edd. Gesn., quas curarunt Zeun. et Bothius, sed neque habet Locher., neque ulla Venet. ab a. 479. edita. *vexet.* Ms. Dess. 2. De perpetua horum verborum commutatione vid. Peerlk. ad Od. 2, 9, 3. — *seu insc. rerum* mutato verborum ordine ms. Guelf. 1. *insitia.* Ms. Guelf. 3. Ed. Ven. 481. *insicia.* Ms. Guelf. 2. *incia*, ab altera manu *inicia* ms. Lips. 1. — *veri* legendum suadet sine necessitate Bentlejus pro *rerum*, quod tuentur omnes libri scripti et editi. Vid. Cuning. Animadv. p. 177.

V. 34. *feras.* Ms. Gott. 1. — V. 32—34. *At vos — feros! Ubicumque — foedus; Pascitur* etc. Ed. Haberf., similiter Jones, qui post *feros*

Vivitis indigni fraternum rumpere foedus,
Pascitur in vestrum reditum votiva juvenca.

posuit punctum. Eadem distinctio ap. Bodon., qui *ac* habet. Cf. supra ad v. 32. Alii, ut Comb. Zell. Both.: *At, vos — foedus, Pascitur* etc. — *foedus. Pascitur* etc. Sic distinx. edd. Chab. Daru. Doering. — *foedus: Pasc.* Ed. Val. — *At, vos — feros, ubic. loc. Vivitis*; *indigni — foedus, Pasc.* Ed. Gesn., qui post *indigni* omissum cum aliis putat *estis*. Alii aliter, quos recensere longum est. *fedus.* Sic ed. Piscat. 595, qui defendit.

COMMENTARII

IN

HORATII LIBRI I. EPISTOLAM TERTIAM.

Quum Tiberius Augusti auspiciis exercitu proficisceretur in Orientem, Tigranem in regnum Armeniae deducturus, multos secum duxit comites seu amicorum cohortem, in qua erat *Julius Florus.* Hunc igitur Poeta percontatur familiariter, ubi castra habeat Tiberius, quid agant amici, quid ipse tractet, et, proposita quadam ad studium sapientiae adhortatione, utrum cum Munatio, communi amico, in gratiam redierit nec ne. Epistola haec, quae Scaligero, judici non semper aequo bonoque, *pura admodum minimeque ambitiosa* recte dicitur, ex eo genere Epistolarum est, quae a Latinis *familiares* appellantur. Sententiarum ordo simplicissimus, limata et verborum et rerum tenuitas, plenissima et caritatis et humanitatis tota Epistola, in qua multos interpretes dicendi illa libertate veterum scriptorum propria offensos esse nemini videbitur mirum. Quodsi quaeritur, quid Horatius in hac Epistola potissimum secutus sit, i. e. utrum amicos illos dissidentes (v. 30.) in gratiam voluerit revocare, uti opinantur *Rodellius* et *Schmidius*, an munus, quod ad ipsum multi deferebant, res ab Augusto gestas carmine heroico celebrandi tecte et perhumaniter detrectare (v. 3.), id in dubio relinquitur, quanquam hoc, non illud affirmaverim. Ad eundem Florum decennio ferme post misit Horatius Epistolam 2, 2; etenim ii

non sunt audiendi, qui, ut Britannicus, Irenicus, Desprezius, alii, Od. 4, 2. eidem Floro inscriptam opinantur.

„Florus fuit", ut ait Porphyrion, „Satirarum scriptor, cujus sunt electae ex Ennio, Lucilio, Varrone. Fuit autem unus ex Claudii Neronis cohorte." Acron, cui ad verbum consentit Schol. Cruquii: „Julius Florus, ad quem haec scripta leguntur, in cohorte fuit amicorum, i. e. inter amicos Tiberii Neronis Claudii, qui ab Augusto imperium accepit" etc. De hoc Julio Floro erudite, ut solet, disputavit *Weichertus* in *Poet. Lat. Reliq.* p. 364 sqq. Is Porphyrionis verba ita intelligenda putat, ut Florum ex Ennio, reliquis, quos constet scripsisse Satiras, praestantiora carmina elegisse eaque fortasse antiquitatis rigore sordibusque abstersis et emendatiora et elegantiora edidisse statuamus. Propterea Viro doctissimo videtur factum, ut Florus ipse Satirarum scriptor appellaretur. Quidni scripserit ipse Satiras? Quicquid est, veri similius habebitur quod de Floro, M. Porcii Latronis auditore, quem commemorat Seneca in Controv. 4, 25. p. 283. Bip., tradunt *Spaldingius* ad Quintil. Inst. 10, 3, 13. et *Weichertus* hoc ipso loco. Julius Florus ut idem fuerit, quem Quintilianus *in eloquentia Galliarum principem* vocat, at dubitari potest, quod prudenter significavit *Orellius*, eundem Julium Florum minimum 65 annos natum *exstimulatorem acerrimum rebellionis inter Treveros fuisse*, teste Tacito in Annal. 3, 40., quam rem, quae incidit in a. U. C. 774 et octavum Tiberii imperantis annum, uterque vir doctus huic eidem Floro attribuere non dubitat. Ceterum silentio non est praetermittenda *Torrentii* opinio, „qua Julius Florus e provincia videtur fuisse; nam Caesaris dictatoris beneficio multi provincialium jus civitatis adepti propterea in nomen gentis Juliae venere." A Torrentio non multum abhorrent *Sanadonus* ad Epist. 2, 2, 1. et *Dorighello* (III. p. 172. ed. 2.), utpote qui Florum natione Gallum fuisse opinentur. Alia vide apud *Masson.* in *Vit. Horat.* p. 290 sqq.

Restat, ut tempus, quo scripta sit haec Epistola, definiamus. Expeditionis autem Armeniacae locupletes exstant testes, ut Vellej. Paterc. 2, 94. ibiq. Ruhnken., Sueton. Tib. 9. 14. Tac. Annal. 2, 3. ibiq. Lips., Dio Cass. 54, 9. Cf. Norisius ad Cenotaph. Pisan. Diss. II, 9. p. 185., 16. p. 293. Masson. l. l. p. 285 sqq., Schmid. ad Epist. 12, 26., interpp. ad Od. 2, 9, 19. Ex his ipsis colligi licet, Tiberium ineunte anno U. C. 734 adisse Augustum in Samo hibernantem atque inde verno tempore ad exercitum, quem in Orientem duci jussisset Augustus, esse profectum, quo nuntio Romam allato Horatium

hanc ad Florum dedisse Epistolam. Recte igitur *Massonus* l. l. p. 286., *Weichertus* l. l. p. 370., *Kirchnerus* in *Qu. Horat.* p. 5. 38. et in tab. chronol., *Grotefendus* in *Allgem. Encyclop.* Sect. II. Tom. X. p. 473, quibuscum facit *Car. Franke* in *Fast. Hor.* Berolin. 1839. p. 201., scriptionem Epistolae ad annum U. C. 734 Varr. referunt. Nescio igitur, qua ratione ducti, nisi est mentio Hebri glacie astricti v. 3 facta, *Sanadonus* et *Dorighello* Epistolam a. 733. Varr. scriptam putent itemque unde hauserint illam de Floro comite Tiberii in Dalmatiam a. 731. profecti narrationem. *Wielandius* quoque lapsus est, quum vernum tempus a. 735. Epistolae scriptae statueret. Ex alio fonte manavit error *Darui*, interpretis elegantissimi, quum diceret: „Il parait que celle-ci fut écrite pendant la guerre de Dalmatie, c'est-à-dire vers l'an de Rome 733.“

V. 1. 2. *Juli Flore — laboro.* In hac ipsa percontandi, ubi terrarum Tiberius bellum gerat, ratione unicuique verbo sua est elegantia. Notio quaedam loci et incerti et longinqui significatur formula: *quibus terr. oris*, ut Virg. Aen. 1, 331. *quibus orbis in oris Jactemur, doceas;* Cic. de N. D. 2, 66. *quacumque in ora et parte terrarum;* Liv. 21, 10, 12. *devehendum in ultimas maris terrarumque oras;* formula autem: *scire laboro*, maximum cognoscendi studium, ut Catull. 67, 17. (ubi Vulpius Graecorum φροντίζειν comparat) *nemo quaerit, nec scire laborat.* Ovid. Met. 10, 413. *scelus est, quod scire laboras.* Pers. 2, 17. *minimum est, quod scire laboro.* Alia suppeditat *Heindorfius* ad Sat. 2, 8, 9. Utrum autem Hor. vere atque ex animo sit percontatus, quod dubitat *Rodellius*, haec Romae ignota fuisse negans, an jocatus, hic quaerere non attinet, quanquam dubitandum est, num Poeta, dum scribebat, locum ubi degerent amici, accurate noverit. Nomini *Claudius* quod addit rem notissimam; *Augusti privignus*, honoris causa factum puta, ut Epist. 1, 8, 2. *Celso — comiti scribaeque Neronis*, gratulandi causa et Od. 1, 20, 5. *Maecenas eques*, viri modestissimi modestiae laudandae gratia. „In talibus vero“, ut ait *Eichstadius* in re simili, „quanta fuerit urbanissimo Poetae judicandi elegantia, quam venustus limatusque sensus, quanta in scribendo circumspectio et prudentia, sciunt, qui in legendis ejus odis atque epistolis ad sententias magis et tractationem, quam ad verba et dictionem advertere animum didicerunt.“ Quapropter dissentio a *Weicherto*, V. Cl., quum (l. l. p. 378) illam appellationem dicit „callidam et ambitiosam amoris studiique in Tiberium testificationem.“ Quod autem *militare* eum dicit, qui dux belli fuerit, vel est, ut *Torrentius*

opinatur, *κατάχρησις*, vel ad belli auspicia referendum, quae erant penes Augustum, vid. Od. 4, 14, 33., nisi quis hoc verbo quasi omine fortitudinem Tiberii (Od. 4, 4, 29.) laudatam existimari mavult.

V. 3. *Thracane — vinctus.* Tiberius per Macedoniam et Thraciam duxit exercitum (Sueton. Tib. 14.) idque sub vernum tempus, itaque *Hebrus-vinctus*, in qua quidem descriptione de deo fluvio cogitant *Schmidius* et *Orellius*, rectene an secus nescio. Etenim ut Hor. aquis glacie astrictis *compedem* tribuit, ita Virgilius Ge. 4, 136. *frenum* et Sympos. Aenigm. 10, 2. *catenas: Unda fui — Nunc rigidi coeli duris connexa catenis*, ubi *Wernsdorfius* (VI. p. 488) locum Horatianum comparat. Sic Petron. c. 123. v. 188: *undarum vincula;* Lucan. 5, 434. *alto torpore ligatae — haesere undae.* Inde lux affertur Lucretio 6, 878. *exsolvit glaciem* (ignis) *nodosque relaxat*, ibiq. Creech. De usu verbi *vinciri*, qui hic est, dixit Burm. ad Petron. c. 123. p. 583. — *nivali*, ut Martial. 7, 94. *osculo nivali*, Claud. de Rapt. Proserp. 1, 70. *glacieque nivali Hispidus* (Boreas). Ceterum frigiditas hujus tractus et amnis, quem Romani fere primum omnium in expeditionibus suis noverant glacie constrictum, abierat in proverbium, de qua re vide quos laudant *Fea* ad Od. 1, 25, 20. 3, 26, 10. et Voss. ad Virg. Eclog. 10, 65. Errat autem *Tartcronus*, quum Hebrum existimat „toujours glacé.“ Docte Prudent. Apoth. 428. *exutus glacie jam mollior amnis Caucasea de cote fluat Rhodopeïus Hebrus.*

V. 3. *An — turres.* Descriptio Hellesponti. *Turres* intelligendae sunt aut duae illae in utroque Hellesponti litore positae, quarum mentionem facit Strabo 13, 22. (V. p. 298. Tz. s. III. p. 96. Tauchn.) *Ἔστι δὲ ἡ Σηστὸς ἐνδοτέρω κατὰ τὴν Προποντίδα ὑπερδέξιος τοῦ ῥοῦ τοῦ ἐξ αὐτῆς· διὸ καὶ εὐπετέστερον ἐκ τῆς Σηστοῦ διαίρουσι παραλλαξάμενοι μικρὸν ἐπὶ τὸν τῆς Ἡροῦς πύργον, κἀκεῖθεν ἀφιέντες τὰ πλοῖα συμπράττοντος τοῦ ῥοῦ πρὸς τὴν περαίωσιν· τοῖς δ᾽ ἐξ Ἀβύδου περαιουμένοις παραλλακτέον ἐστὶν εἰς τἀναντία, ὀκτώ που σταδίους ἐπὶ πύργον τινὰ κατ᾽ ἀντικρὺ τῆς Σηστοῦ, ἔπειτα διαίρειν πλάγιον καὶ μὴ τελέως ἔχουσιν ἐναντίον τὸν ῥοῦν* etc. aut, ut Scholiastae interpretantur, Sestus et Abydus, quae urbes navigantibus procul una urbs esse visae sunt, ut testatur Val. Flacc. 1, 285: *dirimique procul non aequore visa Coeperat a gemina discedere Sestos Abydo.* Vid. ibi Harles. et cf. Ovid. Trist. 1, 10, 27. *Quaque per angustas vectae male virginis undas Seston Abydena separat urbe fretum.* Avien. descr. Orb. Terr. 693. *Sestus ubi atque Abydus*

parvo sale discernuntur, Et vicina sibi lambit confinia pontus. Strabonis locum primus interpretum, quod sciam, aperuit *Ouwens,* Hollandus ille magni nominis, quem secutus est *Weichertus,* postea in eundem incidit pluribusque suam sententiam acute probavit argumentis *Schmidius* in Progr. schol., quod supra indicatum est, atque huic hujus loci interpretationi plane assentitur *Orellius.* Habet tamen ad meum quidem sensum Scholiastarum explicatio, quo se tueatur. Urbes enim maritimae quum praeter ceteras haberent aedificia in altum exstructa in plurimisque eminentes e tectis contignationes, unde in mare navesque venientes et abeuntes prospici posset, fieri potuit, ut illae urbes κατ' ἐξοχὴν *turres* dicerentur. Virg. Ge. 4, 125. (ib. Forbig.) *sub Oebaliae — turribus altis.* Tib. 1, 7, [8], 19. (Broukh. et Diss.) *Utque maris vastum prospectet turribus aequor Prima ratem ventis credere docta Tyros.* Avien. descr. O. T. 1076 (ibiq. Wernsd. V. p. 1104) *Litoris extremo caput altis turribus effert Laodice et glauci praelambitur aequoris unda.* Priscian. Perieg. 858. *Laodicen pariter positam prope litus amoenum et Posidi turres et Daphnes optima Tempe.* Plin. H. N. 5, 13. *Stratonis turris, eadem Caesarea ab Herode condita.* Ovid. Heroid. 18, 12. de ipsa Abydo: *quum vincula prorae Solveret, in speculis omnis Abydus erat* i. e. in turribus, uti apparet e Stat. Theb. 6, 546. *Contra autem frustra sedet anxia turre suprema Sestias in speculis.* Hinc urbium simulacra fere turrita vi suntur, ut observat Clericus l. l. et Cort. ad Lucan. 1, 188. Quid, quod Lucanus 9, 954. de his ipsis urbibus: *Threïciasque legit fauces et amore notatum Aequor et heroas lacrymoso litore turres.* Quapropter valde mihi probatur *Weicherti* sobrium quod de hoc loco facit judicium: „Sed quicquid est“, inquit p. 380, „id mihi omni exemptum videtur dubitatione, plur. Codd. lectionem *turres* unice veram et de Sesto et Abydo urbibus explicandam esse, quas urbes etiam a Lucano l. c. *heroas turres* appellari manifestum est.“ Quum igitur alterutra sententia lectori talium rerum intelligenti eligenda videatur, vix operae pretium est, alias explicationes recensere. Fert tamen hujus editionis ratio, ut hominum in literis conspicuorum tentamina, quantum potest fieri, cum lectoribus communicemus. Quare cohibete, si qui estis morae impatientes, incommodam vestram acclamationem: „ohe jam satis est“! Ne plura! *Wakefieldus* ad Soph. Trach. 274. ed. Erf. I. p. 220. *turres* intelligit montes laud. Virg. Ge. 4, 125., *Haberfeldus* alta litora in rem suam afferens Lucan. 9, 955., qui locus aliam modo invenit interpretationem. *Fea* assentitur

quidem Scholiastarum explicationi, sed *turres* interpretatur moenia turrita, inter quae fretum cucurrerit collatis Od. 4, 6, 7. Ovid. Amor. 3, 8, 48. et Epist. ex Pont. 3, 4, 105. De usu voc. *turris* et πύργος apud veteres scriptores obvio vid. *Fea* ad Od. 3, 29, 10. Ernest. ad Sueton. Ner. 38. Wernsd. ad Poet. Lat. II. p. 512 et quos laudant *Kuinoel.* ad Evang. Luc. 13, 4. et Schleusn. Lexic. N. N. v. πύργος. Cf. Nann. Misc. 4, 17. in Grut. Lamp. crit. I. p. 1285. Becker. ad Gall. II. p. 54. Verbum autem *currentia* ex illo Strabonis loco suum intellectum habere, vix est quod indicem. De eodem phaenomeno disputat *Fea*, quem vide. Inde Lucan. 2, 675. *fretum rapidi Hellesponti.* Val. Fl. 2, 614. *mediasque intervolat urbes, Qua brevibus furit aquis aestus, Asiamque prementem Effugit abruptis Europa immanior oris. Orellius* scite comparat Catull. 64, 358. et *Eichstadius* (ad van Ommer. p. 218) Brunck. Anal. III. p. 148. N. XXVIII, 8.

V. 5. *An — morantur.* Fertilitatem amoenitatemque Asiae minoris (Tac. Ann. 3, 7.), quam Cicero pro leg. Manil. 6. oratorie explanat, uno fere Epitheto describit Poeta: *pingues campi collesque.* Sic Lucret. 5, 1247. *agri pingueis;* Virg. Ge. 4, 118. *pingues horti;* Tib. 3, 3, 12. *pinguia arva.* Cf. Val. Fl. 4, 99. 7, 607. et Hor. Od. 2, 12, 22. 1, 31, 4. ibiq. Fea. Hinc *ditem Asiam* praedicant, ut Prop. 1, 6, 14. et Avien descr. Orb. T. 696. *Schmidius* meus ex verbo *morandi* atque ultimo versu amicos ex Armenia redeuntes, qui reditus in eundem annum vel in initium anni sequentis inciderit, indicari opinatur. At nollem factum. Poeta enim hoc quidem sententiarum ordine nihil aliud nisi hoc vult dicere: Tiberius Thraciamne pervagatur, an in Hellesponto moratur, an penitus trajecit exercitum in Asiam? Res autem diversas uno inclusit *morandi* verbo. Quapropter non sane absurda videtur *Rappolti* (p. 513) sententia, qua Horatius tecte significarit Asianas delicias multis olim perniciosas (Tac. Agric. 6, 3. Flor. 3, 12. Justin. 38, 7, 6. 36, 4, 12. Val. Max. 2, 6, 1., quibus adde Sallust. Cat. 11, 5 sq.), ut *morari* sit deliciis suis detinere ac delinire Claudii exercitum.

V. 6. *Quid — curo.* Declarat Hor., se non solum, ubi Tiberii amici degant, scire velle, sed etiam quid bonarum artium tractent meditenturque. Optimo igitur jure *Bentlejus* scripturam *hoc* restituit, quum *haec*, quae ad ea quae sequuntur ex sua ipsius significatione referenda est (cf. Hand. ad Wopk. Lectt. Tull. p. 24), interrogationem indirectam postulet. Quodsi *Hochederus* v. *operum* ex Pronom. *quid* et Adj. *studiosa* aptum esse dicit, ego quidem, quanquam talis ver-

borum constructio multis illustrari potest exemplis, affirmaverim, Adj. *stud.* ex eo Adjectivorum genere esse, quae aliunde id assumant, quod facile e sententiarum ordine intelligi potest, ut h. l. *literarum.* Sic Od. 2, 20, 19. (ibiq. Peerlk. et Orell.) *peritus;* 1, 28, 18. 3, 4, 58. Sat. 1, 4, 126. *avidus;* 3, 23, 17. *immunis;* Sat. 2, 2, 43. Epist. 1, 7, 31. *plenus;* Od. 2, 4, 22. *integer.* Similia observavit *Bachius* ad Ovid. Met. I. p. 66. 135. 165. Cicero quoque idem Adj. alio quidem sensu absolute usurpat in Or. pr. Ligar. §. 36., ubi videndus est *Soldanus* p. 173. Itaque Schol. Cruq. bene explicat: *literata cohors.* Tiberius enim, qui et ipse teste Suetonio in Vit. Tib. 70. „*artes liberales utriusque generis studiosissime coluit*", secum ducebat *comites, amicos* sive *amicorum* quam vocabant *cohortem.* De ea re post Torrent. ad Epist. 8, 2. Heind. ad Sat. 1, 7, 23. Schm. ad h. l. Lips. ad Tac. Ann. 6, 9. coll. Rupert. ad 1, 29, 2. Böttich. Lexic. Tac. p. 96. Ernest. ad Sueton. Tib. 46. Exc. XV. Weichert. Poet. Lat. Rel. p. 370, alios accuratissime egit *Seebodius* in Progr. sch. Goth. 1839: *Scholien zu Qu. Horatius Flaccus. Erst. Heft. p.* 7—10.

V. 7. *Quis — sumit?* Ironia illa levis, quam aliquot interpretes hic sibi visi sunt videre, neque in verbis, neque in re inest. *Sumit* enim dicitur ut Od. 1, 12, 11. ib. Mitsch.; *Quem virum — sumis celebrare?* et *scribere* poetarum est imprimis carminis epici, A. P. 74. Od. 1, 6, 1.; itaque Homerus Epist. 1, 2, 1. *Trojani belli scriptor.* Horatius igitur quod munus Augustum heroicis versibus celebrandi alii complures injungere ipsi volebant, id et alias humaniter detractat et hoc loco quasi humeris poetarum juniorum impositurus videtur. Vid. Od. 1, 6, 10 etc. 19, 9—12. 2, 12, 9—15. 4, 2, 27—52. 15, 1—4. Sat. 2, 1, 10 etc. Epist. 2, 1, 250—59. Cf. *Schm.* et *Orell.* ad h. l. *Weichert.* p. 381. *Fr. Jacobs Verm. Schrift.* V. p. 200. 347. 352. 359. *Car. Passov.* in „Leben des Horaz" N. 241. et de hujus versus rhythmo idem N. 261.

V. 8. *Bella — aevum. Diffundit* in *aevum,* ut A. P. 346. *longum noto scriptori prorogat aevum,* et Od. 4, 14, 3. *Quae cura — virtutes in aevum aeternet.* Hoc loco tamen notio gloriae et longe lateque divulgatae et perpetuo duraturae apparet, ut Cic. pr. Balb. 5. *longe lateque diffusa laus. Schmidius* laudat Virg. Aen. 4, 195. *Haec dea — diffundit virum in ora* et Plin. Paneg. 56. *in immensum diffunditur oratio.* Dictionem *in aevum* illustrat *Peerlkampius* ad Od. 4, 14, 5. Errat autem Vir ille doctissimus, quum pro *aeternare* scribi mavult *extendere.* Poëtae licuit in majus extollere quae

esset communis poetarum formula, ut *ire, venire in saecula, aperire in saecula, mittere, tollere in saecula, mittere, dimittere in aevum* et similia, de quibus praeter ipsum dixerunt Burm. ad Val. Fl. 2, 245. Barth. ad Claudian. Cons. Mall. Theod. 114. Cort. ad Lucan. 10, 533. Drak. ad Sil. 12, 312. Burm. Sec. ad Anth. Lat. I. p. 366. — *paces.* Schol. Cruq. *nove dixit, quia grammatici negant in plurali numero declinari.* At vide exempla a *Schmidio* ad h. l. et a *Kritzio* ad Sall. Jug. 31, 20. et a *Forbigero* ad Lucret. 5, 1229. allata. Intellige autem vel „Friedensschlüsse" vel (*bella et pac.*), *Hochedero* interprete, res et in bello et in pace gestas.

V. 9. *Quid — ora. Titium* Acron et Porphyrion Pindari interpretem fuisse, eundemque lyrica scripsisse carmina tradunt et, si fides habenda est Acroni, etiam tragoedias. „*Deridet autem hunc Horatius*", addit Porph., „*quod ausus sit sacrum opus contaminare. Potest tamen et vere laudari: nam Tiberii comes et doctissimus fuit et lyrica conscripsit.*" Cum utroque Scholiasta fere consentit Schol. Cruquii, praeterquam quod ab hoc Titius vocatur *Titius Septimius.* Cujus quidem Cruquiani secutus fidem *Weichertus* in doctissima Commentatione *de Titio Septimio Poeta* (l. l. p. 365 sqq.) non solum omnes virorum doctorum de hoc Titio opiniones accurate recensuit, verum etiam pluribus probatum ivit argumentis, hunc hominem fuisse communem Horatii et Tibulli amicum eundemque, cui inscripsisset Horatius et Epistolam nonam et Odam sextam libri 2. Idem fere senserant *Cruquius, Minos, Dacerius* ad h. l., *Heynius, J. H. Vossius* ad Tib. 1, 4, (5), 73., *Broukhusius* ad eund. 1, 4, 67, *Wernsdorfius* ad Poet. Lat. min. III. p. XXX., alii. Argumenta tamen, quae attulit Vir doctissimus mihi neque olim probata sunt, neque nunc probantur. Quae contra disputavi, leguntur in *Seebodii* „*Archiv*" 1825. p. 456 sqq. Sunt duo potissimum. Primum Scholiasta ipse, si comparaveris ejus annotata ad Od. 2, 6. et Epist. 1, 9. hunc non eundem, cujus ibi mentio fit, habuisse videtur. Deinde confusio nominum gentilium Titii et Septimii, quae vere sunt Romana, hac quidem aetate res est plane inaudita. Quapropter *Torrentius* scribi maluit *Septiminus.* Eodem argumento jam usus olim est *Massonus* in Vit. Hor. p. 259, cui assensi sunt *Vanderburgius* ad Od. 2, 6. et nuperrime *Orellius* ad h. l., qui totam Titii Septimii historiam niti ait errore Commentatoris Cruq., et recte quidem; etenim idem eodem modo errat ad Sat. 2, 2, 50., ubi vid. *Kirchner.* p. 25. Ceterum recte statuit *Weichertus* (p. 377) praeeuntibus *Sanadono, Dorighellone, Ha-*

berfeldo Titium hunc Marci Titii consulis 723 filium et pronepotem Munatii Planci fuisse. Plutarch. Vit. Anton. 58. Vellej. Paterc. 2, 79. 83. Dio Cass. 49, 18. Titio jam Poeta celebre ex studiis poeticis auguratur nomen, in qua quidem re complures interpretes adolescentem illum poesis amantem vident leviter derisum. Ut demus, formulam *in ora venire* interdum in malam partem accipi, at quoties in bonam! Ita Virg. Aen. 12, 235. *vivusque per ora feretur.* Id. Ge. 3, 9. *victorque virum volitare per ora.* Prop. 3, 1, 24. *Majus ab exsequiis nomen in ora venit.* Id. 3, 7, 32. *venies tu quoque in ora virum.* Pallad. in Catal. Scal. p. 158. *Vivus in aeternum docta per ora volat.* Plin. Epist. 8, 5, 3. *Itaque diebus ac noctibus cogito, si qua me quoque possim Tollere humo: (id enim meo voto sufficit: illud supra votum) victorque virum volitare per ora.* Imitati sunt poetae Ennium (Hessel. p. 161 ex Cic. Tusc. 1, 15, 34). Exempla suppeditant Lamb. ad h. l., Broukh. ad Prop. 2, 1, 2. Drak. ad Sil. 3, 135. Burm. ad Anth. Lat. I. p. 366. Alia addit *Fr. Jacobs.* V. p. 349. N. **. Inde formula *alicui in ore esse*, de qua dixerunt *Ruhnk.* ad Ovid. Heroid. 2, 32. et *Klotz.* ad Cic. Lael. p. 88. Quapropter dissentio a *Weicherto*, quum (p. 376.), uti omnis, qua Titius mactetur, laus perspersa sit salibus, ita verba huius versus cum leni quadam et amabili scripta esse irrisione dicit. At pace viri optimi, cui invitus refragor, quomodo talis irrisio cum verbis: *ut valet? ut meminit nostri?* „quae," Cruquio judice, „plena sunt amoris benevoli" stare potest? Sed et alia sunt, quibus Vir Clarissimus suam sibi de hoc loco opinionem finxit atque persuasit; de iis mox dicetur. Interim vide, quae subtiliter et mea quidem sententia vere de Titio disputat *Fr. Jacobs.* l. l. p. 349. *Weichertum* praeter *Schmidium* sequitur *C. Passov.* in „Leben u. Zeitalter des Hor." N. 190.

V. 10. 11. *Pindarici — apertos?* Hor. in his vv. Titii audax Pindarum imitandi studium admiratur, non laudat, neque vituperat, id quod per singula eundo facile apparebit. Aliter enim *Weichertus* Scholiastarum interpretationem cum multis aliis secutus hunc locum p. 383 — 386 interpretatur his inter alia usus verbis: „Deridet, ut paucis dicam, vanum et audaculum amicum ob Pindari imitationem et aemulationem et propter ejus superbum fastidium, quo alios aspernetur poetas." Quanquam ipsi Horatio in Od. 4, 2. difficillimum est visum Pindari imitandi studium, ille tamen locus, cujus explicatio aliunde petenda est (v. Fr. Jacobs. l. l. p. 352), nullam secum fert

Titii vituperandi causam rationemque, ut Hor. fere nihil aliud indicet nisi hoc: „Qui in Pindaro imitando vires experitur, me prope confidentior est.“ Sic bene *Orellius.* Verbum enim *non expalluit* (Od. 3, 27, 29.), quocum apte confert *Fr. Jacobs.* Od. 1, 37, 21. *nec muliebriter expavit ensem,* sicuti Particip. *ausus* notionem tantummodo fortis animi, difficultatem rei cujusdam contemnentis, non falsae temerariaeque fiduciae (Weich. l. l. p. 383) habet, ut intelligitur ex v. 20., Sat. 1, 6, 76. 2, 1, 10. Epist. 1, 2, 40., aliis, quorum magnam copiam congessit *Seebodius* l. ad v. 6. laud. p. 18. — *Pindaricus fons* est ex ipsa antiquorum hominum sentiendi ratione fons, ex quo Pindarus vim poeticam hausit, sive est Dirce Od. 4, 2, 25., sive quis alius, tum Pindarus ipse, ex quo hauriunt imitatores. Exempla in utramque rem usquequaque sunt obvia. Lucret. 4, 1. *Avia Pieridum peragro loca, nullius antetrita solo: juvat integros accedere fonteis Atque haurire.* Virg. Ge. 2, 175. *sacratos ausus recludere fontes.* Prop. 2, 10, 25. Pald. *Nondum etiam Ascraeos norunt mea carmina fontes, Sed modo Permessi flumine lavit Amor.* Cf. id. 3, 2, 5. 52. 3, 1, 1—6. Ovid. ex Pont. 4, 2, 47. *At tu, cui bibitur felicius Aonius fons, Utiliter studium quod tibi cedit, ama.* Id. Amor. 3, 9, 25. Manil. Astron. 2, 8. *cujusque* (Homeri) *ex ore profusos omnis posteritas latices in carmina duxit, Amnemque in tenues ausa est deducere rivos Unius fecunda bonis.* Ibid. v. 50. *Omnis ad accessus Heliconis semita trita est*; *Et jam confusi manant de fontibus amnes, Nec capiunt haustum turbamque ad nota ruentem.* Cf. Hor. Sat. 2, 4, 94. Auson. Mosell. 444. De re ipsa docte disputarunt *Mitsch.* ad Od. 1, 26, 6. *Passov.* ad Pers. Prol. 1. p. 206. *Rupert.* ad Juv. 7, 57. *Hertzberg.* in Progr. schol. Halberst. 1836: *Observatt. in alqt Sext. Aur. Propertii locos* p. 7. — *lacus et rivos apertos* dubito, num recte intellexerit *Wielandius* „die gemeinen Bächlein und die Teiche,“ quum ob majorem contrariorum vim similitudo ab aquaeductibus petenda videatur, quorum canales aquam in immissorium derivantes ipsi *rivi* vocantur; Orell. Inscr. N. 51. 53.; de *lacubus* vid. Heind. ad Sat. 1, 4, 37. *Fastidire* est hominis elegantis (Od. 3, 1, 23. Epist. 1, 17, 15.), qui vilem quendam patulumque orbem devitans summa sequitur in lyricis. Etenim *lacus rivique aperti* similitudine detracta vel sunt poesis genera et faciliora et leviora lyricae poesi opposita, ut *Pindaricus* dicatur *fons,* e quo emanet quasi omnis vis lyrica, vel sunt omnino vulgaria et humiliora ipsius poesis lyricae genera, ut *fons*

Pind. intelligatur hymnorum, quos cecinit Pindarus, sublimitas ac magnificentia (Od. 4, 2, 33. Stat. Silv. 4, 7, 5—8), vel intelligendi ipsi poetae Pindaro inferiores. Hoc dici volunt *Weichertus* (p. 385) *Doeringiusque*, illud *Orellius.* Cf. Turneb. Adv. 26, 27. De eadem similitudine comparant Mart. 9, 100, 9. (de suis carminibus): *Multum, crede mihi, refert, a fonte bibatur Quae fluit, an pigro quae stupet unda lacu.* Prop. 2, 18, 51. ibiq. Broukh. *Cui fuit indocto fugienda haec semita vulgi, Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.* Callimach. in Anth. Pal. XII. 43, 3, οὔτ᾽ ἀπὸ κρήνης πίνω, σικχαίνω πάντα τὰ δημόσια, quem locum *Fr. Jacobs.* (p. 354) attulit. Quicquid est, vereor, ne, qui „Titium de Horatii Odis aliquando minus honorifice judicasse Pindarumque, Lyricorum principem poetarum, unice dignum imitatione dictitasse" ex hoc versu conjiciat, paucorum ferat assensum. Fidem si quis denegabit Scholiastis, qui Titium Pindari carmina in latinum sermonem convertisse tradunt, recte faciet cum *Weicherto* (p. 386.), quanquam aliter de hac re sentire videtur *Osannus*, V. Cl., in Jahnii Jahrbb. 1830. II. 3. p. 329.

V. 13. 14. *Fidibusne — arte.* In his verbis nihil est (quod observandum videtur contra *Weicherti* acutissimam conjecturam p. 385.) nisi familiaris quaedam sermocinatio: quid agit? utrum hoc an illud? i. e. pangitne aliquid Pindaricum an ad tragoedias scribendas animum applicat? Hanc sententiam dilatat Poeta poetarum modo. *Fidibus Latinis Thebanos aptare modos* una ex formulis est, qua poetae Graeci Latinis praeire eosque quasi docere dicuntur, ut Od. 3, 30, 13. *Aeolium carmen ad Italos deduxisse modos.* Virg. Ge. 3, 176. *Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.* Cf. Od. 1, 26, 10. 32, 3—5. 4, 9, 3. Epist. 1, 19, 23. Prop. 3, 1, 4. 9, 44. (3, 8, 44 Pald.) De dictione ipsa egit praeter alios *Huschkius* ad Tib. 2, 5, 4. Formula autem *auspice Musa*, de qua dixit Bentl. ad Od. 1, 7, 27. (cf. Forbig. ad Virg. Aen. 3, 20.), quamque ironice additam opinatur Clarissimus *Weichertus* (p. 390) neque curiosi, neque malevoli percontatoris est, sed ejus, qui alterius poetica studia Musis non iratis procedere cupiat. Sic *dexter Apollo* ap. Stat. Silv. 5, 1, 14. Quemadmodum autem *desaevire* referendum est ad τὰ πάθη τῆς τραγῳδίας, ita *ampullari* ad gravitatem sublimitatemque orationis tragicae propriam et ita, ut notio quaedam exaggerationis tragoediam ipsam tangentis minime absit. Cf. Orell. ad A. P. 94—98. Peerlk. ad Od. 2, 1. p. 157. Wagn. ad Virg. Catal. p. 355. Jacob. ad Lu-

cian. Tox. p. 60. Hinc bene *Campenon*: „préfère-t-il les fureurs et le style pompeux de la tragédie?“ Ipsam utriusque vocabuli significationem enodavit *Weichertus* (p. 386—90) ea, qua est doctrinae copia ingeniique sollertia, ut, qui addere aliquid velit, ligna in silvam ferre putandus sit. At quae veterum et recentiorum interpretum magnam partem secutus inde effici vult, tantum abest, ut ea approbem, ut et hodie impugnem. Etenim ille: „in promptu est,“ inquit (p. 389), videre duplex Titii in scribendis tragoediis vitium, partim quod in repraesentandis tragicis personis et describendis earum moribus affectibusque excedat modum, partim quod in conformanda oratione molestum vitiosumque tumorem atque inanem ridiculumque quaerat et sectetur verborum ornatum et sonum.“ Contra hanc interpretationem ea qua decet erga virum optimum reverentia olim surrexi in *Seebodio* „Archiv für Philol.“ 1825. II. 3. p. 461 sqq. Et mihi, quod non arroganter dictum existimari velim, assensi sunt *Schmidius*, *Hochederus*, *Orellius* ad h. l., *Fr. Jacobsius* (l. l. p. 354 sqq.), alii. Hoc unum nunc volo additum: *desaeviendi* quidem acerbitatem, si qua esse videatur, valde mitigari illa scriptorum consuetudine, qua quae ab aliis facta narrant, ipsi dicantur facere, ut Sat. 1, 10, 36. Multa talium afferunt *Burmannus* ad Prop. 1, 7, 1. p. 71. et *Paldamus* ad eund. p. 306.

V. 15—20. *Quid mihi — coloribus. Quid mihi Celsus agit?* ex usitata formula, ut Sat. 1, 9, 4. (ibi Heind.) *quid agis, dulcissime rerum?* Plaut. Trin. 1, 1, 12. *Quid agit tua uxor? ut valet?* Cf. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. 6, 25 et quae dicentur ad 1, 8, 3. Quapropter non audienda interpretatio illa est: „quod opus nunc habet in manibus?“ Pronominis *mihi* quae vocatur abundantia utriusque linguae communis habet hic aliquam familiaritatis et caritatis notionem. Exempla omnis generis collegerunt Drak. ad Sil. 1, 46. Burm. ad Phaedr. 1, 22, 3. Bünem. ad Lactant. Inst. 6, 12, 12. et quos praeterea laudant *Schmidius* ad h. l. et *Jacobus* ad Lucian. Tox. p. 138. — *Celsus* autem idem esse videtur, cui inscripta est Epistola octava, quanquam id negat *Weichertus* l. l. p. 382. Multi nomine insignes reperiuntur *Celsi*, quos recensuit *Fabricius* in Bibl. lat. 2, 4. II. p. 36. ed. Ern., quocum conferri iubet *Weichertus* Schneideri Comment. 1, 1. II. p. 28. et Spaldingium ad Quintil. Inst. 3, 1, 21. I. p. 436. Quo jure hunc Celsum esse A. Cornelium Celsum, medicum illum, qui idem scriba comesque Tiberii fuerit, opinentur *Bianconius* et *Schillingius*, nondum compertum habeo.

Vid. *Baehr. Gesch. d. Röm. Lit.* p. 693. ed. 2. Major etiam quam de ejus origine est controversia de ipsius studiis poeticis, quae fere omnes interpretes tam parvi aestimant, ut juvenem, qui anxiam quandam in poesi posuerit operam, in plagiariorum numero habeant. *Weichertus* igitur (p. 383.): „Ex his (quod scripta praestantissimorum poetarum expilaverit, quam ob rem Hor. fabulam Aesopicam accommodate in eum transtulerit) facile quisque intelliget, quam contemptim H. de poetica facultate Celsi sentiat, quam acerba urbanitate usus eum castiget et ab turpi inhonestaque studiorum ratione, ut jam alias fecerat, etiam per hanc ad Julium Florum Epistolam avocare studeat." Cf. ejusd. Comment. de *Lucio Vario Poeta* p. 84. N. 69. Quapropter humanissime illius juvenis patrocinium suscepit *Fr. Jacobsius* [V. p. 343 sqq.], cujus ad sententiam accessit *Orellius,* qui praeter alia hoc acute docet: Horatium his verbis idem Celso acclamasse quod Pisonibus: *Nec verbum verbo curabis reddere fides Interpres, nec desilies imitator in artum!* Addo ego, qui totus assentior viris illis doctissimis, nostra sentiendi ratione utpote hominum saepe bilinguium atque incude aulica politorum non videri metiendos liberiores hominum antiquorum simpliciumque mores. — V. 16. *Privatas opes Doeringius* minus accurate interpretatur „doctrinae copias, quas Titius ex se ipso hauriat, non ex aliorum scriptis," quapropter non effugit humanam *Jacobsii* admonitionem (l. l. p. 344.). *Hocheder.* confert A. P. 131. et *Schmidius* de *tangendi* verbo (idque per literas ad me datas) Propert. 3, 2, 16. et Schrad. ad Mus. p. 204. *Schefferus* ad Phaedr. 1, 22, 11. intelligit *priv. opes,* quae respiciant dominum suum, eum, a quo proficiscantur. Res in promptu est. Hor. Celsum ab anxia antiquorum scriptorum imitatione avocat et ad componenda talia carmina invitat, quae privati sint juris. Ludit autem in verbo *tangendi,* quod ex ratione contrariorum accommodat ad V. 17. *Palatinus quaecumque recepit Apollo.* In porticu enim templi Apollinis a. u. 726 consecrati (Od. 1, 31.) constituta erat bibliotheca *Palatina* publica, de qua vid. Dio Cass. 53, 1. Sueton. Octav. 29. et de Illustr. Gr. 20. Plin. H. N. 34, 8, 22. (Harduin.) Ovid. Trist. 3, 1, 60. *Ducor ad intonsi candida templa Dei — Quaeque viri docto veteres cepere novique Pectore, lecturis inspicienda patent.* Calpurn. Ecl. 4, 158. *Ver, Meliboee, Deo mea carmina: nam tibi fas est Sacra Palatini penetralia visere Phoebi.* Eam respiciunt Epist. 2, 1, 216. 2, 94. Iuven. 7, 37. Martial. 12, 3, 7. Vet. Graec. Sentent. ed. Orell. I. p. 213. 696., alii. Quapropter mirum

illud Scholiastae Cruq.: „*monet etiam, ne libros Sibyllinos legat.*" Refutavit *Massonus* l. l. p. 287—289. De bibliotheca ipsa plura afferunt *Schmidius* ad h. l., *Ebertus* in Allgem. Encyclop. Hal. X. p. 55., *Hubmann.* in Seebod. „Archiv." 1834. III. 1. p. 119. 124. — V. 18—20. *Ne, si — coloribus.* De hac fabula Aesopia, qua, quia fuit notissima, rei acerbitas quae videtur lenitur maxime, imprimis dixerunt *Schwabius* ad Phaedr. 1, 3. et *Rigaltius* p. 204. ed. Burm. Pro cornice ibi est graculus. De comparatione cum ipsa sententia commixta vid. annot. ad 1, 1, 2. — V. 20. *Furtivis nud. col.* Schol. Cruq.: *plumis variorum colorum. Furtivis* autem ut Plaut. Poen. 4, 2, 77. *Et ille qui eas vendebat, dixit se furtivas vendere.* Symp. Aenigm. 25, 2. *furtiva vivo sagina,* ubi hunc locum comparavit *Wernsdorfius.* Sententiam ipsam hac fabula adumbratam optime illustravit *Orellius,* quem vide. De usu fabularum ap. Hor. conf. quem laudavimus ad 1, 1, 75. *Car. Passov.* N. 283.

V. 20. 21. *Ipse quid — thyma?* Percontatur Florum de ipsius studiis poeticis; qua quidem in re illud: *quid audes?* habet aliquam fiduciae in amico ob praeclaram ejus indolem positae notionem. Alii nescio quid ambiguitatis hic sentiunt. Ceterum eorum quae sequuntur repetita est similitudo ab apibus *thymum* ut gratissimum pabulum ubique quaerentibus, in quam rem vid. Voss. ad Virg. Ge. 4, 112. et Forbig. ad Ecl. 5, 77.; hinc *agilis* ut *apis sedula* Ovid. Met. 13, 928 et *levis* Tib. 2, 1, 49. ibiq. Dissen. Veterrima autem est poetas apibus comparandi ratio. Vide quos locos collegerunt *Schmidius* ad h. l., *Mitscherl.* et *Orellius* ad Od. 4, 2, 27., ubi Hor. de se ipso: *Ego apis Matinae More modoque Grata carpentis thyma per laborem Plurimum — operosa parvus Carmina fingo;* quem locum contra *Hanovii* incommodam interpretationem recte enodavit *Paldamus* in Zimmerm. Zeitschr. f. d. Alterthmsw. 1839 p. 943; neque male *Rotter. operosa* retulit ad metricam ideoque ad externam poematum rationem. Ex hoc ipso autem loco facile efficitur, Florum leviora tantum poesis lyricae genera secutum esse, quod et indicat *amabile carmen;* ceterum hic non tam de imitatione, qua illum dextre usum esse conjicit *Torrentius,* sed de materia ipsa, in qua versatus sit, agi satis apparet. Quod Hor. ultimo loco posuit studia poetica v. 24, in qua re *Haberfeldus* quoddam vidit indicium, quam parvi illa in Floro Horatius habuerit, inde factum videtur, ut ea tanquam opus secundarium, cui Florus aliquamdiu omissis severioribus eloquentiae fo-

rensis et juris civilis studiis per horas subsecivas operam daret, significarentur. Idem sentire *Orellium* video.

V. 21. 22. *Non tibi — hirtum. Ingenium non parvum* per litoten, ut Od. 1, 28, 14. 4, 8, 4.; *non incult. est et turp. hirt.* ex nota ingenii cum agro comparatione. Cic. Brut. 4, 7. (ibiq. *Peter*) *Seremus igitur aliquid tanquam in inculto et derelicto solo.* Alia dedimus ad 1, 1, 40. p. 60. — *turpiter hirtum* ut A. P. 3. *turpiter atrum;* de agro ipso Prudent. Perist. 11, 120. *frustra Carpit spinigeris stirpibus hirtus ager.* Similiter Od. 2, 9, 1. *agri hispidi.* Recte hic posuit *Bentlejus et* de re non ita diversa neque in majus per *nec* efferenda. De ingenio et moribus Vellej. Paterc. 2, 11. *Cajus Marius hirtus atque horridus,* ubi Ruhnken. hunc locum confert. Sic *horrida incultaque vita* ap. Cic. pr. Rosc. Amer. 27, 75. *Schmidius* addidit Cic. Brut. 31, 117. *Tubero — ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus.* His ipsis emendatur Torrentii conjectura quaedam: „Alludit autem ad hoc, quod *hirti* sive *hirsuti* audaces magis habentur quam ingeniosi: nisi in metaphora ab agro sumpta persistere eum malis; *hirta* enim quae et inculta.“ Hoc verum quidem; similitudinem bene explicuit *Orellius*, neque male Schol. Cruq.: *„hirtum, rusticum“*, cui consentit Schol. d. ap. Hoched.: *„rusticum et superfluum.“*

V. 23—25. *Seu linguam — praemia.* Quod dicit *linguam causis acuis*, est ex frequenti quum sermonis tum eloquentiae forensis cum telo armisque comparatione. Locis in eam rem a *Schmidio* laudatis Cic. Brut. 97. *tu illuc veneras unus, qui non linguam modo acuisses exercitatione dicendi, sed et ipsam eloquentiam locupletavisses* etc. Pindar. Pyth. 1, 86. [ibiq. Boeckh. II. 2. p. 238] χαλκεύειν γλῶσσαν πρός τινι adde Cic. de Or. 3, 30, 121. *Non enim solum acuenda nobis atque procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate.* Inscr. ap. Orell. N. 1183 de Merobaude: *in Alpibus acuebat eloquium.* Stat. Silv. 4, 5, 51. (et ibi Wernsd. in Poet. Lat. min. III. p. 376.) de eloquentia: *Ensisque vagina quiescit, Stringere ni jubeant amici.* Quintil. Inst. 10, 5, 16. *ipse ille mucro ingenii quotidiana pugna retundatur necesse est.* Inde ap. Lucian. Tox. 11. παρασκευάζειν εὐστόχους καὶ τεθηγμένους τοὺς λόγους, ubi *Jacob.* p. 60. laudat *Fr. Jacobs.* ad Achill. Tat. p. 374. Adde Rupert. ad Juv. 7, 156. Intelliguntur autem h. l. meditationes forenses seu *declamationes*, quibus juvenes Romani fictis

usi ad imitationem fori materiis praeluserunt causis veris; quod Juvenali 7, 173. est: *Ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra.* Vid. ad Epist. 1, 2, 2. Alii autem, ut *Haberfeldus*, (cf. *Weichert.* de Cass. Parm. p. 312) ipsas reorum causas, quas Florus ut *orator causarumque patronus* egerit, indicari malunt. Non male quidem, quoniam, quod vere docuit *Eichstadius* in *Parad. Horat.* P. III. p. 9 sqq., qui in foro agebant, iidem, ubi opportunitas daretur, etiam de jure respondebant. Totus tamen sententiarum ordo, imprimis *acuendi* verbum, illud, non hoc iubet intelligi. Florum enim *jurisprudentiae* quoque dedisse operam, declarant verba *civica jura Respond. paras.* De singulis ut *civic. iur.* vid. Heind. ad Sat. 1, 9, 39., de verbo *respond.* Schmid. ad h. l., Heind. et Kirchn. ad Sat. 1, 1, 9. 10. *Eichstad.* l. l. p. 11 sq. — *amabile carmen* interpretantur *Schol. Cruq.*, *Ascensius*, *Casaubonus* (de Sat. Rom. Poes. p. 230 ed. Ramb.), *Wielandius* „amatorium", a quo non multum abhorrent *Schmidius Orelliusque*, hic: ἐρωτικά puto et συμποτικά; *Hocheder*: „naiv, das, was dem natürlichen Gefühle zusagt", laudans Od. 3, 4, 5., idem fere *Voss*: „ein gefälliges Liedlein", quod approbo. In hoc ipso Epitheto *Haberfeldus* poetam videt descriptum, qui animi causa in amicorum, non in publicum usum festiva condiderit carmina. Idem fere *Weichertus* (Poet. Lat. Reliq. p. 367), „ita ut nesciat, an non poetarum numero prorsus sit eximendus." — V. 25. *Prima — praemia.* Sententia: „In his omnibus quas dixi rebus tu facile eris princeps." Neque igitur incommode *Torrentius* locum hunc ad commissiones Rhetorum et Poetarum retulit. Cf. Orell. Inscr. N. 1183. Per zeugma autem (de quo vid. Schm. ad Epist. 2, 1, 152) et eloquentiae studioso et jurisperito tribuuntur *praemia hederae.* Hoc si vidissent *Dacerius* et *Sanadonus*, non temere sententiarum ordinem distraxissent majore post v. *paras* posita distinctione. De corona hederacea poetarum propria vid. Mitsch. ad Od. 1, 1, 29. interpp. ad Virg. Ecl. 7, 25. et Fr. Jacobs. ad Delect. Epigr. 1, 101, 4. — *heder. victr.* ut Virg. Ecl. 8, 13. *victrices laurus.* Ceterum Genitivus appositionis est ut v. 27., i. e. *praemia*, quae sunt *hed. victr.*, quod verissime observavit *Bachius* ad Ovid. Met. 8, 327. *majus opus magni certaminis.* Sic Caes. b. civ. 3, 83. *praemia pecuniae.* Ovid. Met. 2, 836. (ibiq. Bach. p. 112) *nec causam fassus amoris.* Id. 6, 81. *Prodere — fetum canentis olivae.* Virg. Ge. 3, 423. *extremaeque agmina caudae.* Id. Aen. 12, 546. *Hic tibi mortis erant metae*, ibi Serv. et Heyn. Cic.

Offic. 2, 5, 16. (ibi Beier. et Zumpt.) *collectis ceteris causis, eluvionis, pestilentiae* etc. Alia afferunt Matth. et Moeb. ad Cic. pr. Mur. 10, 23. Catil. 2, 11, 24. Zumpt. Gr. lat. §. 425. Haase ad *Reisigii Vorlesungen* etc. p. 635. N. 523. Acute, ut solet, rem explicuit *Hermannus* ad Viger. p. 878. Fundus est Homericum illud (Od. 19, 492): *ἕρκος ’δόντων*, ad quod proxime accedit Il. 7, 104. (Spitzn. ibi) *τέλος θανάτου*. Soph. Antig. 122. *στεφάνωμα πύργων*. Id. Oedip. Col. 722. *τέρμα τῆς σωτηρίας*, ubi alia affert Reisig. ap. Wund., qui addit Matth. Gr. gr. §. 430. Haec observavimus, ut versum seq. clariore in luce poneremus. — *feres*, verbum in hac re proprium. Ita Sat. 2, 1, 11. *multa laborum praemia laturus.* Od. 4, 8, 5. *neque tu pessima munerum ferres.* Dictionem pluribus illustrant Broukh. ad Tib. 1, 1, 24. et Forbig. ad Virg. Ecl. 5, 89.

V. 26. *Quodsi Frigida — posses.* Sententiarum ordo vv. 26 — 29. hic est: „Attamen istarum rerum laude major est ipsa sapientia, ad quam quoque omissis te rebus, quae „divinae particulam aurae humo affigunt,“ perventurum esse crediderim. In illam omnibus incumbendum est, qui et aliis et sibi deesse nolint.“ Est igitur progressio a minore ad majus, quam Poeta tecte significat, non aperit ipsis verbis. Similiter progreditur oratio in laudandis studiis literarum ap. Plin. in Epist. 1, 3, 3. *Quin tu humiles et sordidas curas aliis mandas, et ipse te in alto isto pinguique secessu studiis adseris. Hoc sit negotium tuum, hoc otium; hic labor, haec quies* etc. Pythag. aur. vers. 45. 46. *Ταῦτα πόνει, ταῦτ’ ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε, Ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.* Quaeritur autem, quae sint, si a propria vocabuli significatione discesseris, *fomenta*, utrum solatia, lenimenta, an pabula, nutrimenta curarum? Illam significationem habent loci: Cic Tusc. 2, 24, 59. de Fin. 2, 29, 95. Plin. Epist. 6, 7, 2. a *Schmidio* laudati, hanc plerumque sequuntur interpretes et lexicographi, eorumque complures Clodii ap. Serv. ad Virg. Aen. 1, 176. interpretatione pro fomite, „Zunder“, permoti. Quum haec Epitheto *frigida* parum accommodata atque Augusteo quidem aevo rarissima sit, in illa acquiescendum videtur. Sed ad litem dirimendam congeramus exempla. Quintil. Inst. 4, 3, 10. *His igitur velut fomentis, si quid erit asperum, praemolliemus.* Tacit. Ann. 1, 46. *Militaribus animis adhibenda fomenta, ut ferre pacem velint.* Senec. Epist. 51. *indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervarunt fomenta Campaniae.* Id. de Vit.

beat. 11. (de sensuum deliciis) *mollibus levibusque fomentis totum lacessitur eorum corpus.* Petron. 98. *mitigatum osculis tanquam fomentis aggressus est.* Apulej. Met. 2. p. 124. *paupertati suae fomenta conquirere.* Ibid. 8. p. 510. (quem locum laudavit Orell.) *fomento consuetudinis exaestuans.* Firmic. de Error. prof. relig. 8. *Nolo me per tumulos eorum favillasque ducatis, nolo ut errori vestro nomen meum fomenta suppeditet.* Id. 13. *Adulterio delectatur aliquis, Jovem respicit et inde cupiditatis suae fomenta conquirit, probat, imitatur et laudat, quod* etc. Arnob. II. p. 87. ed. Salm. *Blandimenta haec cassa sunt et inanium fomenta votorum.* Hieronym. adv. Jovinian. II. (T. 2. p. 54 ed. Frkf. ad M. et Lips. 1684) *Deliciae et epularum varietates fomenta avaritiae sunt.* Lactant. Inst. 6, 23, 5. *Objicit quippe oculis irritabiles formas suggeritque fomenta, et vitiis pabulum subministrat* etc. His ipsis intelligitur, in utram partem inclinet loquendi consuetudo. At nova exoritur Genitivo illo *curarum* vel Subjecti vel Objecti difficultas. Pro illo habet *Orellius,* quum dicit, *cur. fom.* manifesto esse ea fomenta, quae curae Floro imponant, pro hoc, i. e. quibus curae ipsae deliniantur, *Bothius* et *Charpentier.,* quorum ille „*fom. frig.* lenimenta, solatia putida atque inepta" interpretatur, hic „curarum remedia vana et inania." Similiter vertit *Güntherus,* interpres elegantissimus: „Wofern du los dich machtest von dem, was die Sorg' unkraeftig beschwichtigt." Haec interpretatio metaphorico illo voc. *frigid.* usu bene nititur. Sic Ovid. ex Pont. 4, 2, 45. *solatia frigida.* Plin. Epist. 1, 9, 3. (ibi Schaefer) *Quot dies quam frigidis rebus absumpsi?* Satyrus in Del. Epigr. gr. 1, 53, 5. ψυχρὰ παραμύθια. Herodot. 6, 108. ἐπικουρίη ψυχρή. Vid. Cort. ad Lucan. 6, 281. Ast. de Plat. Phaedr. p. 98. Fr. Jacobs. *) ad Del. Epigr. 7, 54, 2.

---

*) Quum *Fr. Jacobsium* de loco difficillimo consuluissem, is pro sua humanitate ad me rescripsit haecce: „Die Horazischen *fr. fom. cur.* habe ich immer für remedia genommen, aber remedia vana, inania, also ψυχρά, die das Uebel wohl gar noch verschlimmern. In dem Sinne könnte man sagen: θαλπτήρια ψυχρὰ μεριμνῶν. Ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ hab' ich mir, ich weiss nicht woher (Lucian.), angemerkt; am besten aber stimmt zu meiner Erklärung die ἐπικουρίη ψυχρὴ beim Herodot 6, 108., wo man νίκη ψυχρὴ aus 9, 49. vergleicht. Beim Eurip. Iph. Aul. 1021. ψυχρὰ ἐλπίς, was ebendaselbst 994. κενὴ ἐλπὶς heisst. Das Materielle des Sinnes ändert sich dadurch nicht: es können Reichthümer, Ehrenstellen u. andre Eitelkeiten

Attamen propriam verborum significationem arbitror retinendam. Significat enim Poeta jocosus illam Antonii Musae arthriticos *frigidis fom.* curandi rationem, quae omnibus ex a. u. 731. in ore fuit. Vid. Schol. Cruq. ad Epist. 1, 15, 3. et quos ibi laudat *Schmidius* Dion. Cass. 53, 30. 31. Suet. Aug. 59. 81. Plin. H. N. 25, 7. (38.) 29, 1. (5.) Cf. annot. ad Epist. 1, 2, 52. p. 177. *Baxterum* idem sensisse nunc video. Genitivus igitur per appositionem explicandus videbitur, ut v. 25. et ap. Curt. 8, 10, 7. *remedium ignis.* Sic *fomenta frigida* intelliguntur curae ipsae *fomentis frigidis* comparatae, quae animum paulatim refrigerant, obtundunt, altius spirantem spectantemque deprimunt. Eandem sententiam, quanquam grammaticae structurae negligens, amplexus est *Haberfeldus* secutus *Wielandium*: „Und könntest du der Sorgen, die den Geist erkälten, dich entschlagen." Atque haud scio an eandem interpretandi viam inierit *Vossius*, quum verteret: „der erkältenden Sorgen Geteusch." Ita Plin. Epist. 9, 2, 1. *multum distringebar plerumque frigidis negotiis, quae simul et avocant animum et comminuunt.* Haec, de qua agitur, similitudo eo facetior, quo frequentior est philosophiae cum medicina comparatio. Vid. annot. ad Epist. 1, 1, 37. Quapropter nollem *Meyerus* (*Commentat. de Epith. ornant. vi* etc. p. 14) *fom. cur. frig.* pro *fomentis frigidarum curarum* ex usitata Epithetorum permutatione dici putasset, nollem *Bothius* ea, siquidem Romani eo quidem tempore haud facile aliam nisi propriam horum verborum intelligere potuerint significationem, oxymorum i. e. *fomenta nihili*, qualia describerentur Od. 2, 16, 9—12, in edit. Gesneri dixisset. Quodsi vera sunt quae de loco controverso disputavimus, tota refellitur altera, cui ipse olim adhaesi, interpretandi ratio, qua *Lambinus* ad Epod. 11, 17. *fomenta curarum* intelligit curarum segetem ac materiam, *Cruquius* ad h. l. „nutrimenta", *Chabotius* „alimenta et pabula", a qua interpretatione non dissidet *Torrentius.* Nusquam autem, quicquid dicit *Mitscherlichius*, V. Cl., ad illum locum, ista significatio neque ap. Horat. neque ap. ullum aureae aetatis scripto-

---

verstanden werden. So Satyrius Thyill. Ep. IV. auf einen gefesselten Eros: *ψυχρὰ τάδ' ἀνθρώποις παραμύθια*, was aus Eurip. Alc. 363. genommen ist: *ψυχρὰν μέν, οἶμαι, τέρψιν.* ebenfalls von einem Kunstwerke. Solch ein *frigidum fomentum curarum* verkündigt Kassandra dem Paris ap. Lycophr. 113. *ψυχρὸν παραγκάλισμα, κατ' ὀνειράτων κεναῖς ἀφάσσων ὠλέναισι δέμνια.* vid. Schol."

rem reperitur. Nihilo secius in eandem fere sententiam interpretati sunt *Rodellius*, *Desprezius*, *Dacerius*, *Sanadonus*, *Doeringius*, alii. E lexicographis praeter alios in hunc censum venit editor Germanicus *lexic. Forcellin.* II. p. 311. nisi est *Forcellinius* ipse. At quamcumque elegeris interpretationem, hanc quidem, quae, ut ceterae, ex neglecto Genitivo epexegetico orta videtur, ex Horatio prorsus eliminandam arbitror. Quae autem sint istae *curae*, si quaerimus, varia est Scholiastarum explicatio. Acron enim: „*oratoriam ac juris scientiam dicit additque et poeticam, quia non ita valent amputare vitia, ut philosophia*“ etc. [Braunh. scripsit *valeat*). Ei assentiuntur de „*poetica*“ Porphyrion et Britannicus. Commentator autem Cruquii: „*avaritiam, ambitionem intelligit, quae reddunt hominem ad bene agendum plane frigidum.*“ Hunc sequuntur interpretes plerique omnes. Hinc *Orellius*; „unum vitium in amico libere reprehendit, quod is quoque, ut aequalium plerique, nimio lucri et quaestus studio indulgebat.“ Pari modo *Charpentier*: „divitiarum colligendarum studium et ambitionem apud nobiliores“ sequente versu per *coel. sapientiam* indicari opinatur. At, si Poeta abjiciendis variis rerum curis nihil aliud voluisset nisi monstrare aditum ad divinam sapientiam? Sic de se ipso Epist. 2, 2, 141—44. *Nimirum sapere est — verae numerosque modosque ediscere vitae.* Cf. Epist. 1, 1, 10—12. Idem sentit *Hochederus.* Et quum curarum tam magna sit varietas, quis est, qui illas, quas interpretes volunt, significari tuto affirmet atque obnixe contendat? Quis est, qui castiget Plinium, quum in Epist. 9, 2, 1. *in epistolis*, inquit, *parcior fui, partim quia tuas occupationes verebar, partim quia ipse multum distringebar plerumque frigidis negotiis* etc. et 2, 8, 3. *Nam veteribus negotiis nova accrescunt, nec tamen priora peraguntur: tot nexibus, tot quasi catenis majus in dies occupationum agmen extenditur.* —

V. 27. *sapientia coelestis.* Hoc Epitheto *Bothius* ap. Fe. illud Ciceronis in Tusc. 5, 4, 10., ubi Socrates philosophiam e coelo devocasse dicitur, significari opinatur, alii Platonem, qui eandem donum Deorum dixit, denotari credunt (vid. Cic. Tusc. 1, 26, 64. Acad. 1, 2, 8. Epist. ad Div. 15, 4, 42. Stallb. ad Plat. Tim. 47. B. p. 200.), *Minos* ἔρωτα οὐράνιον, quem Plato in Convivio descripserit. At potius cum *Schmidio* meo ex ratione contrariorum crediderim, *sapientiam* hic dici *coelestem*, propterea quod homines humi depressos ad altiora sublimioraque ducat. Senec. Epist. 65. *Animus in vinculis*

est, nisi accessit philosophia et illum respirare rerum naturae spectaculo jussit, et a terrenis dimisit ad divina. — Sapiens assectatorque sapientiae cogitationes suas ad sublimia intendit. Id. Epist. 75. *Optima et noxa carentia exspectant nos, si ex hac faece aliquando in illud evadimus sublime et excelsum: tranquillitas animi et expulsis erroribus absoluta libertas.* Diog. Laert. 3, 63. ἰδίᾳ (Plato) δὲ σοφίαν καὶ τὴν φιλοσοφίαν καλεῖ, ὄρεξιν οὖσαν τῆς θείας σοφίας. De dictione: *Quo — ires*, laudant Epist. 2, 2, 37. *I, bone, quo virtus tua te vocat.*

V. 28. *Hoc — ampli.* In rem Epist. 1, 1, 25. *Quod aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque. — parvi* et *ampli*, ut Sat. 2, 6, 95. *Neque ulla est Aut magno aut parvo leti fuga.* Recte autem *Orellius* v. *opus* ad actionem, *studium* ad θεωρίαν refert, dissentientibus aliis, ut *Chabotio:* „summa ope nitamur, ne mordacibus curis ambitionis et cupiditatis animos nostros conficiamus.“ Alia in rem affert *Schmidius*, qui idem v. 29. *Si patriae — cari* contra Lambini interpretationem: *sibi carum esse* i. e. jucunde et hilariter vivere, rectissime disputat. Cf. Orell. De re ipsa, quae hic praecipitur, vid. *Wieland.* et *Haberfeld.* Observandum autem est, his ipsis verbis Poetám quasi viam sibi ad reconciliandos amicos inter se dissidentes apte munivisse.

V. 30. 31. *Debes hoc — rescinditur?* Schol. Cruq., quocum consentit Acron, „*Mire*, inquit, *quasi etiam aliae causae scribendae sint, quam reconciliationis.*“ Horatius igitur, ut eorum est opinio, hac Epistola ante omnia id egit, ut Florum et Munatium, qui simultates odiaque quaedam exercerent, reconciliaret, de qua re licet dubitari. *Munatius* sine dubio fuit filius L. Munatii Planci, consulis a. U. C. 712, cui Horatius inscripsit Od. 1, 7. Qui quoniam apud Augustum multum gratia valuit et auctoritate, mirum non est, ejus filium fuisse in Tiberii cohorte. Sic recte cum aliis statuit *Weichertus* l. l. p. 377. Scholiastes autem Cruquii eum habet pro fratre Flori, verbis v. 33 *indigni fraternum rumpere foedus* inductus. Scholiastae sententiam sequuntur *Lambinus*, *Min.*, *Chab.*, *Dac.* et, quomodo rem expediat, incertus haeret *Mattius* in *Triga Opusc.* etc. p. 425. At quis est, qui metaphoricam voc. *fratern.* significationem ignoret? Fusius de ea re olim dixi ad Epist. 1, 10, 4. p. 11. — *sit tibi curae*, ut Tib. 3, 1, 19. *Illa mihi referet, si nostri mutua cura est. An minor, an toto pectore deciderim.* Ovid. Heroid. 17, 160. *Et tibi sit curae Troius hospes, ait.* — In verbis: *an male — rescinditur,*

sunt, qui translationem a vestibus, quae consuantur et rescindantur sumptam velint, vid. Broukh. ad Tib. 1, 11, 61., at repetenda potius similitudo est a vulneribus, quae *coire* dicuntur. Multa hujus rei exempla praeter Barthium in Adv. 12, 8., Cort. ad Plin. Epist. 2, 1, 5. hic congessit *Schmidius*, sedula Musarum apis. Cf. Forbig. ad Virg. Ge. 3, 453. Sic Petron. 113. *credo veritus, ne inter initia coeuntis gratiae recentem cicatricem rescinderet*, ubi Weitzius locum Horatianum contulit. Miror autem, *Hochederum* Porphyrionis commentum particulam *nequicquam* „*non*“ explicantis ut Aen. 2, 546. 12, 633. repetisse. Ut nihil nunc dicam de locis Virgilianis, hic nihil aliud nisi curatio significatur, quae, quia vulnus male sartum est, aliter ac speratur effectu caret. Cf. Forbig. ad Virg. Ge. 1, 96. Quod Horatius [*sit tibi — an rescinditur*] ex oratione indirecta ad rectam subito transit, non est sine quadam rei et ingratae et inexspectatae significatione, quam particula *an* auctam sentimus. Exempla suppeditat *Hand.* ad Turs. I. p. 353. De variatis in eadem periodo modis vide quos citat *Dissenius* ad Tib. 3, 1, 20. Re igitur accuratius perpensa scripturae receptae suus stabit honor.

V. 33—36. *At vos — juvenca.* Sententiarum ordo: „At, quicquid vestram discordiam sive fervor sanguinis sive inscitia rerum genuit alitque, ubicumque locorum vivitis vos, quorum generosae indoli naturaeque parum convenit, amoris vinculum dissolvere, ego vestrum in reditum diis vota solvam.“ Sic verba fere ordinant *Lambinus, Rodellius, Schmidius, Passovius, Orellius, J. H. Vossius,* alii. Minus commode majore post v. *foedus* facta interpunctione distinguunt alii, ita ut *estis* intelligant; qua re sententia nascitur haecce: „ubicumque vivitis, vos dedecet etc. Interea pascitur etc.“ Sic praeter ceteros *Wielandius, Doeringius.* Ingeniosius autem quam verius *Haberfeldus* ex sua horum verborum distinctione: „At vos indomito animo qui estis, exiguae ac parvae sunt sane res, quae vestrum dissidium procreant, calidus sanguis etc. Vos usquequaque dedecet, odia exercere, quodsi redieritis, vobis non deero reconciliandis.“ Alia quoque ratione locum interpretatur *Bentlejus*, quem vide. — *At* alioquin adversantis, hic plenum est amoris, quo incensus amicorum reditum in patriam et in gratiam (*indigni fr. rump. f.*) exspectat cupitque Horatius. In verbis denique: *ubicumque — vivitis*, redit ad Epistolae initium. — *calidus sanguis.* Sic Sat. 1, 3, 53. *Caldior est: acris inter numeretur.* De usu huj. voc. vid. Cort. ad Plin. Epist. 5, 20, 6. Drak. ad Sil. 15, 337. *Calido* opponitur *frigidus, gelidus*

sanguis, de quo dixit Forbig. ad Virg. Aen. 5, 395. — *rerum inscitia* videtur esse rerum imperitia, ἀπειρία τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, quod sane nescio cur in dubium vocet *Orellius*, qui „Missverständnisse" intelligi mavult. De usu voc. cf. Sat. 2, 1, 81. *sanctarum inscitia legum.* Sat. 2, 3, 43. *inscitia veri.* Alia quidem significatione Cicero quoque de Or. 1, 22, 99. *inscitia rerum* dixit, nisi ibi legendum est *inscientia.* Vid. Hand. ad Wopk. Lectt. Tull. p. 185. et quos laudat *Haase* ad *Reisigii* „*Vorlesungen*" etc. p. 118. N. 118. — *vexat.* Sic Epist. 2, 2, 90. *Qui minus argutos vexat furor iste poetas?* Sat. 1, 7, 50. *si discordia vexet inertes.* — V. 34. *Indomita cervice feros.* Cf. Ovid. Met. 13, 444. *Achilles, Quo ferus injusto petiit Agamemnona ferro.* Pers. 5, 171. *Nunc ferus et violens. Indom. cerv.* de equis, quorum cervices manu blandi magistri palpatae imperium non patiuntur. Vid. annot. ad 1, 2, 64. p. 185. Auson. Epist. 24, 21. *Namque ego semper Contenta cervice feram.* Prud. Perist. 11, 90. *freni Ignara, insueto subdere colla jugo — pavor indomito corde ferinus agit.* Lambino translatio videtur desumpta esse a bobus indomitis, quos Graeci σκληραύχενας et ζυγομάχους vocant. Non male, etenim sic Ovid. Met. 13, 798. *Saevior indomitis eadem Galatea juvencis.* — V. 35. *indigni*, vel quibus non convenit, vel quos non oportet i. e. „die nicht berechtigt sind", ut Graecorum οὐκ ἄξιοι. Hanc significationem pluribus illustravit *Silligius* ad Virg. Cir. 103.

V. 36. *Pascitur — juvenca.* Mira sane est Acronis, cui assentitur Schol. Cruq., horum verborum interpretatio: „*Aut carmen pro vestro reditu scribetur, aut immolabo pro vobis juvencam. Nam Lyrici juvencam immolabant, Tragoedi hircum, alii poëtae taurum.*" Eam, quod mireris, amplexus est *Burmannus* ad Virg. Ecl. 3, 86. Significatur potius sacrum pro felici amicorum reditu faciendum, ut Od. 1, 36, 3. 4, 2, 53 sqq. et ibi Mitsch. Ita Virg. Ecl. 3, 85. (ibiq. Voss.) *Pierides, vitulam lectori pascite vestro.* Ovid. Amor. 2, 11, 46. *Pro reditu victima vota cadet.* Virg. Aen. 2, 17. *Votum pro reditu simulant.* Cf. Rupert. ad Juv. 12, 1—15. Gierig. ad Ovid. Met. 7, 159. Interpp. ad Mart. 9, 41, 3. et ad Sueton. Calig. 14. Saubert. de sacrific. c. 2. p. 32. Hinc *votiva*, ut Od. 2, 17, 31. *aedes votiva.* De simili fere re legitur ap. Sct. Evang. Luc. 15, 23. τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν θύσατε. — *Pascitur* in re sacra usitatum, vid. Jani. ad Od. 3, 23, 9., similiter *crescit* Od. 3, 23, 11., *juvenescit in mea vota* Od. 4, 2, 55. Locum ita vertit

Vossius: „Euch Heimkehrenden weidet ein heiliges Kalb der Versöhnung.“ De eodem reditu in gratiam (Cic. ad Attic. 2, 3.) cogitant *Tarteronus, Haberfeldus, Wetzelius,* quae quidem res non mira in Horatio, qui saepe circa praecordia ludit. Atque haud scio an recte in eandem sententiam auctore et suasore *Spohnio* interpretatus sit *Dissenius* Tib. 3, 3, 27. *pro dulci reditu quaecumque voventur.* In poeta Venusino omnia, ut mea quidem fert opinio, si observaveris duplicem protasin sequi simplicem apodosin, perspicua sunt, ut nihil sit sollicitandum. Dixit quasi: „Quocumque inter vos affecti estis animo, ego vos mutuo dignos amore (quapropter vestrum in gratiam reditum magnopere exopto) amare non desinam.“

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA IV.

AD ALBIUM TIBULLUM.

Albi, nostrorum sermonum candide judex,
Quid nunc te dicam facere in regione Pedana:
Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat,
An tacitum silvas inter reptare salubris,
Curantem quicquid dignum sapiente bonoque est?

Ad Albium Elegorum scriptorem. Ms. Graev. Jaeck. 1. [sed „*elegiarum*"] Edd. Bas. 531. Glar. 543. Irenic. 567. Fabric. 578 [Albinum]. Min. itemque ed. Ven. 520 praemissis verbis: *Q. Horatius Flaccus ad... Ad Albium Tibullum.* Mss. Lips. 2. 3. Edd. Ald. Bas. 555. et vulg. *Ad Albium.* Ms. Dess. 2. *Ad Albium elegium scriptorem.* Mentel. *Ad Albium amicum suum.* Ms. Gott. 2. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. Asc. 519. — *sermonum nostrorum.* Mss. duo Bersm.

V. 2. *te nunc.* Ms. Guelf. 1. — *pedana?* Ms. Dess. 2. Edd. Lamb. Cruq. Pulm. Torr. al. *padana.* Ms. Silv. et Mart. ap. Cruq. Quodsi Dorighello aliquos pro *facere* legere dicit *juvenem*, valde errat. Sanadonus, ex cujus annotatione ille error ortus videtur, aliud quid significavit.

V. 3—5. *Crassi.* Ed. Lips. 516.— *Partensis.* Ms. Fe. 2, i. — *vincat?* Sic edd. Glar. Lamb. Cruq. Pulm. Bentl. al. — V. 4. *Aut.* Mss. Jaeck. 4. 5. — *interreptare.* Ms. Dess. 2. Berol. 1. Edd. Ven. 520. Glar. Cruq. Hanc scribendi rationem tuetur Lambinus ad Od. 2,7,24., quanquam h. l. scripsit divise. At praepositiones saepe interponi constat, vid. Forbig. ad Virg. Ecl. 6, 19. *salubris.* Sic ms. Gott. 1. — V. 5. *quicquid.* Sic mss. Graev. Dess. 1. 2. Lips. omn. — *bonumque.* Ms. Cruq.

Non tu corpus eras sine pectore: di tibi formam,
Di tibi divitias dederunt artemque fruendi.
Quid voveat dulci nutricula majus alumno,

1, unus. Fe. 2, a. *est* omittunt mss. 3 ap. Bersm. Jaeck. ms. 4. Guelf. 2. Lips. 3. ms. Badenii.

V. 6. *di.* Mss. Dess. 1. Lips. 2. 3. Guelf. 1. 4. *dii.* Sic Lips. 1. Dess. 2. Gott. 1. 2. Graev. Guelf. 2. 3. Edd. vett. et al. Quum in hac scribendi ratione optimi codd. varient (Cort. ad Sall. Cat. 1, 2. et Freund. ad Cic. Milon. p. 36.), retinui usitatam, quam tuentur C. Schneider. in Formenl. p. 68., Cort. ad Lucan. 1, 635. 3, 93., Wagn. ad Virg. Aen. 2, 190.

V. 7. *dederant.* Pulm. 1. 3. 4. tredec. ap. Val. Oberl. C. D. Comb. B. D. F. G. Bad. 1. Jaeck. ms. 1. Orell. S et ex correctione b. Guelf. 1. 2. 3. Dess. 1. 2. Lips. 2. Gott. 2. Goth. Berol. 1. 2. [de hoc codice ms. dixit Kirchnerus in Quaest. Horat. Praef. p. II. Idem mecum utriusque cod. ms. et Santeniani variantem scripturam perhumaniter communicavit.] In Dorvill. et Corbej. nihil per totam Epistolam annotatum est. Haec est scriptura et eorum codicum, qui, ut Lambini et Bersmanni, non nominantur. Edd. vett. et plur. Sec. XVI., e recentt. Talb. Tart. Juvenc. (Mediol. 754.) Jon. Sandb. Hunt. Doer. Hoched. Bip. 828. *dederunt.* Schol. Cruq. et ejus mss. omn. praeter unum (6). Acron. Pulm. 2. 7. 10. Torr. duo antiquiss. Comb. A. C. al. ap. Talb. et Val. Pott., ut videntur, omn. Feae 1, c. Jaeck. 4. 5. Orell. c. superscr. *ant.* Lips. 1. 3. *(deder̄)* Gott. 1. Graev., qui idem mihi esse videtur ac Comb. A., ut indicavi ad Epist. 3, 32. Edd. Paris. 503. 752. Asc. 519. Glar. Muret. Bas. 555. Irenic. 567. Xyl. 575. Cruq. Biedmae 599. [quae editio in Germania rarissima prodiit „en Granada. Por Sebastian de Mena."] Torr. Rodell. Bentl. et recentt. fere omn. Vid. Fea. *dedere.* Ms. Jaeck. 6. Guelf. 4. *dederint.* Ms. Fe. 1, i. Mirandum sane, hodie inveniri interpretes, qui ob Imperf. *eras* praeferant scripturam *dederant.* Imperfectum illud suam habet relationem, de qua infra dicetur. Perfectum autem *dederunt* absolute dicitur, ut qui *dederant* scribant, Horatium faciant inurbanum Tibulli castigatorem. Praeterea res in promptu est. Correpta enim Perfecti syllaba *dedĕrunt*, quae apud optimos scriptores reperitur, librarios fefellit, ut metri causa saepe tempora mutarent. Similiter peccatur ap. Virg. in Ecl. 4, 61. Ge. 4, 393. Aen. 2, 774., ubi vide Wagn. et Forbig., alia exempla suppeditant Bach. ad Tib. 2, 5, 79. 4, 5, 3. Burm. ad Anth. lat. I. p. 538., Ochsn. ad Ovid. Met. 10, 55. ed. Bach. Lindem. ad Plaut. Trin. 2, 4, 149., Schmid. ad h. l., Ramsh. Gr. lat. §. 220, 2. ed. 2. Sic Sat. 1, 10, 45. *annuĕrunt*, Epod. 9, 17. *vertĕrunt.* Receptam scripturam tuiti olim sumus ego quidem in Seebod. Krit. Bibl. 1825. 3. p. 295., *Schmidius* in Zimm. Allg. Schulz. 1828. N. 92. De significatione Imperfecti *eras* non adversantis Perfecto *dederunt* accurate dixit *Jahnius* in „Jahrbb." 1827. II. p. 411. Quapropter facilis est ad judicandum conjectura *Nodelli* (Not. crit. c. 4. p. 92.): *enim. Praedicovius* scripsit *erit* et *D'i Tibi div. ded'runt.*

V. 8. *Quid foveat.* Ms. Fe. 1, q.

Qui sapere et fari possit quae sentiat, et cui
Gratia, fama, valetudo contingat abunde

2, h. (a 1. m.) *veniat*. Ms. Jaeck. 5. — *matricula*. Ms. Fe. 1, a. (a 1. m.) — *alumpno*. Sic Guelf. 1. 4. *alumno?* Sic Pulm. Fabr. 578. Bentl. Haberf. al.

V. 9. *Qui sapere — et cui*. Ms. Lamb. 8, un. Cruq. 1, a—d. Bentl. 1. 4. Oberl. C. D. Comb. A. F. G. Pott. 2. 3. 6. Fe. 2, c. (a 2. m.) 3, c. (a 1. m.) Jaeck. omn. ut vid. Orell. b. Graev. Probant Lamb. et Torr., recep. Baxt. Bentl. (qui def.) Cun. San. Oberl. Comb. Pott. et recentiores fere omn. *Quam sapere — et cui*. Mss. Pulm. 1. 4. 10. Bersm. quinque. Comb. B. D. Pott. reliq. Orell. S. sed superscr. *quin*. Bad. 1. Dess. 1. 2. Gott. 2. Lips. 1. Guelf. omn. excepto 2, qui verba aliter ordinat. Berol. 1. 2. Santen. Ed. princ. ap. Comb. edd. vett. ap. Maitt. Ven. 479. 81. 83. 86. 92. 98. 520. Flor. 482. Junt. 514. Loch. 498. Lips. 492. 98. 516. Ald. Asc. 519. Glar. Fabr. Pulm. Torr. Rodell. Tart. Bas. 531. 55. al. *Quam ut sapere — et cui*. Ms. Pulm. 7. Bos. (cod. Franek., sed non habet *et cui*) Altd. ap. Haberf. Ed. Jon., sed habet *utque* pro *et cui*. *Quam s. et f. ut possit q. s. et cui*. Mss. Cruq. reliq. tres ap. Val., in quibus Sorb. optim. al. ap. Fe. Edd. Gryph. (teste Pulm.) Xyl. Cruq. Piscat. Biedm. *(quem)* H. Steph. Min. Chab. Heins. Tan. Fab. Dac. Mediol. 754. Val. Camp. *Quam s. e. f. ut p. q. s., utque*. Edd. Lamb. (sed probat scr. receptam) Bersm. Despr. Talb. Maitt. Hanc scr. probat *Schmidius*, sed ita, ut pro *ut cui* (Lambinus maluit *utque huic*) legatur *utque ei*; contra autem disputat *Orellius*. *Quin sapere*. Ms. Cruq. 7. Pulm. 2. 3. Torr. quinque. al. ap. Bentl. et Feam. Comb. C. Pott. 1. 7. 8. 12. 14. Orell. c. Goth. Lips. 2. 3. Mentel. De confusione vocum *quin* et *qui* vid. Hauth. ad Pers. p. 420. *Quum sapere*. Ms. Gott. 1. Ita conjecit Turneb. in Adv. 1, 18., non Pulmannus, ut ait Fea. — *quid sentiat*. Ms. Fe. 2, c. (a 1. m.) *quia sent*. Ms. Dess. 1. — *ut cui*. Ms. Lamb. unus et cod. Franek. ap. Bos. p. 67. Totum versum delet *Guyetus* et duo qui sequuntur. Qui *quam* et *ut* immiscuerunt, offensi erant vel Comparativo absolute ut Epist. 12, 5. posito, quod idem accidit Tib. 1, 9, 59. ubi vid. Bach., vel intellexerunt nutriculam infantis, non adulti alumni, qui bona, de quibus hic agitur, jam possidet. Conjunctivi autem *possit — contingat* vel explicandi sunt ea ratione, qua Sat. 1, 1, 87. (vid. Klotz. ad Cic. Tusc. p. 60. 107.), vel causam et conditionem indicant, vel haec verba, quod vult *Torrentius*, ex mente nutriculae prolata et μιμητικῶς accipienda sunt. Scripturam receptam praeter alios probant *Schützius* in Opusc. phil. et philos. Hal. 1830. p. 334. et *Bachius*, doctissimus Tibulli editor, in Zimm. „Zeitschrift" etc. 1834. N. 129. p. 1033.

V. 10. *valitudo*. Sic ms. Jaeck. 6. Guelf. 2. 3. 4. Goth. Gott. 2. Berol. 2. Edd. Ven. 479. 81. et reliq., etiam Lips. 492. 98. Flor. 482. Ald. Hanc orthographiam probat Beier. ad Cic. Offic. I. p. 213, sed conf. C. Schneid. Elmtrl. p. 16. et Grotef. Gr. lat. II. §. 167. — *contingit*. Mss. Fe. 1, c. 3, c. Jaeck. 6. et Graev., sed superscr.

Et mundus victus non deficiente crumena?
Inter spem curamque, timores inter et iras
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum:

a. — *habunde.* Sic Guelf. 2. 4. Goth. Dess. 2. Lips. 1. 3. Graev. De hac scribendi ratione vid. C. Schneid. l. l. p. 184. *abundet Et m. v., non, def. cr., Inter — iras?* Ed. Praedicov.

V. 11. *mundus victus.* Mss. et Edd. vulg. *et modus et victus.* Mss. alqt. Lamb. duo Bersm. et tert. habet superscriptum *modus*, duo Talbot. quat. Bentl. 1. 2. 4. 8. Oberl. D. Bad. 1. Fe. 1, a. 2, c. d. g. (a 1. m.) 3, c. f. 5, a. (a 1. m.) plur. ap. Pott. m. b. ap. Victor. e. l. ap. Hoched. Guelf. 1. 2. Graev. Mentel. Berol. 1., sed suprascr. a 2. m. *mundus.* Ed. Ald. 501. Inde conjecit et in contexta induxit Bentlejus: *Et domus et victus.* Eum sequuntur Wakef. Haberf. Pott. Nisi *modus* factum esset ex compendio scribendi *mundus*, Bentlejana emendatio quandam excusationis causam haberet, quod haec vocabula saepe confunduntur. Vid. Drak. ad. Liv. 39, 13, 3. Markl. ad Stat. Silv. 5, 2, 74. Sed et *mundus* et *modus* non raro commutantur, uti observavit Oudend. ad Appul. IV. p. 294. et VI. p. 383. Aliam hujus mutationis causam vidit *Orellius*, quem conf. Vulgatam scr., quam laudat Jo. Sarisberiensis in Metalog. 1, 7. Clericus quoque tuetur, quia nihil opus sit, domum memorari, quae satis intelligatur. — *crumina.* Sic Ms. Jaeck. 1. Bad. 1. Lips. 2. 3. Haec antiqua orthogr. reperitur ap. Paul. Diac. p. 46. Lindem. *camoena.* Conjecit Boivinus, comprobavit Sanadonus in Oeuvres d'Horace etc. à Amsterd. 1735. VIII. p. 278. (Corrections et Additions), contra disputant Haberfeldus, Fea, Schmidius, alii.

V. 12. *curam spemque.* Ms. Gott. 1. *curasque.* Guelf. 2. — *iram.* Ms. Pulm. 1. Fe. 2, h. — *et amores et iras.* Sic conjecit vir doctus quidam ap. Schmid. *Schützius* contra loco ad v. 9. laudato p. 335. et in epistola quadam ad Knebelium missa („von Knebel's literar. Nachlass und Briefwechsel. Herausgeg. von K. A. Varnhagen van Ense u. Th. Mundt. Leipz. 1835." II. p. 599.) legi maluit *tumores* i. e. simultates inter amicos exercitas, sed versus 12—14 in hunc locum convenire negat, quapropter eos in Epistola tertia post v. 29. *si — cari* dicit collocandos. At tale commentum a tanto viro proficisci potuisse mirabitur quicumque elegantiam hujus loci perspexit. Etenim quam bene *timores* ad totum sententiarum ordinem accommodati sint, intelligitur ex interpretatione Scholiastae Cruquii, quam laudat *Orellius.* De plurali numero vid. Forbig. ad Virg. Aen. 1, 463. et annot. ad Epist. 1, 2, 8. p. 109.

V. 13. *diluxisse.* Mss. et edd. vulg., quae deinceps sequuntur Aldinam 501. *delusisse.* Mss. duo ap. Bersm. *dilusisse.* Ms. Jaeck. 6. *deluxisse.* Ms. 4. ap. eund. Berol. 2. Ed. princ. ap. Fe. ed. 474. ap. Maitt. Med. 476. Ven. 478. 79. 81. 83. 86. 90. 92. 95. Flor. 482. Lips. 492. 98. 99. 516. Loch. *(deduxisse)* 498. Asc. 519., probat Bersmannus, ita legi mavult Rutgersius (p. 432. ed. Burm.) ut sit *occidisse*, quippe qui *dil.* pro *illuc.* legi neget,

Grata superveniet, quae non sperabitur hora.
Me pinguem et nitidum bene curata cute vises,
Quum ridere voles Epicuri de grege porcum.

itemque Dorighello, quod quam falsum sit, hodie docent Lexica latina. Hoc tamen interesse inter utramque formam videtur, quod in *dilucere* notio primaria inest caliginis veniente sole discussae, in *illuc.* non item. Hinc *diluculum.* Ita Cic. Phil. 12, 2, 5. *Discussa est illa caligo, diluxit, patet* etc. Cf. Drak. ad Liv. 8, 27, 11. Rosellus putat legendum *disluxisse*; Muretus conjecit (Var. Lectt. 15, 19.) *tibid illuxisse;* ita edidit Chabotius. Talem archaismum jam obelo notarunt Rutgersius et Talbotius. Huc accedit, quod receptam scr. laudat Jo. Sarisber. in Policrat. 2, 26. — *supremam.* Ms. Guelf. 4.

V. 14. deest in Gothano; *grate* alii, teste Ascensio. — *sperabitur, hora.* Sic distinguunt vulgo. *sperabitur hora* est distinctio Talbotii, Jahnii, Passov., Meinck., al. eaque magis latina quam usitata, si spectaveris id genus exempla, quae exponunt Schmid. ad Epist. 5, 27., Doering. ad Od. 4, 10, 4. Huschk. ad Tib. 2, 5, 69., Jahn. ad Ovid. Trist. 5, 1, 75. — *spectabitur.* Ed. Ven. 481. *spirabitur.* Ed. Irenic. 567. *superabitur — ora.* Ms. Santen.

V. 15. 16. *ac nitidum.* Edd. Cun. San. Merv. Bask. 777. Versus 15. 16. citat Hieronymus contra Jovinian. 2, 12. ed. Frkf. et Lips. 1684. II. p. 55. B. — V. 16. *voles, Epicuri.* Sic disting. Despr. Talb. Bentl. Maitt. Sandb. Bask. Wakef. Haberf. Doering. Charpent. ed. Paris. 752. et Bip. 828. al. sententia paulo diversa quam in interpunctione vulg. — *parcum.* Ita conjecit Meibom. ad Diog. Laert. 10, 131., quam lectionem omne poetae auferre acumen recte dixit *Ouwens.* in Noctt. Hag. 3, 5. p. 355.

COMMENTARII

IN

HORATII EPISTOLAM QUARTAM

LIB. I.

Haec Epistola inscripta est Tibullo, tersissimo atque elegantissimo elegiarum scriptori et Horatio amicissimo. Od. 1, 33. Qui quum suas edidisset Satiras multosque expertus esset horum sermonum malevolos judices, ab hoc vulgo criticorum ita discessit sine dubio Tibullus, ut integrum apud amicos judicium de iisdem fecerit. Qua quidem re ita se obstrictum candido judici sensit Horatius, ut eundem hoc honorifico quasi nomine ornaret atque honestaret. Cui laudationi quasi alia agere visus subjicit percontationem, quid meditetur Tibullus in secessu rusticano, utrum poemata scribat, an sapientem agat, idque recte, quum ei praeter ingenium corporisque formam bona omnia sint ad hilarem vitae usum accommodata. Et ut iis sapienter fruatur, amicum perhumaniter admonet poeta Venusinus proposita mortis cogitatione, quam quidem, uti solet, ita significat, ut omnis hujus rei tristitia absit atque epistola ipsa faceto quodam jocandi genere finiatur.

Quodsi elegans hoc epistolium recte ait *Zellius* commendari praesertim hoc nomine, quod summi elegiarum scriptoris ingenium et vitae conditio tam belle ibi significetur, nescio tamen, quomodo aliquot interpretes in ipso videant „aerumnosissimam sortem, qua Tibullus quum maxime conflictatus sit, ut Horatius amico tecte suadeat, ut aut legat

carmina, quae hilarent animum aut scribat, quibus ab amore ejusque curis avocetur." In ea sententia sunt *Spohnius* (*Disputat. de Tibull. Vit. et Carm.* cap. II. p. 50. et cap. V. p. 96), *Weichertus* (*de Cass. Parm.* Lips. 1836. p. 234. 239), *Charpentier* (Horat. Opp. Vol. II. Parisiis ap. Panckoucke 1836. p. 239). Horum alter inter alia addit haec: „In eam [villam Pedanam] procul dubio secesserat, ut aut dolori de perfida puella indulgeret, aut animi moestitiam villae inter Tibur et Praeneste sitae amoenitate dissolveret." *Dissenius* quoque, quanquam librum tertium, ad cujus elegias (2 et 6) imprimis referunt moestum Tibulli animum *Spohnius* et *Weichertus*, ab eodem abjudicat (*Disquis. de Vit. Tib.* editioni Carminum praefixa p. XIV.) „ridet jocose" (in vv. 6—11.), inquit, „Horatius mollem, non satis masculum animum Albii, qui modo miserabiles elegos decantaverat propter Glyceram." Istos autem tunc inter amicos habitos, nondum editos fuisse opinatur Vir doctissimus p. XXIII. Alii elegos 2, 3. 4. 6. vel 4, 13. 14. significatos putant. Ad *Dissenii* sententiam prope accedit *Paldamus* in „*Röm. Erotik*" p. 50. At viri illi, quorum intelligens aliis in rebus equidem suspicio judicium, in istam sententiam profecto non incidissent, nisi eorum animo obversatum esset carmen libri primi tricesimum tertium. In explicandis autem epistolis Horatianis ne omnia subtilius quaerantur atque ad vivum quasi resecentur, ea cavent, quae dixi ad Epist. 1. p. 25. De eadem re idem fere sentire nunc video *Car. Frankium* in *Fastis Horat.* p. 73. Cf. *Car. Passov.* N. 263. At quid Horatius in hac potissimum Epistola spectaverit, in primo versu significatum mecum vident *Schmidius Orellius*que; cetera ex ipsius Horatii philosophia deprompta sunt et ita, ut ad Tibullianam indolem naturamque accommodata et quasi facta videantur. Cf. quae hac de re bene disputavit *Wielandius* p. 92. *Cruquii* errorem, hanc Epistolam non ad Tibullum poetam, (quem ipsis verbis significant Scholiastae) annis viginti juniorem, sed ad ejus potius avum laudato loco Sat. 1, 4, 109. scriptam esse praeter alios refutavit *Schmidius* meus, qui natales Tibulli praeeunte *J. H. Vossio*, cui nuper accessit *Dissenius* p. XIV., ad annum u. c. 695. refert, aliter sentientibus *Lachmanno* ad Tib. 3, 1. p. 44., *Paldamo* (in „Röm. Erotik" p. 49. et in Zimmerm. „Zeitschrift" etc. 1837. p. 934.), *Gruppio* (in „Röm. Elegie" Leipz. 1838. I. p. 252. 254.), *Orellio*, quippe qui Tibullum circiter a. u. 700. natum esse opinentur. Utcumque res est, quum de natalibus ultra conjecturam nemini sobrio progredi liceat, alius notandus est error, quo occoecati aliquot viri docti ut *Scaliger*, *Dacerius*, *Daruus*, Tibullum

propter aes alienum in luxu et nequitia contractum ruri delituisse atque ab Horatio leviter derisum esse credant. In hunc errorem perducti videntur partim locis male intellectis, ut Sat. 1, 4, 28. 109. Tib. 2, 4, 53. 4, 1, 182., partim absurda illa Barthiani Glossatoris annotatione, quam cum lectoribus communicat *Barthius* in Adv. 37, 19., itemque *Broukhusius* ad Tib. 4, 1, 182. et *Suringar*. III. p. 185. Is autem Grammaticus praeter alia habet haec: „eum per ironiam irridet Horatius, quasi rem bene gesserit, quum in juventa omnia prodegerit et postea versibus victum quaesiverit. Ergo ubi eum laudat, se innuit Horatius; ubi vituperat se et Epicurum nominat, Albium intelligit, quem ridendum ait, quod prodegerit omnia, jam nihil habens quo, ut solebat, cutem curare possit" etc. Hunc hominem sua hausisse et conglutinasse ex locis supra positis et mala scriptura v. 7—9 huj. Epist., nemo erit quin dubitet. Ei autem fidem non denegat *Barthius* ipse in *Obss. ad D. J. Juvenalis scholia vetera* etc. edid. Fiedler. Vesul. 1827. p. 121. Quodsi quaeritur, quo tempore Horatius familiaritatem cum Tibullo contraxerit, *Jahnius* in „Jahrbb. f. Philol." etc. II. 2. p. 410, cui assentitur *Weichertus* l. l. p. 233. 238., illos familiares censet factos esse circiter a. u. 727., quae res haud scio an aliquot annis ante acciderit, ut opinatur *C. Passovius* N. 152. Eo autem anno Tibullus popularibus suis innotuit poeta, ut perspicitur ex Ovid Trist. 2, 464. In hoc fere tempus, quum editae ab Horatio essent Satirae, referenda videbitur haec Epistola, propterea quod non est veri simile, Tibullum ob judicium sobrium, quod de Horatii Satiris fecerit, quinque vel sex annis post ab eodem grata mente esse laudatum. Idem sentiunt *Schmidius*, *Orellius* ad h. l., *Paldamus* in Zimmerm. Zeitschrift 1837. p. 934. Quare dissentio a *Weicherto*, qui (de Cass. Parm. p. 238.) hanc Epistolam circiter a. u. c. 733. seu 734. scriptam censet. Cum eo consentit et alia de causa *Grotefendus* in „Allgem. Encyclop." Sect. II. P. 10. p. 473. Idem fere tempus significat *Heynius* in Vit. Tibulli p. LXXXI. ed. 3. Contra *Spohnius* hoc epistolium ad a. u. c. 729. [728., ut tradit Weichertus p. 234.] probabiliore ratione refert. Cum eo faciunt *Jahnius* p. 274., *Kirchnerus* in tab. chronol., *C. Passovius* N. 152. Alii aliter. Cf. Masson. in Vit. Hor. p. 155., Dissen. l. l. p. XXV. C. Frankius in Fast. Horat. p. 201.

Singulatim hanc Ep. transtulerunt *Conzius* in Hauffii Philologia II. 1. p. 184. et *Nürnberger* in „Abendzeit." 1824. ch. 85.

V. 1. *Albi — candide judex.* Scholiastes codicis Graeviani a Broukhusio enotatus: „*loquitur ad Albinum* [l. Albium] *nobilem*

elegorum poetam, cui ipse libros suos ad corrigendum tradidit. Praecipit vero, ut ei rescribat, quo studio laboraret et qualem se agat in oppido Pedano, quod fuit non longe a Roma; nunc vero non est: sed tamen regio illi adjacens Pedana vocatur." Eadem ratione, nisi omnia me fallunt, Acron Albium facit „*criticum scriptorum Horatii.*" Inde orta videtur opinio illa, qua Horatius scripta sua commiserit Tibullo castiganda. In eadem perstant, quod mireris, *Vulpius* in Vit. Tib. p. LXVIII. ed. Heyn., *Ph. Am. de Golbéry* (Comment. de Tib. Vit. et Carm. Paris. 1824. §. 1.), alii, at *candidus sermonum judex* h. l. contrarius est malevolis et malignis quum lectoribus tum criticis, quos Horatius, dum vivebat, expertus est plurimos; quod recte observarunt *Schmidius* et *Weichertus.* Nonnulla hujus significationis exempla collegit Gataker. ad Marc. Antonin. 4, 28. p. 115.; de re ipsa cf. Plin. Epist. 6, 17. Quapropter quae ex hoc versu de Tibulli aetate effici vult *Paldamus* („Röm. Erot." p. 50.), vereor ut probentur viris doctis. Cf. *Grupp.* l. l. p. 253. Qui autem, ut *Lambinus*, *Dacerius sermones* h. l. intelligunt et Satiras et Epistolas, rerum chronologicarum ignari sunt putandi. Vide quos de hac re laudavimus ad Epist. 1, 1. p. 26. et *C. Passov.* N. 154. Hinc non video, quomodo *C. Frankius*, diligens talium rerum investigator, hic Epistolas significari (l. l. p. 70.) sibi persuaserit. Et in errore versari eos, qui ob hunc loc. et Epist. 2, 1, 250. omne quod inter Epistolas et Satiras intercedit discrimen tollant, praeter alios nuperrime observavit *A. G. Rein.*, V. Cl., in *disputatione, qua de Persii et Horatii Epistolis agitur.* Gerae 1839. p. 7.

V. 2. *Quid — Pedana.* Transit Horatius ad Tibulli rationem vitae, quam optime noverat, describendam hoc fere modo: „quid est, quod te nunc facere cogitem? certe vel Musis vel sapientiae operam dabis." Alii in his verbis Poetam vident callide tergiversantem!? In agro autem Pedano, ubi situm olim fuit *Pedum* Latinorum oppidum, medium inter Praeneste et Tibur (nunc Zagarolo), Tibullus habuit paternum sive avitum praedium. De hoc oppido, cujus mentionem faciunt Liv. 8, 12. 13. (Plin. H. N. 3, 5.) et Scholiastae Porphyr. et Cruq., vid. *Westphal.*: „die Röm. Campagne" p. 102., *Voss.* ad Tib. 1, 7, (8) 57. p. 101. ed. Tubing. 1810. Cf. *Grupp.* l. l. p. 257.

V. 3. *Scribere — vincat.* Quae de Cassio Parmensi ejusdemque interfectore Quinto Varo (sic Acron et Schol. Cruq.) tradunt Scholiastae, ea collato *Ruhnkenio* ad Vellej. Paterc. 2, 88. sollerter emen-

davit atque explanavit *Weichertus* in Comment. de Luc. Var. Poeta p. 77. sqq. et de Cass. Parm. p. 226. sqq., ut res notissimas repetere operae pretium non sit; cf. *Drumanni* „Gesch. Roms" etc. III. §. 71. p. 711., §. 72. p. 132. Cassii autem, qui fertur Orpheus, quem hic typis describendum curarunt *G. Fabricius, Fea, Braunhardus,* itemque *Lambinus* ad Sat. 1, 10, 62., *Burmannus* in Anth. lat. I. p. 97., *Wernsdorfius* in Poet. lat. min. III. p. 310., alii, compositus ab *Antonio Thylesio* est, saec. 16. oratore et poeta clarissimo. Vid. *Weichert.* l. l. p. 299. Dissentiunt autem viri docti, utrum Cassii poemata laudentur an vituperentur. Hoc sibi persuasit *Heynius* (Vit. Tib. p. LXXIV.), credidit cum aliis *Spohnius,* qui Cass. Parmensem et Etruscum eundem opinatus (quod falsum esse luculenter docuit *Weichertus* p. 265—69.) *opuscula vincat* sc. vasto ambitu, non praestantia dici censuit. Quidni *vincat* multitudine librorum, ut interpretatus est *Ruhnkenius*? At ex omni sententiarum ordine apparet, Horatium percontari Tibullum, pangatne carmina, quae ipsis Cassianis quamvis egregiis praestent. *Opuscula* autem sine dubio intelliguntur elegiae eaeque amatoriae. Etenim *Cassius,* testibus Scholiastis, *aliquot generibus stilum exercuit, inter quae elegiaca et epigrammata laudantur.* Hoc autem vocabulo minora omnis generis poemata significari, pluribus demonstravit accuratissimeque omnem rem tractavit *Weichertus* l. l. p. 239—243. Idem senserunt *Wielandius, Schmidius, Matthiae* in „Grundr. der Gesch. der Gr. u. Röm. Lit." p. 186. ed. 3., *Paldamus* in „Röm. Erotik" p. 76. *Gruppius* l. l. p. 390. *Orellius* autem intelligit et elegias et epigrammata, *Wetzelius* tragoedias, *Wernsdorfius* l. l. II. p. 261. carmina bucolica, *Spaldingius* ad Quintil. Inst. 5, 11, 24. epigrammata, *Huschkius* in Leipz. Lit. Zeit. 1825. N. 237. quandam rei amatoriae narrationem, quam „Liebesroman" vocamus, alii alia, quos refutat *Wielandius.* Ceterum fragmenta poematum Cassianorum collegit atque interpretatus est *Weichertus* p. 270. sqq. Hac ipsa autem Cassii laude, qui unus fuerat de Caesaris interfectoribus et ob eam causam iussu Augusti a. u. 724. interfectus, Horatius luculentum dedit suae in commilitonem amicitiae documentum. Cf. *C. Passov.* l. l. p. XXXVI.

V. 4. 5. *An — tacitum est?* „An remissius te ambulare dicam per salubres silvarum umbras totumque in iis, quae sapientem decent?" Hanc autem hujus loci sententiam mire turbavit varia ac paene dissimilis interpretantium ratio. Etenim bona eorum pars Tibulli hic sentit moerorem ex curis, quas amor habet, enatum. At quomodo talis

moestitia convenit in sapientis quam Poeta indicat curam ac meditationem? Et, si contradicunt, Horatium amici aegritudinem ejusque causas, quibus adductus solitudinem quaesisset, prudenter praeterisse, nova exoritur de hac suspicione subtilissimaque conjectura quaestio. *Reptare* autem hoc quidem loco non est lentus aegrotantis moestitiaque confecti gressus, sed lenta vel hominis libere vagantis vel meditabundi obambulatio. Cf. Donat. ad Terent. Adelph. 4, 6, 3. Catan. ad Plin. Epist. 1, 24, 4. Rittershus. ad Phaedr. 5, 1, 8. et quae laudat praeterea *Schmidius*, qui confert Graecorum ἕρπειν ap. Hom. Od. 17, 158. 18, 131. Il. 17, 447. Multa alia verborum ἕρπειν et ἑρπύζειν exempla mihi indicavit *Sommer*, collega doctissimus, ut Soph. Philoct. 207. 701. Antig. 619. 367. 585. Ajac. 157. Eurip. Med. 334. 404. Phoen. 41. Apoll. Rhod. Arg. 3, 447. et de moesto 4, 1289., cf. Duncan. Lexic. v. Ἕρπω p. 449. et Theocr. Id. 1, 105. Aesch. Socrat. Dial. 3, 10. — *tacitum*, i. e. infixum cogitationi de pulchro et honesto, ut Orellii verbis utar, de vitaque ad philosophiae praecepta conformanda. Alii aliter. Calpurn. Ecl. 4, 1. *Quid tacitus, Corydon, vultuque subinde minaci — sedes?* Epitheto illi aptissimum est *curandi* verbum, de quo vide ad Epist. 1, 1, 11. 12, 15.; *silvae* denique intelliguntur eae, quae erant prope villam Pedanam quaeque dicuntur *salubres* vel generatim, quia bonae valetudini conducunt, vel singulatim, quia Horatius fortasse hanc Epistolam eo tempore scripsit, quo ditiores ob coelum grave plumbeumque Austrum (Sat. 2, 6, 18. Epist. 1, 7, 5—9.) in villas secedere solebant. Tibullus ipse de se 4, 13, 9: *Sic ego secretis possum bene vivere silvis, Qua nulla humano sit via trita pede.* Cf. Schmid. ad Epist. 2, 2, 77. C. Passov. N. 217. Longe aliter Scholiastae; Acron: „*silvas libros philosophorum appellat*"; Porphyrion: „*libros φιλοσοφουμένους significat.*" Hinc *Broukhusius* ad Tib. 1, 1, 1. coll. Epist. 2, 2, 43—45. *silvarum* nomine intelligi opinatur spatia Academiae et sermones Socraticos, quod ipsum „satis signanter exprimat vis Epitheti, qua *salubres* appellentur." Cf. C. Passov. N. 46. Quid, quod *Turnebus* (Adv. 1, 18.) occultiorem hic latere sensum, et eum Epicureum opinatur. „Existimat enim", inquit, „dignum esse sapiente et bono, amoenitate et salubritate secessus frui potius quam rem familiarem avide augere, prudentiaeque esse indulgere sibi ambulationum spatia delicatarum conficientem, quales in Pedana regione Tibullus habebat, qui tamen videbatur esse parcior" etc. Neque improbat *Lambinus*, aliter judicat *Torrentius*; Turnebo assentitur *Vulpius* in vit. Tib. p. LXXII.; sed has silvas cur

Epicuri faciant viri docti, causam se non videre ingenue fatetur *Heynius.* Quod Horatius addit: *dignum sapiente bonoque*, est ex sua ipsius philosophandi ratione, quam eandem tribuit amico. Lambinus confert Epist. 1, 7, 22. 16, 20. 73. A. P. 445. Cic. Offic. 3, 15, 62.

V. 6 — 11. *Non tu — crumena?* Hi versus antecedentibus hunc annectunt sententiarum ordinem: „Et recte quidem, tibi enim est ingenium pulcherrimum diisque accepta refers bona ad bene vivendum idonea, quibus nihil potest addi majus.“ Verba autem: *Non — pectore,* μείωσις sunt (uti 1, 3, 22.), qua eximia vel sentiendi vel cogitandi vis significatur. Similiter Ovid. Met. 13, 290. *rudis et sine pectore miles.* Id. Heroid. 16, 305. *Hunccine tu speres hominem sine pectore dotes Posse satis formae, Tyndari, nosse tuae.* Martial. 6, 54, 16. *Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva Acrius et tenues finxerunt pectus Athenae.* Rutil. Itiner. 1, 498. *Nec tantum duris nituit sapientia rebus: Pectore non alio prosperiora tulit;* ubi Wernsdorfius hujus loci non fuit immemor. Eum imitatus est elegantissimus Germanorum poeta, Lotichius in Eleg. 4, 5, 71. *Nec deerat cultae facilis tibi copia linguae, Nec sine fecundo pectore corpus eras,* ad quem loc. vide Burmannum. Quam late pateat voc. *pectoris* significatio, dixit *Paldamus* ad Prop. p. 296., cf. *Hauthal.* ad Pers. p. 153. *Orellius* comparat Quintil. Inst. 10, 7, 15. *Pectus est, quod disertos facit et vis mentis. Corpus* intellige vel brutum (Orell.), vel simile statuis corde animoque carentibus (Haberf.), vel, quod nolim, cenotaphiis, quibus neque corpus neque reliquiae illatae sunt (Minos). De re ipsa i. e. de ingenio Tibulli vide quos laudant *Bachius* ad Tib. p. XVI. XVIII. XX., ad libellum „Geist der Röm. Elegie“ p. XVII., *Dissenius* ad eundem p. XXXVII., *Gruppius* l. l. p. 355 sqq. De dissimili, quae inter Tibullum et Horatium fuit, sentiendi ratione subtiliter disputant *Wielandius* N. 2. p. 99. sq. et *Gruppius* l. l. p. 390. 396., quibuscum cf. *Paldami* „Röm. Erotik“ p. 57. et 78. Dubito autem, num *Bothius eras* recte habeat pro enallage temporis pro *es*, ut Graecorum ἦν pro ἐστί. Talibus Grammaticorum commentis (vid. Schaef. ad Theocr. 19, 8.) quum nemo hodie fidem habeat, dicemus, *eras* referendum esse ad id tempus, quod Poetae animo obversabatur, ut: „ex quo inter nos versari coepisti egoque te cognovi“ i. e. semper (sic Orell.), vel intelligendum: „ante istum secessum tuum“ (sic Torr., Jahn. et Schmid.); vel cum *Gesnero* et *Doeringio* referendum ad nascendi felicitatem, quatenus ingenium in puero statim eminuerit. — *di formam.* Idem te-

statur antiquus Tibullianae vitae auctor: „insignis forma cultuque corporis observabilis.“ Qui a Tibullo ipso (4, 1, 196.) *humilem staturam* sibi persuadent descriptam, falluntur. Vide ad eum loc. Broukh. et Dissen. Cruquii autem explicatio: *formam humanam*, absurda est. Cf. Weichert. l. l. p. 237. et Doederl. Syn. III. p. 25.

V. 7. *Di tibi divitias dederunt.* De divitiis Tibullianis varie ad hunc locum disputant *Schmidius Orellius*que, itemque *Dissenius* in Vit. Tib. p. XV., *Paldamus* in „Röm. Erotik“ p. 51. et in Zimmerm. Zeitschr. f. d. Alterthmsw.“ 1837. p. 936., *Gruppius* in libro saepe laudato p. 255. 259. 391. Cf. *Bachius* in „Geist d. Röm. Eleg.“ p. XV. De hac re vetustate obruta ob eamque causam difficillima sic mihi judicandum videtur, Horatium Tibullo divitias tribuisse, quatenus is praedium avitum et id hoc quidem tempore possederit non accisum. Cetera nituntur conjectura. — *artemque fruendi*, de hac, qualem sibi finxit Horatius, dixerunt *Bentlejus*, *Wolfius*, *Kirchnerus* ad Sat. 1, 1, 38. nosque ipsi olim fusius ad Epist. 1, 10, 44. p. 72. Ex sententia *G. J. Vossii* (Inst. Rhet. I. p. 72.) Horatius hic imitatus est Menandrum, cujus locum adscripsimus Epist. 1, 2, 50. p. 176. Cf. de vitae bonis Jamblich. ad Philos. adhort. c. 19. p. 272. ed. Kiessling. Plat. de Legg. 2. p. 661. ed. Bekk. p. 248. et ad totam sententiam quae compararunt *Mitscherl.* et *Orell.* ad Od. 1, 21, 17. 18.

V. 8. 9. *Quid voveat* etc. Verborum ordinem ex recepta scriptura *Lambinus*, *Bentlejus*, alii recte sic constituunt: „*Alumno, qui sapere et fari possit et cui* etc., *quid nutricula optet majus?*“ Etenim in voc. *nutriculae* candidi amoris summaeque caritatis est significatio, quae adiuvatur Epitheto *dulci*. Alia nutricum matrumque vota commemorant Persius 2, 31—40. (ibiq. Hauth. p. 129. sqq. 133.) et Juvenalis 10, 289—345. — V. 9. *Qui sapere et fari possit, quae sentiat.* Cum hoc loco Solanus comparat Lucian. de saltat. 36. (V. p. 146. Bip.) *Καὶ ὅπερ ὁ Θουκυδίδης περὶ τοῦ Περικλέους ἔφη, ἐπαινῶν τὸν ἄνδρα, τοῦτο καὶ τὸ τοῦ ὀρχηστοῦ ἀκρότατον ἂν ἐγκώμιον εἴη, γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτά.* Ipse enim de se Pericles ap. Thucyd. 2, 60. *Καίτοι ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε, ὅς οὐδενὸς ἥσσων οἴομαι εἶναι γνῶναί τε τὰ δεόντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα κ. τ. λ.* Contra de Cicerone Quintil. Inst. 10, 1, 123. *Scias eum sentire, quae dicit.* Sensu vulgari Cic. de Orat. 1, 8, 32. *quod exprimere dicendo sensa possumus.* Cf. ibid. 1, 14, 63.

V. 10. 11. *Gratia — crumena? Gratia* ex mente *Doeringii*, cui assentitur *Hocheder*, passive et active, de qua re dubito. *Gratia*

enim (Epist. 1, 6, 49.) tribuitur Tibullo, quatenus a multis et praeter ceteros a Messala Corvino dilectus suspectusque est. Nep. Attic. 21. *Non minus dignitate quam gratia fortunaque crevit.* — *fama, quae,* ut ait Sat. 2, 2, 94., *carmine gratior aurem Occupat humanam?* Tibulli famam luculenter testatur Ovidius in Amor. 1, 15, 27. *Donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma, Discentur numeri, culte Tibulli, tui.* — *valetudo.* Od. 1, 31, 17. Epist. 1, 2, 49. 12, 5. 6. — V. 11. *Et mundus victus* i. e. victus elegans, *qui non offendat sordibus atque In neutram partem cultus miser,* ut ait ipse Sat. 2, 2, 65., ubi vid. Heind. et Orell. Sic Epist. 2, 2, 199. *Pauperies immunda domus procul absit.* Od. 3, 29, 14. *Mundaeque parvo sub lare pauperum Coenae.* Apte laudant Nep. Attic. 13, 5. *Omni diligentia munditiam, non affluentiam affectabat;* Cic. Offic. 1, 36, 5. *Adhibenda praeterea munditia est non odiosa neque exquisita nimis* etc. Locum recte olim explicuit *Lambinus,* quem sequuntur recentiores praeter *Bentlejum,* cujus lectio repetita quoque particula *et* consuetudini Horatianae, id quod aliquot exemplis docuit *Schmidius,* adversari putanda est. Munditiam, quam voluit Horatius, testatur imprimis Epistola quae sequitur. Cf. C. Passov. N. 230. Tibullus de se ipse 1, 1, 5. (ibi Huschk. et Dissen.): *Me mea paupertas vitae traducat inerti, Dum meus assiduo luceat igne focus;* cf. v. 77 sq. Quod addit *non defic. crum.,* per litoten quandam jocose significat profluentem nummorum copiam rei mediocri sufficientem. Itaque nescio, rectene *Gruppius* l. l. p. 256. dixerit: „Horaz will offenbar sagen, dass Tibull ein feines, vornehmes und kostspieliges Leben führe, welches dennoch seine Tasche nicht erschöpfe.“ Cf. ibid. p. 70. Ceterum contrarium ejus *deficiente crumena* legitur ap. Juv. 11, 38. et ἄνευ βαλαντίου in Aristoph. Av. 404. Tales facetias non sentiens arripuit *Sanadonus* Bonfinis conjecturam: *camoena.*

V. 12—16. Sententiarum ordo: „Quum habeas quae amantissimus tui tibi exoptet, fruere istis sapienter, ut, dum aliorum vita variis saepe perturbationibus conflictatur vexaturque, tu quemlibet diem pro ultimo habeas et, si non est, ponas in lucro. Gratiora enim sunt, quae praeter spem et exspectationem accesserint.“ Haec indicanda erant, ut cuilibet pateret *Schützii* mira sententia versus 12—14 suo loco indignos habentis. Neque dubitare debebat vir ille de vi excludendi, quae hic inesse videtur in particula *inter,* uti Epist. 1, 14, 12. *Quum tu inter scabiem tantam — Nil parvum sapias.* Illam comprobarunt *Wetzelius, Vossius, Wielandius, Schmidius,* alii. Ne-

que tamen errare eos puto, qui haec verba ad ipsum Tibullum referant, quem hic castigari complures opinati sunt interpretes morosiores, in iisque praeter ceteros *Dacerius*. Etenim quae hic commemorantur vitae incommoda, ea in optimum quemque cadere quis est qui nesciat? Quidni in Tibullum malarum, quas amor curas habet, non ignarum? Sententia igitur esset: „Si, quemcumque vitae diem dii tibi largientur, eum postremum esse putabis, fiet, ut te neque rerum futurarum spes timorve perturbent, neque praesentium cura aut dolor conficiant.“ Singula autem verba *spem curamque* etc. accuratius *Doeringio* explicuit Scholiastes Cruquii, quem jam in annotatione critica laudare necessarium visum est. At argutius quam verius *Hocheder:* „Nur wenn man *inter* in dem Sinne fasst, dass es die Mittellinie benenne, die zwischen Sorge und Hoffnung etc. hinläuft, ohne von einer dieser Störerinnen menschlicher Glückseligkeit berührt zu werden, erhält der Gedanke wahren Zusammenhang mit dem Ganzen.“ Saniora de hujus particulae significatione docet *Handius* in Tursell. III. p. 405.

V. 13. 14. *Omnem crede — hora.* Mortis, quae hic tecte significatur, cogitatio ipsa est apud veteres scriptores vel ad „capienda dona praesentis horae“ vel ad recte vivendum gravissima adhortatio. Cf. Od. 1, 4, 13. sqq. 2, 3, 13. sqq. 2, 11, 11. 2, 14, 10. sqq. 2, 18, 29. sqq. 3, 1, 15. sqq. 3, 7, 14. sqq. 3, 24, 1—8. 4, 12, 26. 4, 7, 21. Sat. 2, 6, 95—97. Pers. 5, 151—153. Jacobs. ad Delect. Epigr. 7, 28. p. 236. Sic Martial. 4, 54, 3. *Si sapis, utaris totis, Coline diebus, Extremumque tibi semper adesse putes.* Id. 10, 47, 13. Senec. Epist. 61. *Id ago, ut mihi instar totius vitae sit dies. Non tanquam ultimum rapio, sed sic illum aspicio, tanquam esse vel ultimus possit.* Id. Epist. 12. *Sic ordinandus est dies omnis, tanquam cogat agmen et consummet atque expleat vitam. Qui omnes dies tanquam ultimum ordinat, nec optat crastinum nec timet.* Id. Epist. 93. *Non ad eum diem me aptavi, quem ultimum mihi spes avida promiserat, sed nullum non tanquam ultimum aspexi.* Epist. 101. *Sic formemus animum, tanquam ad extrema ventum sit; nihil differamus: quotidie cum vita paria faciamus.* Id. Epist. 114. de Ira 3, 42. Petron. 99. (ibiq. Burm.) *Ego sic semper et ubique vixi, ut ultimam quamque lucem, tanquam non rediturам, consumerem.* Epictet. Enchir. c. 21. ed. Heyn. θάνατος πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ταπεινὸν ἐνθυμηθήσῃ etc. Marc. Antonin. 7, 29. p. 218. Gatak. ἐννόησον τὴν ἐσχάτην ὥραν. Id. 7, 69. p. 234.

Τοῦτο ἔχει ἡ τελειότης τοῦ ἤθους, τὸ πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν διεξάγειν. Cf. id. 2, 11. p. 46. 3, 8. p. 82. 3, 12. p. 86. 2, 5. p. 43. Lucian. Char. 20. Daum. ad Cat. Dist. 1, 33. p. 89. et Schmid. ad h. l. Quam anxie autem in tali re veteres omnino evitaverint vocabulum *mortis*, hujus loci non immemor docet *Heller.* in Progr. *de mortis metu.* Erlang. 1825. — V. 14. *Grata superveniet* etc. Haec hilaritas et minima diei crastini cura ex praeceptis tum Aristippi Epicurique, tum Stoicorum diversa quidem ratione promanavit. Cf. Od. 1, 9, 13. sq. 11, 8. 2, 16, 25. 3, 8, 27. 29, 41. sqq. 4, 7, 17. Epod. 13, 3—5. Epist. 1, 11, 22. sqq. al. Ita Ovid. Trist. 1, 3, 68. *in lucro, quae datur hora, mihi est.* Terent. Phorm. 2, 3, 21. *Quicquid praeter spem eveniet, omne id deputabo in lucro.* Senec. Epist. 12. *Crastinum si adjecerit Deus, laeti recipiamus. Ille beatissimus est et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine exspectat. Quisquis dixit: vixi, quotidie ad lucrum surgit.* Id. Epist. 32. *subinde considera, quam pulchra res sit consummare vitam ante mortem, deinde exspectare securum reliquam temporis sui partem in possessione beatae vitae positam: quae beatior non fit, sed longior.* Id. de Brevit. vit. 7. Gatak. ad M. Anton. 7, 56. p. 227. et Perizon. ad Aelian. V. H. 14, 6. Apte laudat Orell. Muson. ap. Stob. I. p. 41. G. et Plutarch. de Tranq. an. 16.

V. 15. 16. *Me — porcum.* Exemplo suo quam proposuerat sententiam confirmaturus hanc jocose addit clausulam: „Certe me, qui his praeceptis memet ipse accommodans praeter cutem nihil curo rerum humanarum, ubi ad me veneris, nitidum videbis obesoque corpore.“ In qua quidem re duplex notandus est interpretum aliquot error, unus eorum, qui ipsis verbis Tibullum, ut inviseret amicum, vident invitatum, qua interpretandi ratione elegans ille sententiarum ordo fere disrumpitur. Sic *Rodellius* et *Campenon*, hic: „Venez me voir; vous trouverez un ami qui prend soin de sa personne, brillant d'embonpoint.“ Alter eorum, qui post v. *voles* distinguentes verba: *Epicuri — porcum* per appositionem ad *pinguem* et *nitidum* referunt, sic *Desprezius* et *Doeringius*, quorum ille: „certe me succi plenum et corpore egregie culto fulgentem videbis, *imo, si jocari velis,* suem ex hara Epicuri“; hic autem verba: *Q. r. v.* pro protasi habuisse videtur locum interpretans uti editor Parisiensis a. 1752: „Si tu veux t'égayer, viens chez moi: tu verras Un Epicurien bien nourri, gros et gras.“ Alia ratione falluntur ii, qui hoc loco decepti ut *List* (de Poenitentia Horatii Philosophica ab insolito tonitru provocata Carm. 1, 24.

Giess. 1785. p. 12.) Horatium hoc quidem tempore Epicuri decreta vere sectatum esse sibi persuadent. Quidni eodem jure Horatium Phaeacem fuisse affirmes (Epist. 15, 24.)? Quod se *suem ex grege Epic.* vocat, id ex parte iis lucem accipit, quae affert *Beier.* ad. Cic. Offic. 3, 33. p. 413. Interpretes comparant Cic. Pis. 16. *Epicure noster ex hara producte, non ex schola,* et de joci similitudine Cic. Epist. ad Div. 9, 20, 5. At totum hoc jocandi genus optime illustravit *Wielandius* p. 102 sqq., cujus explicationi si addideris: Horatium et a suo ipsius corporis habitu quandam ridendi materiem sumpsisse et praecepti ante dati, si qua videretur, severitatem suo more (Epist. 1, 1, 106.) dissolvere voluisse, omnia suum habebunt intellectum. Etenim antiquus Auctor vitae Horatianae: „Habitu corporis brevis fuit atque obesus.“ Plura ad Epist. 20, 24. Ceterum minime negamus quandam Horatii ad Epicuri decreta, quibus et ipse imbutus fuit, inclinationem, quam haud scio an jocose hic ante oculos ponere voluerit Tibullo amico. Cf. C. Passov. p. XVIII. et Grupp. p. 390. — *Pinguem,* hoc vocab. describi videtur corpulentia, εὐεξία, vid. Muret. ad Aristot. Eth. III. p. 357. ed. Ruhnk.; *nitor* et *nitidus* eorum est, qui corpore bene habito splendent, vid. Heind. ad Sat. 2, 2, 128. et quos laudat Ruhnk. ad Terent. Eun. 2, 2, 11. Ita Livius 28, 35, 7. de Scipione: *aetas in medio virium robore; quod plenius nitidiusque ex morbo velut renovatus flos juventae faciebat.* De dictione: *bene curata cute* vid. ad Epist. 1, 2, 29. et Broukh. ad. Tib. 1, 5, 33. Hieronymus adv. Jovin. 2. p. 65. H. hunc sine dubio respiciens locum, quem p. 55. B. in amoenissimo agro in morsum voluptuosorum hominum dicit scriptum: „Nunc restat, ut Epicurum nostrum subantem in hortulis suis inter adolescentulos et mulierculas alloquamur. Favent tibi crassi, nitidi, dealbati. Adde, si vis juxta Socraticam irrisionem, omnes sues et canes, et quia carnem amas, vultures quoque, aquilae, accipitres et bubones. [Nunquam nos Aristippi multitudo terrebit.] Quoscumque formosos, quoscumque calamistratos, quos crine composito, quos rubentibus buccis videro, de tuo armento sunt, [imo inter tuos sues grunniunt. De nostro grege] tristes, pallidi“ etc.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA V.

AD TORQUATUM.

Si potes Archiacis conviva recumbere lectis

Ad Torquatum. Mss. Dess. 2. Lips. 3. Graev. Edd. Ven. 483. 86. 92. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. Bas. 531. 55. Ald. Britannicus (Ven. 520.) praeponit: *Q. Horatius Flaccus ad... Ad Torquatum oratorem.* Ms. Lips. 2. *Ad Torquatum tenacissimum virum.* Ms. Gott. 2. Edd. Ven. 479. 81. — V. 1. *Archiacis.* Mss. Lamb. omn., ut vid., praeter duo. Pulm. 1. 2. 3. 4. 10. Torr. plur. quinque ap. Bersm. al. ap. Bentl. et Comb. A. C. D. F. G. septem et vigint. ap. Val. Gesn. [1.] 3. Altd. ap. Haberf. Oberl. D. Pott. et Jaeck. omn., ut vid. Bad. 1. triginta ap. Feam. Orell. b Sc. Guelf. 1. 2. Dess. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Mentel. Corbei. Dorv. 1. 2. Berol. 1. Goth. Gott. 1. Edd. Ald. 09. 19. Ven. 520. Bas. 520. 31. 55. Glar. Gryph. Vascos. Irenic. Pulm. Fabric. 578. (sed in Castigat. p. 134. habet *Archaicis)* Asc. 543 (teste Oudino). Rob. Steph. Biedm. [599.] Baxt. Bentl., qui defendit, (cujus tamen argumenta non ab omni parte vera esse docuit *Oudinus* in Misc. Obss. nov. V. p. 427—32.) et mult. al. edd. tum vett. tum recentior., quas laudat Fea, qui et ipse recepit et post eum fere omnes; approb. Turneb. in Adv. 1, 18. Kusterus in Hist. Acad. Inscr. III. p. 131. sqq. ed. in 4. De testimonio Scholiastarum vid. infra. *archaicis.* Mss. Lamb. duo, in uno superscr.; un. Pulm. 7. Schol. Cruq. in lemmate, sed de Archaico fabro loquitur, quod idem faciunt complures alii, ut Ascensius in ed. 519.; Cruq. omn. praeter Tonsanum (7), qui *Archanis* habet,

Nec modica coenare times olus omne patella,
Supremo te sole domi, Torquate, manebo.
Vina bibes iterum Tauro diffusa palustris
Inter Minturnas Sinuessanumque Petrinum.
Si melius quid habes, arcesse, vel imperium fer.

unus Blandin. *Archaicum* fabrum, alter *Archaeam* intelligit, ita ut vera in iis scriptura significetur; Torr. tres. Oberl. C. Comb. B. Feae novem. Gott. 2. Berol. 2. et alii aliorum. [*arcanis.* Conjecit Cruq. ad. v. 31. et Epist. 1, 1, 18.] Edd. veteres, Ald. 501. Muret. Lamb. (qui def.) Cruq. H. Steph. Piscat. Torr. Min. Heins. Tan. Fab. Rodell. Despr. Tart. Dac. Talb. Maitt. Jon. (qui def.) Campen. Mediol. 754. al. probant Nann. Misc. 4, 18. (Gruter. Lamp. I. p. 1285.) Brod. Misc. 2, 19. (ibid. II. p. 481.) et Luisin. Parerg. 3, 1. cum Triphone Gabriello (ibid. III. p. 480.). Veterrimi tamen editores *Archaic.* habent pro Nomine proprio, reliqui pro Appellativo, ut eadem scriptura plane aliam habeat interpretandi rationem. — *recondere.* Ms. Jaeck. 4.

V. 2. *caenare.* Sic Ms. Graev. *cenare.* Ms. Lips. 1. — *holus.* Ms. Jaeck. 1. Guelf. 1. Dess. 1. Lips. 1. 3. Goth. Graev. Ed. Ascens. 519. De hac scribendi ratione vid. C. Schneid. Elmntrl. p. 185. — V. 3. *tocate.* Ms. Jaeck. 6. a 2. m. — *Sole.* Sic. ed. Fe. — V. 4. *defusa.* Ms. Pulm. 7. *demissa.* Ms. Sosii ap. Rutgers. p. 433. De commutatione voc. *diff.* et *def.* vid. Fea et Kirchn. ad Sat. 2, 2, 58. Od. 4, 5, 34. — *palustris.* Sic ms. Lips. 2. — V. 5. *Micturnas.* Ms. Jaeck. 4. *Mincturnas.* Berol. 2. Edd. Ven. 479. 83. 86. 92. Flor. 482. Loch. al. *Minturnas.* Sic prima scr. ed. Ven. 481. *Minturnas inter.* Ed. Cuning. (Animadv. c. 3. p. 36.) — *Sinuesanum.* Ms. Jaeck. 6. Dess. 2. Gott. 2. Edd. Ven. 479. 81. Ald. 501. 19. Bas. 531. — *Patrinum.* Ms. Fe. 7, b.

V. 6. *Si.* Mss. alqt. ap. Lamb. Pulm. 1. 4. 7. 10. Cruq. omn. Bersm. quinque. Comb. un. (F.) vig. tres ap. Fe. Pott. omn. Jaeck. 4. 5. 6. Guelf. omn. Orell. b S c. Dess. 1. 2. Gott. 1. 2. Graev. Mentel. [*se*] Berol. 1. 2. et alii aliorum, qui non ipsis verbis indicant. Ed. pr. ap. Comb. Ven. 479. 81. 83. 86. 92. 520. Flor. 482. Lips. 492. 98. 516. Loch. Ald. 501. Asc. Cruq. Bentl. Maitt. Cun. San. Jon. Merv. Sandb. Bask. Dorigh. Haberf. Praedic. Hoched. Pott. Orell. et qu. citat. Fea. *Sin.* Mss. reliq. Edd. Ald. 519. Bas. 531. 55. Glar. Lamb. Pulm. Fabr. H. Steph. Biedm. Torr. Min. Chab. Pisc. Heins. de Maroll. Tan. Fab. Despr. Rod. Dac. Talb. Phil. Gesn. Val. Oberl. Comb. Bad. Wakef. Wetz. Fe. (qui def.) Jaeck. Doer. Both. Zell. Jahn. Schmid. Web. Camp. Charp. Pass. Braunh. Meinek. al. complur. Mirus sane tot editorum consensus; recte autem dixit Bentlejus ad Epod. 1, 5., Horatium nunquam uti partic. *sin.* Viro illi jure assentitur Ramsh. in Gr. lat. §. 193. p. 871. ed. 2. — *arcesse.* Mss. Lamb. Pulm. Torr. omn. Bersm. plrq. Oberl. C. Comb. omn., ut vid., itemq. Pott. (qui nihil annotavit) Fe. 1, c. e. k. m. n. o. q. r. s. 2, a. c. e. f. g. 3, f. 5, f. 9, c. 6, b. 7, b. Guelf. 1. Dess. 1. 2. Lips. 1. 2. Goth. Gott.

Jamdudum splendet focus et tibi munda supellex.
Mitte levis spes et certamina divitiarum
Et Moschi causam: cras nato Caesare festus
Dat veniam somnumque dies, impune licebit
Aestivam sermone benigno tendere noctem.

1. Dorv. 1. 2. Berol. 2. Graev. et plurimi aliorum, qui res minutas non curarunt. Edd. vet. paucis except. Lamb. (qui def.) Cruq. Torr. (qui utramque probat) reliq. fere omn. *accerse.* Bersm. duo. un. ap. Talb. quat. dec. ap. Fe. Jaeck. 6. Berol. 1. Guelf. 3. 4. Gott. 2. Lips. 3. [*accrse.* Ms. Oberl. D. Guelf. 2.] Edd. Ven. 479. 81. 520. Ald. 501. 19. Bas. 531. 55. Asc. Glar. Pulm. Irenic. Fabr. Min. Pisc. Biedm. Rod. al. qu. laudat Fea. Illam formam tuentur Ruhnk. ad Terent. Andr. 1, 5, 64. Wagn. ad Virg. Aen. 5, 746. Herzog. ad Sall. Cat. 40, 6. Ramsh. in Jahn. Jahrbb. 1827. V. 4. Litter. Anzeig. N. VII. p. 2., utramque Zumpt. ibid. 827. IV. 3. Litt. Anz. N. V. p. 3. Kritz. ad Sall. l. l. C. Schneid. Elmntrl. p. 514. Freund. in Lex. v. *arcesso.* Ellendt. Emendatt. Isleb. 1839. p. 13. Forbig. ad Virg. l. l. Doederl. Syn. III. p. 232. VI. p. 4. Sub judice adhuc lis est; meliores enim libri mss. *arcessere* verbum aureae latinitatis testantur. Vid. Fea ad h. l. et ad Epist. 2, 1, 168. Sat. 2, 3, 261. Cort. ad Lucan. 1, 166. 4, 484. 7, 252. H. Lagomarsinii not. gr. et critt. in Friedem. et Seebod. Misc. critt. Vol. II. P. III. p. 434. sqq. Quicquid est, discrimen significationis nullum esse videtur. Cf. Stürenburg. Progr. schol. de *verbis arcessendi et accersendi.* Hilpertoh. 1839. — *inperium.* Sic ms. Dess. 2.

V. 7. Fea transposuit v. 6. 7. cum codice An. a. *Jamdudum — Sin;* sed recte disputant contra eum *Jahn.* et *Schmidius.* Feam sequuntur Jaeck. et editor Lips. 1828. — *supelex.* Ms. Gott. 2. Ed. Ven. 481. *suppellex.* Ed. Ald. 519. — *ac tibi.* Ed. Bask. 777. — V. 8. *levis.* Sic ms. Orell. c. Dess. 1. *lenes.* Ms. Jaeck. 6. Guelf. 2. Eadem utriusque voc. commutatio A. P. 26. et saepe. — *diviciarum.* Sic Mss. Lips. 1. 2. Dess. 2. Ed. Lips. 492. — V. 9. *causas.* Ms. Jaeck. 5. *Et Mosci causam.* Mss. Guelf. 3. 4. Acr. Porph. et Auctar. Comm. vet. ap. Cruq. p. 692. Edd. Bas. 531. 55. Bad. *Et caus. Moschi.* Edd. Fe. Jaeck. Jahn. Weber. Meinek. Lips. 828. Quum Fea non addita scripturae discrepantia sic scripserit, id errore quodam viro optimo accidisse crediderim. — *Festus.* Sic ed. Ald. 501. — *cessare.* Ms. Gott. 1.

V. 10. *sompnosque.* Ms. Guelf. 4. *supremum.* Ms. Jaeck. 6. — *inpune.* Sic mss. Dess. 1. 2. Lips. 2. Ed. Bentl. — V. 11. *Festivam.* Ms. ap. Bormans. Vid. Zimm. Zeitschr. 1838. p. 616. et Berol. 1. — *tendere.* Scr. vulg. et mss. et edd., in his Ald. 501. 19. Britannic. (Ven. 520.) Glar. Lamb. etc. Bas. 531. 55. *extendere.* Mss. Bentl. 6. 4. (un. in rasura) Jaeck. 4. Fe. 2, g. 6, c. (a 2. m.) Berol. 2. Ed. princ. ap. Fe. et vett. ap. Maitt. 474. 76. Ven. 479. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Lips. 492. 98. 516. Loch. Asc. 519. Vascos. Piscat. Cf. Fea,

Quo mihi fortunam, si non conceditur uti?
Parcus ob heredis curam nimiumque severus

qui laudat complures alias. *ducere.* Ms. Fe. 3, c.

V. 12. *Quod mihi.* Ms. Pott. 7. ap. Hauth. ad Pers. p. 419. *Quid m.* Ms. Bersm. un. Alt. ap. Haberf. Orell. bS. (in hoc superscr. *Quo*) Santen. Ed. Loch. Vid. Heins. ad Ovid. Art. 1, 303. et Becker. Eleg. Rom. p. 115. *fortuna mihi.* Ms. Oberl. C. Guelf. 2. — *fortunam.* Mss. alqt. Lamb. Cruq. 7. 6. Bersm. un. Bentl. 2. 6. 1. (a 1. m., Broukhusius autem in Graeviano *fortuna* vidisse videtur.) Fe. 1, t. (a 1. m.) Pott. 2. 3. 6. 14. Goth. Lips. 2. al. ap. Valart. Berol. 1. Edd. Asc. 519. Fabr. 578. Pulm. 581. Bentl. Maitt. Sandb. Wakef. Wetz. Zeun. Bodon. Both. Jahn. Pott. Zell. Schmid. Pass. Braunh. Weber. Meinek. Charp. Orell. al. *fortuna.* Mss. alqt. ap. Lamb. Pulm. omn. Cruq. alqt. Torr. omn. Bersm. tres. Bentl. plerq. Pott. reliq. Gesn. 1. 3. Oberl. C. D. Comb. omn., ut vid., Jaeck. 1. 4. 5. 6. Orell. b S c. Guelf. omn. Dess. 1. 2. Lips. 1. 3. Gott. 1. 2. Berol. 2. Santen. et sine dubio Dorv. 1. 2. Corbei. Mentel. Edd. vet. quas vidi omn., etiam Ald. 519. Bas. 531. 55. Glar. Vascos. Irenic. Biedm. Torr. Heins. de Maroll. Rodell. Baxt. Talb. Gesn. Comb. Jon. Bad. Hunter. al., probat Abr. Voss. in Progr. sch. Creuzn. 1827. p. 9. *Quo mihi, fortuna si.* Edd. Xyl. Oberl. Praedic. Doer. Bip. 828. At contra disputant Piscator et Schmidius. *fortuna est.* Ms. Cruq. 2. Bersm. un. Fe. 1, i. 7, b. al. mss. ap. Talb. et Val. Pott. 9. 12. 18., ut refert Hauthalius l. l. Edd. Cadom. 480. Ald. 501. Ven. 520. *fortunae.* Ms. Fe. 5, r. (a 1. m.) et al. ms. in edit. princ. Bibl. Vat. Edd. Fe. Jaeck. Lips. 828. *fortunai.* i. e. fortunae maluit Th. Marcilius. *fortunas.* num Bersmanni unus ?! ms. Sorb. ap. Val. Ex conjectura ita Muretus (Opp. II. p. 962.), quem sequuntur Lamb., (qui def.) Cruq. H. Steph. Min. Chab. Piscat. Bersm. Despr. Bond. Tan. Fab. Dac. Tart. Cun. San. Val. Merv. Phil. Mediol. 754. Bask. Dorigh. Daru. Camp. et ed. Paris. 752. Locis et scriptoribus a *Bentlejo* et *Schmidio* de recepta scriptura hic laudatis adde Gronov. Diatr. in Stat. I. p. 105. sqq. ibiq. Hand. Cort. ad Lucan. 1, 663. Bünem. Ind. Latinit. select. etc. p. 182. Arntz. ad Cat. Dist. 4, 16. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. 2, 53. Koeler. ad Senec. Qu. Nat. 3, 18, 2. Wagn. et Forbig. ad Virg. Aen. 4, 98. Bach. ad Ovid. Met. 13, 103. Hauthal. ad Pers. p. 419., qui idem in codd. Paris. 1. 2. 6. 3. (non 14., ut Pott. indicat) *fortunā*, sed lineola in 1., ut in cod. Harl. 2725. Mus. Brit. (est is Combii A. et mea quidem sententia, ut supra dixi, Graevianus noster) erasa atque in vetustissimo cod. Ital., qui Mediolani asservatur, *fortunam* se vidisse testatur. Eandem lectionem significant Scholia codd. Paris. Bφ (2. 6.): *Quo mihi fortunā* (glossema: *dedere dii*): *ut quid dederunt dii fortunam, si non permittitur uti illa?* Cf. Schmid. in „Allg. Schulz." II. 1828. p. 755. et quae ipse dixi in Seebod. „Krit. Bibl." 1825. I. p. 296. Quapropter non fuit, quod *Doeringius* hanc loquendi rationem et verborum constructionem diceret durissimam.

V. 13. *heredis formam.* Ms. Santen.

Assidet insano; potare et spargere flores
Incipiam patiarque vel inconsultus haberi.
Quid non ebrietas designat? operta recludit,
Spes jubet esse ratas, ad proelia trudit inertem,
Sollicitis animis onus eximit, addocet artis.

V. 14. *Assidet.* Sic mss. Dess. 2. Goth. Gott. Lips. 1. 2. *Adsidet.* Ms. Dess. 1. Lips. 3. Graev. — *portare.* Ms. Fe. 2, d. 6, a. (a 1. m.) *potare, spargere.* Ed. Cuning. Cf. ejusd. Animadv. c. XI. p. 151. et c. III. p. 32. — V. 15. *paciarque.* Sic ms. Dess. 2. Mentel.

V. 16. *resignat.* Ms. Fe. 7, b. *dessignat.* Mss. 16 ap. Val. *dissignat.* Mss. Fe. 1, a. 2, a. c. d. e. Jaeck. 1. Pott. 1. 2. 3. 7. 14. Orell. bc. Dess. 1. Lips. 2. 3. Gott. 1. Graev. Ed. Pott. Pariter commutantur *detinere* et *dist.* Epist. 2, 5. *demovere et dimovere* Od. 1, 1, 13. Sat. 1, 1, 39. *defingere* et *diff.* Od. 1, 35, 39. *destringere* et *distr.* Sat. 2, 1, 41. et similia. De hoc ipso verbo vid. Donat. et Ruhnk. ad Terent. Ad. 1, 2, 5. At quomodocumque rem expedias, *dissignare* ne latinum quidem est.

V. 17. *ad pr. tr. inertem.* Mss. Pulm. 1. 10. Cruq. 1, a—d. Bersm. duo. Oberl. C. D. Orell. S. Guelf. 2. 3. 4. Dess. 1. 2. Lips. 1. 2. Gott. 1. Dorv. 2. Corbei. Praeterea *ad* exhibent quinque Bersm. undec. Val. Comb. A. B. C. D. F. G. (iidem videntur etiam legisse *inertem*, quod dubitamus) Feae omn. Pott. omn. Hoched. et Orell. omn. *inertem* quidem Torr. mss. quinq. Gesn. [1.] 3. plur. ap. Val. Fe. 1, b. c. (a 1. m.) d. 2, a. b. (a 1. m.) c. e. g. h. 3, f. 7, a. (a 1. m.) 6, a. Pott. 9. 10. Jaeck. 1. 4. 5. [*inhertem* scr. Guelf. 2. Dess. 1. 2.] unus Talb. (Bemb.) Edd. Talb. (qui restituit) Bentl. Baxt. Cun. San. Jon. Sandb. Bask. Fe. Jahn. Schmid. Passov. Braunh. Web. Orell. Meinek. al. *ad pr. tr. inermem.* Mss. Pulm. 4. 7. Bersm. tres. Alt. ap. Haberf. Jaeck. 6. Orell. bc. reliq. ap. Fe. et Pott. Graev. (*inhermem*) Dorv. 1. Berol. 1. 2. Sant. Goth. Gott. 2. Lips. 3. (*inherm.*) Mentel. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 516. Asc. Cruq. Bersm. Mervill. Dorigh. Pott. *in pr. tr. inermem.* Mss. Pulm. 2. 3. et, ut videntur, Lambini plurimi. Guelf. 1. Edd. Ald. 501. 19. ed. princ. ap. Comb. Ven. 520. Bas. 531. 55. Lamb. Pulm. Xyl. Fabr. Steph. Torr. Min. Pisc. Biedm. Chab. Tan. Fab. al. mult. etiam Dac. Maitt. Praedic. (*trudet*). *in pr. tr. inertem.* Edd. Paris 752. Phil. Val. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Wetz. Wakef. Both. Doer. Zell. Bip. 828. Camp. Charp. — *ducit.* Scr. var. ap. Min. et ms. Feae 5, e. Ceterum partic. *ad* et *in* commutantur Epist. 2, 1, 48. Bentl.; *in arma ferre alqm* dixit Epist. 2, 2, 47.; approbat *in* Hocheder., sed cf. Wagn. Qu. Virg. X. p. 417. *Inertes* et *inermes* confunduntur etiam ap. Ovid. Met. 5, 175. ib. Bach., ap. Virgil. Aen. 10, 595. ibiq. Wagn. et Jahn, ap. Lactant. Inst. 6, 7, 8. ib. Bünem., pluribus defendit hic voc. *inertem* Fea, quem cf. ad Sat. 1, 7, 15.

V. 18. *honus.* Sic Ms. Jaeck. 6. Guelf. 1. Berol. 1. *opus.* Ed. Sanad. in ed. Paris. 756. — *exuit.* Ms. Santen. — *ac docet.* Acr. in lemmate, Guelf. 4. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. Lips. 492.

Fecundi calices quem non fecere disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?
Haec ego procurare et idoneus imperor et non
Invitus, ne turpe toral, ne sordida mappa
Corruget naris, ne non et cantharus et lanx
Ostendat tibi te, ne fidos inter amicos
Sit qui dicta foras eliminet, ut coeat par
Jungaturque pari. Butram tibi Septiciumque

98. 516. Loch. Asc. In verbis, quae conjungenda erant, saepe librarii sunt lapsi, ut v. 28. Epist. 1, 15, 25. 16, 15. 49. Cf. Drak. ad Liv. 38, 49, 4. *Addocere* autem ut ap. Cic. pr. Cluent. 37, 104., *adservire* ap. eund. in Tusc. 2, 24, 56. ibiq. Klotz., *addiscere* ap. Ovid. Met. 3, 593. ibiq. Bach. — *at docet.* Ms. Berol. 2.

V. 19. *Fecundi.* Sic mss. Dess. 1. Lips. 2. *faccundi.* Graev. Orthographiam *fec.*, quam habent mss. Lips. 1. 3. Dess. 2. al., improbat Bothius ad Od. 2, 14, 28. in ed. Feae, rectius autem de re judicat Weber. in „Uebungsschule" p. 144. N. 59., quocum cf. Benary: „Röm. Lautlehre." I. p. 62. *Facundi.* Mss. Pott. 1. 7. Hoched. b. i., qui hanc scripturam non improbat aliter sentiente Orellio.

V. 21. *egoque.* Ms. Jaeck. 6. *sed que* a 2. m. — *imperare.* Ms. Jaeck. 5. — Huc respexit Servius ad Virg. Aen. 10, 444. — V. 22. *Invictus.* Edd. Ven. 479. 81. — *thoral.* Sic Gott. 2. et edd. Ven. 479. 81. Ald. 501. — *nec sord. m.* Mss. Pulm. 3. 10. *re sord.* Ms. Guelf. 2. *Invitus: ne — pari.* Sic Praedicov., ut verba majoribus literis descripta pro mandato habeantur. Versum citat Serv. ad Virg. Aen. 1, 701.

V. 23. 24. *Conruget.* Sic mss. Dess. 2. Lips. 1. 3. Ed. Cuning. — *naris.* Ms. Orell. c. — *nec non.* Mss. alqt. ap. Pulm. quinq. ap. Bersm. Comb. D. F. Orell. b. et superscr. c in c. Guelf. 3. Dess. 1. 2. (in hoc superscr. *ne*) Gott. 2. Berol. 1. 2. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. 92. ed. princ. ap. Comb. Flor. 482. Lips. 492. 98. 516. Loch. 498. Ald. 501. Asc. Pulm. Fabr. 578. *ne non* scriptura vulg. est in Ald. 519. in Ven. Britannici 520. — *cantarus.* Sic mss. Dess. 2. Lips. 1. 2. 3. Gott. 2. Edd. vet. — *lans.* Ms. Jaeck. 4. — V. 24. *Ostendant.* Ms. Fe. 1, g. Quidam sic legi voluerunt teste Lambino, sic ed. Dorigh. *Ostentet.* Ed. Minois.

V. 25. *foris.* Mss. Fe. 2, a. i. Berol. 2. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. 92. duae ap. Maitt. 474 et 76. Flor. 482. Lips. 492. Loch. At vide Hand. Turs. II. p. 705. Vulg. constituit Ald. 501. — *eliminat.* Mss. Fe. 2, d. (a 1. m.) 6, a. (a 1. m.) — *et.* Mss. tres Bersm. Guelf. 1. 2. 4. Dorv. 2. Berol. 1. Lips. 2. Mentel. Verba *ut coeat par* ad sequentia referunt cum Guelf. 4. edd. Land. et plurimae vet., etiam Ald. 519. (vid. p. 168.) Asc. Bas. 531. 555. Irenic. Chab. Biedm. Rodell. Phil. et sic distingui mavult *Schmidius* in edit. Braunh. II. Sect. 3. p. 490., vir doctus quidam in Jen. Lit. Zeit. 1832. ch. 57. p. 453. Vid. infra.

V. 26. *Jungantur.* Ms. Dess. 2. — *Butram.* Mss. Pulm. 1. 2. 7. 10.

Et nisi coena prior potiorque puella Sabinum

Schol. Cruq. in lemmate. Torr. antiquissimi. Bersm. quat. Bentl. 1. 6. 8. 10. 14. [Gesn. 1.] Val. tredec. Oberl. C. D. Comb. A. B. C. F. G. plur. ap. Pott. Feae 1, a. b. (a 2. m.) c. d. e. i. k. p. s. (a 2. m.) t. 2, b. c. (a 1. m.) e. h. 3, c. d. 5, f. 6, b. c. d. 7, a. 9, d. Jaeck. alqt. Orell. b. c. Guelf. 3. 4. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. Berol. 1. 2. Graev. Mentel. Edd. Med. 476 (teste Fea). Ven. 479. 81. Bentl. (qui restituit) Burm. 713. Maitt. Baxt. Cun. San. Merv. Gesn. ed. Paris. 752. Bask. Val. Dorigh. Oberl. Comb. Bad. Wakef. Haberf. Fe. Jaeck. Both. Pott. Doer. Jahn. Zell. Schm. Hoched. Pass. Braunh. Web. Orell. Meinek. Charp. al. *Brutum.* Mss. ut vid. ap. Lamb., al. ap. Val. Guelf. 1. 2. Corbei. Comb. D. Edd. princ. ap. Comb. Ald. 501. 19. Asc. Britann. (Ven. 520.) Lamb. Pulm. Cruq. Xyl. Steph. Bas. 555. Fabr. Biedm. Torr. Min. Chab. Pisc. Bersm. Heins. Tan. Fabr. Rodell. Dac. Talb. Jon. Sandb. Wetz. Camp. al. *Brutam.* Mss. Cruq. Pulm. 3. 4. Bersm. un. Jaeck. un. (6.) Pott. 2. 3. 9. 13. 14. Orell. S. Dorv. 2. Schol. Cruq. et edd. Ven. 483. 86. 92. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 516. Philipp. approb. Philologus, Irenicus (sed in text. habet *Brutum*), improb. Lambin. et Stuck. in Antiq. conv. 2, 6. p. 240. *Brutram.* Ms. Bentl. 4. *Septitium* sive *Septicium.* Mss. Pulm. omn. Cruq. nonnull. Bersm. tres. Bentl. 1. 6. 8. 10. 14. 4. Fe. 1, b. (a 1. m.) c. d. i. s. 2, b. c. d. e. f. h. 3, a. c. d. f. 5, e. f. 6, a. b. d. 9, c. d. 7, b. plurim. ap. Pott. omn., ut videntur, ap. Oberl. et Comb. et Jaeck., praeterquam quod ap. hunc ms. 6. habet *Sepicium* et ab eadem manu correct. Septimiumque. Orell. bSc. Guelf. 2. (a 2. m.) 3. 4. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. 2. (quod idem de suo (1.) annotavit Gesn.) Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. Corbei. Graev. [sive Bentl. 1.] Schol. Cruq. et ed. princ. ap. Fe., sic etiam Ald. 501. 19. Glar. Loei Antw. 559. Muret. Bas. 555. Irenic. Biedm. 599. Rodell. Bentl., quem sequuntur plurimi recentior. etiam Fea, quem conf. *Septimium.* Mss. alqt. Cruq. omn. ut vid. Lamb. Torr. omn. Bersm. duo. Pott. 9. 13. 15. 16. 18. Guelf. 1. 2. et, ut videtur, Mentel. Berol. 1. al. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 516. Asc. Britann. Lamb. Pulm. Xyl. Steph. Cruq. Fabr. Torr. Min. Chab. Pisc. Bersm. Heins. Tan. Fab. Dac. Talb. Maitt. Jon. Sandb. Dorigh. Wetz. Camp. Charp. — *Butram* viri cognomen esse Bentlejus demonstravit inscriptione quadam ap. Grut. MDXXI, 4. *Septitios* habes ap. Cic. in Verr. 3, 14., ap. Plin. in Epist. 2, 9. et ap. alios, quos laudat Bentl. Qui legunt *Septimium*, significari opinantur *Septim.* Od. 2, 6. Epist. 1, 9., recte improbat Weichert. in Poet. Reliq. p. 375. *Titium Septicium*, quem allat. Ep. 1, 3, 9. laudat *Hochedcr.*, me ignorare fateor.

V. 27. *At nisi.* Ms. Fe. 2, h. (a 1. m.) *Et, ni.* Edd. Cun. Merv. — *caena.* Sic mss. Dess. 1. Lips. 2., Bentl. et Fea scr. *cena*, vid. ad Epist. 1, 1, 91. — *pociorque.* Sic ms. Dess. 2. *potiorve.* Ed. Jon., quod legi maluit Doeringius quoque. *patella.* Conject. ap. Jon. *potior conviva.* Edd. Tart. Jouvency et Camp. ?! *Et, puella, Sabinum, Detinet* distinx. Bentl. et Cu-

Detinet, assumam; locus est et pluribus umbris,
Sed nimis arta premunt olidae convivia caprae.
Tu, quotus esse velis, rescribe, et rebus omissis
Atria servantem postico falle clientem.

ning., sed vide Schmidium rectiora docentem.

V. 28. *ad summam loc. est.* Mss. quinq. Pulm. omn. Cruquii praeter unum cum colo post detinet; omn. Comb. tredec. Val. Guelf. 1. 3. 2. (*ad summum*) Graev. Dorv. 1. 2. Corbei. Dess. 1. 2. Lips. omn. Mentel. Gott. 1. 2. Goth. (*ad summum* videtur legere) Edd. vet. ap. Maitt. et Ven. 479. 81. 83. 86. 92. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 516. Ald. 501. — Improbat Ascensius. Vulg. autem lectio est in edd. Ald. 519. Ven. 520. Bas. 531. De re illa vid. annot. ad v. 18. Hauth. ad Pers. p. 415. et Drak. ad Liv. 30, 5, 1.

V. 29. *Sed minus.* Ms. Fe. 7, b. Sic *minus* et *nim.* commutantur Sat. 1, 5, 6. — *arta.* Mss. omn. ap. Cruq. omn. Guelf. Dess. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Graev. Berol. 1. atque haud scio an ap. plerosque, si talia indicassent. Edd. Ven. 479. 81. Cruq. (qui defendit) Bentl. Cun. Schmid. Both. Pass. al. *arcta.* Edd. Flor. 482. Loch. Ven. 483. 86. 92. Lips. 92. Ald. Lamb. Pulm. etc. De forma *arta* vid. Cort. ad Sall. J. 85, 34. Kritz. ad eund. J. 52, 6. Schmid. ad h. l. Wagn. et Forbig. ad Virg. Aen. 1, 293. et quos laudat Jani ad Od. 1, 38, 7. Errat autem C. Schneid. in Elmntrl. p. 449., qnum vocab. *artum* a participio verbi *arcendi* ductum censet. *alta.* Ms. un. Bersm. Eadem permutatio Od. 3, 12, 11., ubi Orellius librariorum erratis fidem habere non debebat. Vid. quos de utroque vocabulo laudat Ouwens in Noctt. Hagan. 3, 20. p. 629. — *olidos convivia capros.* Ed. Praedicov.

V. 30. 31. *rescribes* videtur habuisse ms. Oberl. D. *res scribe.* Ms. Dess. 2. — V. 31. *falle postico.* Ms. Dess. 2. *a postico.* Mentel. — *Clientem.* Sic edd. Ven. 479. 81. 520. Ald. 501. Hunc versum laudat Servius ad Virg. Aen. 2, 453.

COMMENTARII

IN

HORATII LIBRI I. EPISTOLAM QUINTAM.

Haec Epistola, qua Horatius Torquatum ad coenam quandam frugalem vesperi ineundam invitat, prorsus jocosa est et ridicula. Hilari enim animo Poeta amico pollicetur lectos ad accumbendum non eburnos illos quidem stragulaque pretiosissima stratos, sed tamen ab elegantia quadam non plane alienos, coenam non tam variam et conquisitissimis cibis instructam, quam simplicem et frugalem, quae olera omnis generis suppeditet, vinum non Falernum illud quidem interioris notae, verumtamen haud spernendum et ita, ut si conviva melius afferri jubeat, ipse convivator eam legem sibi imponi non gravetur; qualiscumque autem apparatus sit, eas se boni convivatoris partes, quae mundum ac lautum coenae patrem deceant, acturum esse jocose significat. Praeter hanc munditiem duo se ait procuraturum, amicos fidos et pares eosque non multos, quanquam complures adduci umbras, modo ne eorum numerus propter incommoda quaedam nimius sit, per se liceat. Ad haec convivii gaudia ne dubitet properare Torquatus, praemonet eum, ut cura rerum forensium omissa aliquantisper se dare velit jucunditati, tempus enim esse opportunum, quoniam cras instet dies nato Caesare festus, quae sollemnitas vacationem fori det, ex quo hanc quidem noctem amica confabulatione transigere et tum somno indulgere ipsis

liceat. Utendum autem esse fortunae bonis, non iis ad heredis usum parcendum, quod quidem suo ipsius exemplo se dicit demonstraturum, ut genialiter insanire ac potare vel usque ad ebrietatem, qua nihil sit efficacius, sibi stet sententia.

Haec fere sunt, quibus Horatius Torquatum, ut secum hilariter jucundeque vivat, amice adhortatur. Omnis autem sententiarum sine ulla fere arte sese excipientium ordo ad rem suapte natura non gravem maxime accommodatus cuilibet videbitur intelligens judicium habenti. Quis autem fuerit Torquatus ille, difficile dictu est. Eundem esse, cui inscripta legitur oda septima libri quarti, mecum sentiunt ad unum omnes. *L. Manlium Torquatum* Cos. a. u. 689. intellexit *Cruquius*, a cujus partibus aliquamdiu stetit *Dacerius*. Eos refutavit *Massonus* in Vit. Hor. p. 211. sq. Consulis autem cognominem filium hic significatum opinantur *Dacerius*, *Wielandius*, *Thorbeckius* (de Asin. Poll. Vit. p. 71.), *Westermannus* („Geschichte d. Röm. Beredtsamkeit" p. 203.), quam sententiam non improbat *Düntzer*. ad Od. 4, 7. p. 183., refellunt *H. Meyer.*, (qui antea probaverat in Fragm. Oratt. Rom. p. 218.) in Zimmerm. „Zeitschrift f. d. Alterthumsw." 1835. p. 927. et *Weichertus* in Dissertat. de Cassio Parm. p. 307. Denique utrumque poematium ad Consulis illius nepotem referunt *Sanadonus*, *Mitscherlichius*, *Vanderbourgius*, *H. Meyerus* l. l., alii, quos impugnat *Weichertus* p. 307., „quod in neutro carmine quicquam insit, quod ad nobilem illam gentem Manliam possit referri." Vereor autem, ut haec ratio vincat. Ab illa sententia non multum discedit *Dorighellonis* conjectura, qua Consulem illum hujus Torquati patruum fuisse dicit. Quum omnia, quod concedi debet, sint fidei dubiae neque ne Scholiastae quidem quicquam memoriae tradiderint, quo quis inniti tanquam fundamento possit, *Weichertus* Theod. Marcilii rem optimo jure fecit suam, ita ut *C. Nonium Asprenatem* (Suet. Aug. 43. 56.) in utroque loco significatum opinetur, quam quidem opinionem non solum exquisitis argumentis probavit, verum etiam ingeniose contexuit (vid. l. l. p. 301—319.). Weicherti sententiae prorsus assentitur *Car. Frankius* in Fast. Horat. p. 220., eam amplectitur *Orellius*. Pauca quidem sunt, at sunt tamen, quae me retinent, quominus huic sententiae sollertissime excogitatae album calculum tam prompte quam cupio adjiciam. Quapropter, quum argumenta in utramque partem pensitare hujus loci non sit, rem in medio relinquere satius esse arbitror. Nescio tamen, quomodo factum sit, ut interpretes plerique remanserint in L. Manl. Torquati stirpe, non oculos etiam adjecerint

progeniei vel T. vel A. Manlii Torquati. Illum quidem omiserunt et Ernestius et Schützius, ut recte observat Orellius in Onomast. Tull. p. 379.

Quisquis fuit Torquatus ille, fuit celeberrimus causarum patronus, homo, ut videtur, a splendida lautaque vita non alienus, isque, quo Horatius uteretur familiariter. Hominem plus aequo parcum ac tenacem multi eum fecerunt atque hodie faciunt interpretes, in quibus *Wielandius* nostras subtilius quam verius disseruit. Sed maculam tenacitatis ab interpretibus viro optimo aspersam humaniter abstersit humanissimus *Fr. Jacobsius* in „Verm. Schriften" V. p. 30. sqq., quocum confer, quae ad v. 8. dicentur. Quodsi vera sunt quae de gratia, qua multum valuerit Torquatus apud Augustum, disputavit *Weichertus,* non praetermittenda silentio est hujus viri doctissimi sententia, qua quid Poeta in scribenda hac Epistola spectarit, aperte declarat: „Plures autem (inquit ille p. 310.) Epistolae Horatii testatum faciunt, quam accepta ac jucunda ipsi fuerit consuetudo cum hominibus apud Augustum gratiosis et quam saepe ac lubenter ad eos scripserit, non quo eos edoceret adeove de stultitia urbane commoneret, sed ut hac ratione, quid ipse sentiret de vita rebusque humanis, divulgaret. Eodem consilio ad Torquatum scriptam esse censeo quum Epistolam, tum maxime Odam illam, in qua suo more de recto vitae fugacis usu philosophatur." Quanquam, si de tempore scriptionis quaeritur, in hac Epistola certae temporis notae desunt, id tamen in promptu est, eam anno 728. u. c. posteriorem esse atque aliquot annis post scriptam videri. *Kirchnerus* igitur, quocum faciunt *Schmidius* et *Weichertus,* Epistolam ad annum 733. referre non dubitat. Atque haud scio an annus 734. (Varr.), si liceat conjici, probabilior sit. Hoc enim anno, quod recte observavit *Car. Frankius* p. 204., Augusti dies natalis majore apparatu et splendore teste Dione Cassio 54, 8. concelebratus esse videtur. Etenim qui natalicia Julii Caesaris intelligunt, habent ii quidem in rem suam *aestivam* illam *noctem* (a. d. IV. Id. Quintil.), attamen dixerim, Horatium, si Julium Caesarem intellexisset, non simplici *Caesaris* nomine usurum fuisse, quanquam me non fugit, id nude Od. 1, 2, 44. Sat. 1, 9, 18. de Jul. Caesare usurpari. At alia est illorum locorum ratio. Ceterum eo argumento post Massonum p. 209. imprimis usi sunt *Weichertus* p. 316. et *Car. Frankius* p. 203. Quum Caesar Augustus d. IX. Kal. Octobr. natus esset, verissime *Frankius* videtur conjecisse, hanc Horatii Epistolam pridie sollemnem diei natalis Augusti celebrationem primum a. 734. magnifica pompa institutam i. e. d. XXII.

m. Septembris a. u. c. 734. Varr. scriptam esse. Ejusdem anni cogitatio quanquam alia de causa jam inciderat *Sanadono*, *Mervillio*, aliis. Contra *Grotefendus* in „Allgem. Encyclop.“ Sect. II. Tom. 10. p. 474. Epistolam anno 735., *Dacerius* a. 728., *Massonus* „non multum ultra abhinc biennium“ (Vit. p. 208.) ad Torquatum datam sibi persuaserunt. Sed haec quidem hactenus.

V. 1. *Si potes — recumbere.* Invitatio ad coenam atque descriptio apparatus convivalis et ejus quidem mediocris, imo tenuis; hinc *si potes — nec times — Arch. lect. — modica pat. — olus omne. Si potes* de animo et voluntate utpote hominis bonarum rerum et intelligentis et copiosi. Sic (ex interpretatione Servii) Virg. Ecl. 7, 10. *Si quid cessare potes, requiesce sub umbra.* Id. Aen. 11, 307. *nec victi possunt absistere ferro.* Martial. 5, 62, 1. *Jure tuo nostris maneas licet, hospes, in hortis. Si potes in nudo ponere membra solo.* Plura suppeditat Scheffer. ad Phaedr. 3, 7, 8. Itaque magno in errore versatur *Cruquius*, quum h. l. Torquatum ad rem attentiorem et fere ad sordes parcum fuisse dicit. — *Archiacis lectis* a fabro quodam *Archia* confectis; sic commemorantur, quod observarunt Turnebus et Torrentius, *Soterici lecti* ap. Gell. 12, 2., *calices Beneventani sutoris nomen habentes* ap. Juven. 5, 46., *Pausiaca tabella* Sat. 2, 7, 95. al. Nomen ipsum a Porphyrione servatum et perversa Acronis ac Scholiastae Cruquii scriptura significatum et a nonnullis interpp. pro *Archaico*, sed recte jam a Landino et Britannico pro *Archia*, „inscio fabro“ (ut ille opinatur) habitum post alios bene enodavit *Bentlejus*, quanquam argumentum, quo vocabulum *archaicis*, ex interpretatione Lambini, Torrentii, aliorum *antiqui operis et rudis*, secundam syllabam longam habere affirmat, falsum esse dicit *Oudinus*. Quicquid est, ut a *Punicanis* (Cic. pr. Mur. 36, 75.), ita ab *Archiacis lectis*, quos Porphyrion et Fea *breves* intelligunt, elegantiam illo tempore ab hominibus elegantibus quaesitam alienam fuisse, totus docet sententiarum ordo. De *lectis* ipsis tricliniaribus vide praeter *Schmidium* ad h. l. *Beckerum* ad Gallum. II. p. 149.; *recumbendi* verbo hoc quidem tempore minus usitato in eadem re utitur Poeta Od. 3, 3, 11. Cf. Creuzer. „Abriss der Röm. Antiq.“ §. 276.

V. 2. *Nec modica — patella* indicat ipsam coenae tenuitatem. Sic *modici canthari* Od. 1, 20, 1. et *patella esurienti posita* in Varr. Fragm. II. p. 339. Bip. (ibique Scalig.) Mart. 5, 78, 6. *Ponetur digitis tenendus unctis Nigra cauliculus virens patella.*

Juv. 5, 85. *tibi — Ponitur exigua feralis coena patella.* Alia afferunt Heind. ad Sat. 2, 2, 39. 4, 77. Schmid. ad h. l. et Hauth. ad Pers. 2, 42. p. 144. — *olus omne* vel „*qualecumque*, interprete Schol. Cruq., *ut dicere solemus nos non omne vinum bibere,*" vel omnis generis, ut Cic. Epist. ad Div. 7, 26, 5. *fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius.* Sic Xenoph. de Rep. Athen. 2, 8. φωνὴ πᾶσα et Evang. Matth. 4, 23. θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. *Bothius* autem, Ascensium, Lambinum, Cruquium, alios secutus: „ita ut nihil relinquas, sed eo solo cibo satieris, nam nihil praeter olus tibi apponam, nec varia coena vincam tua fastidia, ut mus agrestis Sat. 2, 6, 86." At quis est, qui nesciat, in tali saepe re etiam a nostratibus minus promitti, plus apponi? Quid, quod lauti isti ipsa olera palato suavia reddebant, uti testatur ille Ciceronis locus. Varias horti opes in ejusmodi coenam allatas commemorat Martialis 10, 48, 7—10. Ceterum *olera* communis erant hominum et pauperum et frugalium victus. Vid. Heind. ad Sat. 2, 1, 74. 7, 30. Rupert. ad Juv. 11, 79. Stuck. Antiq. Conviv. 2, 8. p. 255. Comparare autem juvabit, quae de coena hominum divitum, lautorum, delicatulorum eleganter exposuit *Beckerus* in Gallo II. p. 115. sqq.

V. 3. *Supremo sole* i. e. sole ad occasum vergente, uti satis apparet ex ejus contrario i. e. *sole primo* Ovid. Met. 9, 93. Calpurn. Ecl. 8, 7., ubi Bachius et Wernsdorfius locum Horatianum contulerunt. Cf. Lamb. ad 1, 4, 13. Quapropter ii errare putandi sunt, qui *supr. solem* intelligunt altissimum, quod tempus in homines liberius viventes convenit, qui *de die coenare* dicuntur. Atque haud scio, an in simili errore versetur *Haberfeldus*, quum nonam horam, qua accumbere soliti sunt Romani (Becker. ad Gall. II. p. 138), significatam opinatur. Accidit enim saepe, ut homines negotiosi actuosique vel alia causa interpellati atque permoti sole demum occidente, quod bene perspexit Scholiasta Cruq., coenarent; id testantur complures loci, quos collegit *Wüstemannus* ad „Palast des Scaurus" p. 254. N. 5. Sic Horatius ipse *sub lumina prima* ad Maecenatem vocatur Sat. 2, 7, 33. Quam ob rem Poeta sub vesperum instituerit coenam, indicant *Wielandius* N. 2. et *Schmidius*.

V. 4. 5. *Vina — Petrinum.* Vina igitur ex doliis in cados et amphoras transfusa erant T. Statilio Tauro II. cum Augusto VIII. cos. a. u. c. 728. atque hinc quinque vel sex annorum; talia familiaribus amicis apponere neque sordium neque contra decorum erat. A con-

sulibus autem numerasse Romanos aetatem vinorum addito amphorae consulis nomine res nota. Cf. Od. 2, 3, 8. 3, 8, 11. 21, 1. 28, 8. Epod. 13, 8. Hinc Tib. 2, 1, 27. *Nunc mihi famosos veteris proferte Falernos Consulis.* Lucan. 4, 379. *Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus.* In totam rem Stat. Silv. 4, 6, 3. sqq. *Jam moriente die rapuit me coena benigni Vindicis. — neque enim ludibria ventris Hausimus aut epulas diverso e sole petitas Vinaque perpetuis aevo certantia fastis.* De ratione *diffundendi* vina post Lambinum multosque alios a Schmidio ad h. l., a Rupertio ad Juv. 5, 30. et ab Ilgenio ad Virg. Cop. 11. laudatos accuratius dixit *Becker.* ad Gall. II. p. 168. — V. 5. *palustris inter Minturnas.* Juv. 10, 276. *Minturnarum paludes.* Ovid. Met. 15, 716. *Minturnaeque graves.* A Minturnis, oppido Auruncorum, ad Liris ostia in confinio Latii et Campaniae sitis distabat IX. M. P. „*Petrinus* mons Sinuessanae civitati imminens [hodie Rocca di monte Ragoni], vel ager Sinuessae vicinus", ut annotat Schol. Cruq.; aliter Porphyrion et Manutius ad Cic. Epist. ad Div. 6, 19, [20.] 2., qui pro vico habent. Cf. interpp. ad Anton. Itiner. p. 108. Strab. 5, 3. p. 378. Tchnz. Sinuessanum autem vinum si non optimis, at melioribus annumeratum esse videtur. Mart. 13, 111. *De Sinuessanis venerunt Massica prelis.* Cf. Plin. H. N. 3, 5. et Sickler. „Alt. Geogr." I. p. 366. De bonitate hujus vini disputant contra Rodellium *Massonus* (Vit. Hor. p. 206.), contra Lambinum et Cruquium *Wielandius* N. 3. et de aetate vini ad bibendum apta *Schmidius* itemque *Car. Frankius* l. l. p. 202.

V. 6. *Si melius quid habes, arcesse* etc. Jocatur Poeta, quum Torquatum, ut meliora vina afferri jubeat vel legem accipiat, admonet. Sunt tamen, qui illud *quid* non solum vinum intelligant, sed etiam cibum, quae quidem explicatio necessaria non est. Vid. Schmid. ad Epist. 1, 15, 17. Alii quum ob neutrum *quid,* tum ob *arcessendi* verbum faciunt cum *Turnebo* (Adv. 1, 18.): „Si meliorem habes coenam, voca me convivam, vel pare mihi vocanti, si non habes." At *arcessere* de rebus quoque dicitur, ut Cic. ad Div. 7, 23, 13. ad Attic. 16, 11. *Ego autem et ejus librum arcessivi.* Cf. Cort. ad Lucan. 1, 166. Praeterea simili joco Virgilius Od. 4, 12, 22. mercem ad coenam afferre jubetur et Fabullus totam coenam ap. Catull. 13, 1—4. Quid, quod Martialis 5, 78, 16. *Vinum,* inquit, *facies bonum bibendo. Fr. Jacobs.* (V. p. 36.) comparat Od. 1, 20, 1. 9. Mira autem conjectura quadam rem ambiguam expedire studet

Hochederus, quem vide. Dictio: *imperium fer*, de qua somniant Acron et Scholiasta Cruq., a *Torrentio* et *Orellio* ad imperium convivatoris, qui idem et rex et dominus et coenae pater ac magister vocatus est, rectius refertur, quam ab aliis ad magistrum sive regem bibendi talis creatum. Similiter Martial. 12, 48, 15. *Convivas alios coenarum quaere magister, Quos capiant mensae regna superba tuae. Me meus ad subitas invitet amicus ofellas: Haec mihi, quam possum reddere, coena placet.* Severe etiam Juv. 11, 129. *superbum Convivam caveo, qui me sibi comparat, et res Despicit exiguas.*

V. 7. *Jamdudum — supellex.* Sic Od. 4, 11, 6. *Ridet argento domus.* Od. 2, 16, 14. *paternum Splendet in mensa tenui salinum.* Phaedr. 4, 24, 20. *Splendebat hilare poculis convivium. Splendere* autem de omni convivii apparatu proprie dici pluribus demonstravit *Burmannus* ad Phaedri locum et ad Virg. Aen. 1, 637. Lares tali die tersos esse cera, fuliginemque foci amotum recte docent *Schmid.*, *Hoched.* et *Orellius;* quapropter falluntur qui, ut *Rodellius*, *Desprezius*, alii, hoc verbo ignem in foco et ad coquendos cibos et ad temperandam frigidam balnei descriptum arbitrantur. De *munda supellectile* cf. Orell. ad Od. 2, 7, 21. et Athen. Deipn. 2, 9. I. p. 187. ed. Schweigh.

V. 8. 9. *Mitte — causam.* Ob hoc prudens consilium, quo Horatius Torquatum omissis rebus severis ad hilariter vivendum adhortatur, interpretes quidam acutiores hunc nimia fuisse parsimonia atque avaritia sibi persuaserunt. At Horatius omnibus fere locis, quibus hilarem vitae usum (sicuti studium *sapientiae* Epist. 1, 3, 26.) commendat, ex umbra quasi et tenebris lucem elicit, i. e. *curas relinquendas, severa omittenda, spes abjiciendas* eo consilio praecipit, ut ipsa vera vivendi ratio appareat et sua ipsius luce perturbatam ac vexatam mortalium vitam collustret. Quapropter qui haec ipsa amicis Horatianis usquequaque ascripserit, ne in eos omnem culpam injuste transferat ac plerosque et divitiarum et honorum cupidissimos faciat, verendum erit. Multum quoque dandum esse apostrophae sive compellationi (ut Od. 4, 7, 20.) ex annotatis ad Epist. 1, 1, 42. apparet et recte docuit *Fr. Jacobsius* (V. p. 34.). Exempla talium ad curas deponendas adhortationum habes haec: Od. 1, 7, 12—21. 2, 11, 4. etc. 16, 17. etc. 3, 8, 17. 28. 29, 25. etc. 4, 12, 25. etc. Epod. 13, 7. 8. Epist. 1, 4, 12. Huc accedit, quod Hor. ab amicis, ad quos scribit, quosque probe noverat vel a talibus vitiis alienissimos vel patientes praebituros esse praeceptis saluberrimis aures, fere transit ad generaliora

Stoicorum more praecepta officii. Sic Od. 2, 2, 9. sqq. Epist. 1, 2, 32. sqq. 6, 9. sqq. 16, 17. sqq. 10, 32. sqq. al. Cf. *Düntzer.* ad Od. 2, 10. p. 139. 2, 14. p. 178. *Car. Frankius* l. l. p. 72. Quae quum ita sint, Torquati illius patrocinium non minus prudenter quam humaniter suscepisse putandus est *Fr. Jacobsius,* ad cujus sententiam et hic et Od. 4, 7. recte accessit *Orellius.* Sententia igitur erit: „fallaci spe, qua vita mortalium fluctuatur, abjecta et studio, quo alter alterum opibus superare conatur, omisso — i. e. negotiis vitae communis posthabitis apud me genio indulge.“ In re simili Juvenalis 11, 187. *Sed nunc dilatis averte negotia curis Et gratam requiem tibi dona.* Invidiosam autem illorum verborum interpretationem sequuntur *Lambinus, Doeringius, Hochederus,* quos vide. Et ut concedamus, Poetam his ipsis verbis Torquatum ipsum significasse, quidni ea jocose dicta esse putemus? Num *certamina divitiarum,* quae cum *Wielandio* („die leidigen Fehden um Mein und Dein“) *Jacobsius* intelligit „lites aliorum, quibus tanquam patronus occupatus fuerit Torquatus“, hanc habeant significationem, dubitat *Orellius* et contra quoque surrexit perhumaniter *Doederlinius* („Münchner Gelehrte Anzeigen“ 1836. N. 105. p. 861.) inter alia sic disputans: „Nimmt man nämlich *divitiarum* als *subjectiven* Genitiv und versteht darunter den *Stand der Reichen und Vornehmen,* zu denen Torquatus doch gewiss gehörte, so verschwindet alles, was an Geld und Habsucht erinnern könnte: *spes* und *certamina* sind die Aussichten und Bemühungen, zu denen die *divitiae* Berechtigung geben, auf und um *Ehrenstellen.* Tadelt nun Horaz dieses Streben seines Freundes, indem er es als *levitas* [vid. de h. v. Orell.] bezeichnet? Im Ernste nicht (denn keinem Römer konnte es, wenigstens damals nicht, einfallen, in demjenigen Ehrsucht zu sehen, was der natürliche Beruf der Reichen und Vornehmen war), wohl aber in einer humoristischen oder epicureischen Laune, zu welcher ihn der Augenblick und die Veranlassung, eine Einladung zum Schmaus, ein volles Recht gab“ etc. At confer Sat. 1, 1, 113. sqq. Lucret. 2, 12. Sil. Ital. 12, 34. De *Moschi causa,* quam orator sive causarum patronus non sine quadam molestia videtur egisse Torquatus, Scholiastarum testimonio innisus uberius dixit *Weichertus* l. l. p. 311. sqq. Veri autem simile est, quum Torquatus in civilium controversiarum patrociniis magna cum laude versatus sit, ei laudem tribui *facundiae* Od. 4, 7, 23., quem locum nulla Torquati ejusque virtutum habita ratione elatum arbitratur *Weichertus* p. 313. Quodsi idem vir doctissimus mihique amicissimus p. 312. addit: „Ut vero

ille Moschum, veneficii reum, defendendum susciperet, hujus rei causam mihi videor deprehendisse valde probabilem. *Nonius* aliquot *annis ante* [?!] veneficii causam, accusante Cassio Severo, dixerat et procul dubio tum Asinii Pollionis defensione tum Augusti auctoritate absolutus fuerat. Itaque mihi videtur ad illud patrocinium adductus fuisse aut criminis istius gravitate aut pietate adversus Moschum, quo fortasse dicendi magistro usus fuisset" etc., quum igitur talia addiderit, nescio sane, quomodo, quum illa causa veneficii in annum u. c. 745. (p. 303. et in Commentatione de *Cassio Parmensi* p. 198.) incidisse dicatur, haec Moschi causa in annum 733., quo scriptam esse opinatur Weichertus hanc Epistolam, incidere potuerit. Non eo ipso omnis inciditur vis conjecturae, quam de *Nonio Asprenate Torquato* omnibus doctrinae copiis contexuit vir doctissimus? An bis in indicato anno lapsus est typotheta? Solvat aenigma hoc unus ex Oedipis, non ego.

V. 9—11. *cras nato — noctem.* Diem illum festum praeeunte Scholiasta Cruquii recte intelligunt natalem Caesaris Augusti d. IX. Kal. Octobr. h. e. die 23. m. Septembr. nati *Massonus* p. 209., *Weichertus* p. 316., *Schmidius* in ed. Braunhardi II. p. 490., *Orellius*, *Car. Frankius* loco supra laudato. Neque obstat *nox aestiva*, quae, quanquam auctumnalis, Italis bene dicitur aestiva. Sic Virg. Ge. 1, 311. *Quid tempestates auctumni et sidera dicam? Atque ubi jam breviorque dies et mollior aestas, Quae vigilanda viris?* et ibi Voss. p. 149. Calpurn. Ecl. 1, 1. *Nondum Solis equos declivis mitigat aestas, Quamvis et madidis incumbant prela racemis Et spument rauco ferventia musta susurro.* Caesaris autem Augusti diem natalem quotannis publice celebratum esse docent Dio Cass. 51, 19. 54, 8. 26. 34. 56, 29. 46. Sueton. Octav. 57. ibiq. Casaub. et quos laudat Weichert. p. 318. Itaque non sine quadam grata Augusti commemoratione noctem ipsi diei natali praecedentem hilari convivio cum aliquot amicis se profitetur transacturum hilaris Poeta. Nimis autem verecundantur omnemque modum excedunt, si qui sunt, qui ob id unum, ne Horatius in illud crimen adulationis, quod ei afferre non desinunt Börnii, Menzelii, incidat, hunc diem festum Julio Caesari dicatum volunt. Nunquam fuit Horatius tam pusilli animi, ut more modoque hominum aulicorum serviliter adularetur Augusto. Vid. *Feldbausch* de *Q. Hor. Fl. non adulatore.* Heidelb. 1839. p. 32. et *Teuffel* in Jahnii NJbb. 1840. XXVIII. 3. p. 333. Complures tamen alii ut *Dacerius, Desprezius, Gesnerus, Wielandius, Braunhardus, Charpentier., Grotefendus* (in Encyclop. Halens. Sect. II.

Vol. 10. p. 474.) diem illum Porphyrione auctore pro natali habent Divi Julii Caesaris; Dio Cass. 47, 18. Voss. ad Virg. Ecl. 5, 56. p. 207. Sed quum hanc tum aliorum de ea re sententiam optime refutavit *Weichertus* p. 314—319., cui, si exceperis dubiam Asprenatis personam, prorsus assentior. In verbis autem: *dat veniam somnumque dies,* quae supra p. 62. explicavimus, cave interpreteris cum Doeringio · „veniam bibendi", vel cum Josepho de Jouvancy et Sanadono: „veniam somni." Vid. annot. ad Epist. 2, 60. p. 182. Natalis enim afferebat justitium, quod testantur Kalendaria Antiq. in Orell. Inscr. II. p. 398. In *somno* autem *Bothium* sensisse somnum meridianum valde miror. — *impune licebit* est igitur sine ullo crastini diei detrimento. *Wielandius:* „ungetadelt"; rectius *Passov.:* „ungewehrt." Verba autem: *Aestivam tendere noctem* neque significant, quod opinati sunt aliquot interpp., „sermonem in noctem extendere", neque noctem *extendere*, *producere* notione vulgari, quam sibi finxerunt *Desprezius*, *Bentlejus*, *Sanadonus*, *Dorighello*, *Doeringius*, *Santenius* ad Terent. Maur. p. 142., *Heindorf.* ad Sat. 2, 1, 2., ut sit, noctem aestate breviorem in diem extendere, (similiter Passovius: „die Sommernacht verlängern") sed notione quadam diuturnitatis adhaerente *transigere*, *exigere usque ad finem s. benigno* i. e. largiter profluente (al. liberali et faceto), in quam rem *Weichertus* bene comparat τείνειν βίον ἐλπίσιν ap. Aeschyl. Prometh. 548. ibiq. Blomfieldi Glossar. p. 129. et Heyn. ad Virg. Aen. 6, 807. Sic Eurip. apud Plutarch. Moral. II. p. 436. ἐκτείνειν βίον Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι. Virg. Ge. 3, 379. *Hic noctem ludo ducunt.* Ovid. Met. 12, 159. ibiq. Bach: *noctem sermone trahunt.* Prop. 4, 6, 85. *Sic noctem patera, sic ducam carmine, donec injiciat radios in mea vina dies.* Lucan. 10, 173. *longis Caesar producere noctem Inchoat alloquiis.* Stat. Theb. 8, 220. *vario producunt sidera ludo.* Martial. 2, 89, 1. *noctem producere vino.* Val. Flacc. 1, 251. *Dulcibus alloquiis ludoque educite noctem,* ad quem locum et 1, 278. *Burmannus* alias dicendi formulas affert itemque *Broukh.* ad Prop. 1, 3, 39., *Heynius* et *Dissen.* ad Tib. 1, 4, 5. Sic et Livius *extrahere aestatem, diem*, de qua dictione vid. *Drakenb.* ad libr. 22, 18, 9. Plin. Epist. 9, 36, 4. *Ita variis sermonibus vespera extenditur.*

V. 12. *Quo mihi — uti?* Horatius ad superiora v. 8. respiciens hoc significat: „Equidem opibus meis jam utar ad hilariter tecum vivendum, et tantum abest, ut insanus locupletem avidum heredem, ut contra genio indulgeam et vel adeo parum sanus videar." Delirat h. l.

Landinus, quem refellere piget; recte autem locum primus, ut videtur, interpretatus est *Ascensius*, alii aliter, de quibus v. 15. Hanc autem voc. *fortunae* significationem, quam *Ruhnkenius* ad Vellej. 2, 60. p. 272. ipsos tirones scire ait quamque multis exemplis hic illustravit *Schmidius*, immerito in Singulari numero repudiavit *Fea*, et parum accommodate verterunt Germanice: „Glück" interpretes ex nostratibus doctissimi *Vossius*, *Wielandius*, *C. Passovius*, et minus recte interpretati sunt *Doeringius Charpentier*que „opportunam laetandi occasionem." Simul eorum notandus est error, qui, ut *Baxterus*, *Sanadonus*, *Fea*, *quo mihi* per enallagen personae pro: *quo tibi*, dictum opinantur. Jure meritoque tales talium spinarum amantissimos delicataeque quasi interpretationis studiosissimos vellicat *Fr. Jacobsius* (V. p. 45.). Nisi omnia me fallunt, hunc locum interpretatus est Cato, seu quisquis est, in Distich. 4, 16.: *Quo tibi divitias, si semper pauper abundas?* In rem etiam Maximin. Eleg. 1, 181. *Quid mihi divitiae, quarum si dempseris usum, Quamvis largus opum, semper egenus ero?*

V. 13. 14. *Parcus — insano.* Ut hoc loco, ita aliis Poeta, ut artem fruendi commendet, exemplum proponit parcorum, qui, quod Genio detrahant suo, heredibus avidis relinquere cogantur. Sic ad eundem Torquatum Od. 4, 7, 19. scripsit: *Cuncta manus avidas fugient, amico Quae dederis animo.* Multa hujus rei exempla collegerunt *Schmidius* ad h. l. et *Fr. Jacobs.* l. l. p. 44. N. 2. Quod in eos monitum volo, qui Torquatum ob hos quoque versus pro homine parcissimo habent. Etenim declamatiuncula hac Stoica in homines nimium parcos proposita exhilaratum iri divitem amicum probe sciebat urbanissimus Poeta, id quod recte observavit *Orellius.* In dictione autem: *assidet insano*, i. e. proximus, finitimus et ob eam rem simillimus est, *Eichstadius* scite olim comparavit (*de Lydam. Carm.* III. p. 11.) Cic. de Rep. 1, 28. *Nam illi regi, ut eum potissimum nominem, tolerabili aut, si voltis, etiam amabili, Cyro, subest ad immutandi animi licentiam* [*illecebram*] *crudelissimus ille Phalaris.* Orellius laudat Antiphan. ap. Stob. III. p. 266. G. *Λύπη μανίας ὁμότοιχος εἶναί μοι δοκεῖ.* Totum autem locum docte persecutus est *Schmidius*, quem vide.

V. 14. 15. *Potare — haberi.* His verbis non tam communis in compotatione flores inspargendi mos (Od. 3, 19, 22. Ovid. Fast. 5, 33 . 360.) indicatus esse videtur, quam is, quo potatores irrigui fere mero et madidi vel coronas, quibus erant cincti, interdum deripiebant,

vel flores mensis injectos ludibrii causa spargebant. Qua quidem explicatione tollitur quoque istud ὕστερον πρότερον, quod hic invenire sibi visus est *Baxter*. Splendidissimam ejusmodi commissationem eleganter descripsit *Becker*, V. Cl., in *Gallo* II. p. 192. sqq. 234. N. 1., ubi vide eundem de coronis p. 217. accurate disputantem. In tabula quadam Pompejana flores et mensae et solo inspersi cernuntur; vid. „Pompeji.“ II. p. 104. fig. 43. — V. 15. *Incipiam.* Varie cum aliis nostrates *Vossius* et *Wielandius*, quorum ille: „O gezecht und Blumen gestreut! Selbst ich voran!“ hic: „Von nun an will ich, wie ein anderer, mir gütlich thun.“ Praestat illud, utpote ad animum hominis laetitia exsultantis accommodatius. Idem expressit *Campenon:* „j'en donnerai l'exemple.“ — *patiarque vel inconsultus haberi* referendum videtur ad eam conditionem*), qua quis nimia voluptate gestit atque effertur, ut Od. 4, 12, 27. *Misce stultitiam consiliis brevem. Dulce est, desipere in loco*, et Od. 2, 7, 28. 3, 19, 18. Cf. Mitsch. et Orell. ad Od. 1, 36, 12. Notum est illud Anacreontis 31, 3.: θέλω, θέλω μανῆναι. Aliter *Sanadonus* et *Dorighello*, qui stultitiae v. 14. indicatae aliam hic vident oppositam: „Folie pour folie“, ut sententia sit: „praestat dicere: malo meis bonis uti, ut cum amicis genio indulgeam, quam parcere eorum usui, ut heredem meum ditem.“ Cum iis facere videtur *Daru:* „Bien fou, qui se gène sans cesse Pour l'amour de son heritier! Qu'on m'accuse aussi de délire, Mais du délire des buveurs.“ At Horatius potius iis occurrit, quae sequuntur v. 16. Rigidi enim homines et severi ap. Stob. Ecl. 2, 7. p. 224. Heer.: *Οὐχ οἷόν τε μεθυσθήσεσθαι τὸν νοῦν ἔχοντα. Τὴν γὰρ μέθην ἁμαρτητικὸν περιέχειν, λήρησίν τε εἶναι περὶ τὸν οἶνον.* Plutarch. de Garrulit. VIII. p. 8. Reisk. Maxim. ap. Orell. I. p. 44. *ἡ μέθη μανίας μελέτη*, quibuscum consentit Seneca in Epist. 83.

V. 16. *Quid — recludit.* Quod paulo ante tecte significarat Poeta, jam aperte profitetur et ita, ut elegantem *ebrietatis* laudationem proponat. Sic Tib. 2, 1, 29. *Vina diem celebrent: non festa luce madere Est rubor.* Ceterum *ebrietate* non tam temulentia indicatur, quam ea potatoris conditio, qua vino alacrior et hilarior factus

---

*) Hunc locum rectissime interpretatus est *Doeringius*, qui et ipse, teste *Wüstemanno* in ejusd. *Commentt. Oratt. Carm.* Norimberg. 1839. p. 284., in circulis amicorum hilarissimus olim fuit sive conviva sive convivator. Haec dixi, ut piam viri illius optimi memoriam testarer.

sit, *γεγανυμένος Λυαίῳ*, ut ait Anacreon 8, 3. Vid. Ruhnk. ad Terent. Hecyr. 5, 2, 3. et conf. Od. 1, 18, 7. ubi idem fere effert, quod dicit Theognis 510. *Οἶνος πινόμενος πουλὺς κακόν· ἢν δέ τις αὐτὸν Πίνῃ ἐπιςαμένως, οὐ κακόν, ἀλλ' ἀγαθόν.* Quam non multum veteres scriptores vituperarint, immo modeste laudarint uberiorem vini usum, pluribus exemplis illustrat *Tanaq. Faber* ad illum Anacreontis locum p. 178., quapropter nemo mirabitur Alexidis dictum a nostratibus*) saepe probatum: *Οὐδεὶς φιλοπότης ἐςὶν ἄνθρωπος κακός.* Alucinatur autem h. l. *Julii Caesaris Scaligeri* acumen, quum (Poetic. 6. p. 808.) dicit, *exire Horatium ad loquendum de ebrietate praeter propositum.* — *designat* i. e. facit, ut recte interpretatur Schol. Cruq. Alii aliter. Vide quae de hoc verbo disputant *Schmid.* ad h. l., *Torr.* ad Epist. 1, 7, 6. et *Gronov.* in Diatr. in Stat. I. p. 561. Bene *Campenon:* „Que ne produit point une heureuse ivresse?“ — *operta recludit.* Noli intelligere arcana sibi fideliter commissa, ut Od. 1, 18, 16. Epist. 1, 18, 38., sed ut legitur Sat. 1, 4, 89. *Condita quum verax aperit praecordia Liber.* Od. 3, 21, 14. ibiq. Orell. *tu sapientium Curas et arcanum jocoso Consilium retegis Lyaeo.* Epod. 11, 14. *Simul calentis inverecundus deus Fervidiore mero arcana promorat loco.* Hinc proverbium illud usu tritum ap. Theocr. 29, 1. *Οἶνος, — λέγεται, καὶ ἀλάθεα*, ubi vide quos laudat p. 389. doctissimus *Wüstemannus.* Bene Plutarch. de Garrul. VIII. p. 7. R. *Τὸ γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος ἐπὶ τῆς γλώττης ἐςὶ τοῦ μεθύοντος, ὥς οἱ παροιμιαζόμενοί φασιν.* Id. Symp. 3, 1. p. 555. sqq. Praeivit Homerus in Od. 14, 463. sqq. Cf. A. P. 85. 435. et Ovid. A. A. 1, 241.

V. 17. *Spes jub. esse ratas.* Sic Od. 3, 21, 17. *Tu spem reducis mentibus anxiis.* Ibid. 4, 12, 19. *Spes donare novas largus.* Epist. 1, 15, 18. *lene requiro, Quod curas abigat, quod cum spe divite manet In venas animumque meum.* *Lambinus* confert Aristot. Eth. 3, 8, 4. *εὐέλπιδες γὰρ γίνονται οἱ μεθυσκόμενοι.* Adde Plat. de Legg. 1. p. 649. ed. Bekk. p. 228. *Πιόντα τὸν ἄνθρωπον*

---

*) Ut verum dicam, *Horatianorum* quoque hominum, qui esset abstemius, vidi neminem. Honoris causa vos appello Pr., Hd., Sr., Gn., Ge., et, si fas est dicere, Fs. Nolite mirari, quod, dum hunc locum interpretor, et ipse laetitia efferor, siccus quidem atque inanis, ut sobrios decet, at beatus recordatione temporis olim vobiscum, quales terra non tulit candidiores, jucunde peracti. Vivite et valete! Mihi autem, si legeritis literarum secreta, acclamate: *εὑρήκαμεν!*

αὐτὸν αὑτοῦ ποιεῖ πρῶτον ἵλεων εὐθὺς μᾶλλον ἢ πρότερον, καὶ ὁπόσῳ ἂν πλέον αὑτοῦ γένηται, τοσούτῳ πλειόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦσθαι καὶ δυνάμεως εἰς δόξαν etc. — *ad pr. trud. inertem.* Od. 3, 21, 18. *Viresque et addis cornua pauperi Post te neque iratos trementi Regum apices neque militum arma.* Iis, quos ad eum locum laudant *Mitsch.* et *Orellius* adde Senec. de Ira 13. *Facit enim ebrietas protervos et audaces: multique meliores ad ferrum fuere male sobrii.* Ad scripturam *inertem,* (qua ingenium ipsum mutari significatur, quum *inermem esse* merus sit casus) facit idem Seneca, quum *mortis timorem etiam inertissimos excitasse in proelium* ibidem dicit. Sic componuntur *inertes* et *fortes* ap. Cic. in Catil. 2, 5, 10., *strenui, fortes* et *inertes* ap. Lactant. Inst. 6, 7, 5. 8. ibiq. Bünem. Cf. Broukh. ad Prop. 3, 5, 72.

V. 18. *Sollicitis an. on. eximit.* Sic Calpurn. Ecl. 9, 12. *Sollicitumque foret linguis onus;* ibi Wernsd. II. p. 354. Multus in hoc argumento est Hor., qui ubique *curas vino pelli et pellendas* ait. Sic Od. 1, 7, 31. 18, 4. 2, 7, 21. 11, 18. 3, 12, 2. 4, 12, 20. Epod. 13, 17. 18. Sat. 2, 2, 125. 7, 114. al. Varr. Fragm. p. 272. Bip. *Vino nihil jucundius bibit. Hoc aegritudinem ad medendam invenerunt. Hoc hilaritatis dulce seminarium, Hoc continet coagulum convivia,* quos versus paucis mutatis repetiit Burmannus in Anth. lat. I. p. 538., ubi confer similia 3, 84. 85. Tib. 1, 7, 39. *Bacchus et agricolae magno confecta labore Pectora tristitiae dissoluënda dedit.* Cf. Bach. ad 2, 1, 45. Ovid. A. A. 1, 238. *cura fugit multo diluitque mero.* Prop. 3, 16, (al. 15. 17.) 4. *Curarumque tuo* (Bacche) *fit medicina mero.* Senec. de Tranq. anim. 15. *Nonnunquam et usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, sed ut deprimat curas. Eluit enim curas et ab imo animum movet: et ut morbis quibusdam, ita tristitiae medetur* etc. Anacr. 41. ed. F. Theogn. 497. ed. Lips. Cf. quae laudant Mitscherl. et Orell. ad Od. 2, 7, 21. 11, 18. — *addocet artes.* In rem vid. Bentl. ad Epist. 1, 19, 10. Prop. 4, 6, 75. *Ingenium potis irritat Musa poetis.* Ovid. Met. 7, 433. *vinum ingenium facit.* Tib. 1, 7, 37. (Dissen. ibi.) *Ille liquor docuit voces inflectere cantu, Movit et ad certos nescia membra modos* etc. Anacr. 27, 5.

V. 19. *Fecundi — disertum?* In hunc fere sensum Od. 3, 21, 13. et ibi Orell. *Tu lene tormentum ingenio admoves Plerumque duro.* Senec. l. l. *Non potest grande aliquid et supra ceteros loqui, nisi mota mens.* Sympos. Aenigm. Prolog. 7. *madidae facun-*

dia linguae. Delect. Epigr. 7, 17, 5. εὔγλωσσον δ' ὀχέτευε—οἶνον. Plutarch. Symp. 1, 1. p. 421. R. εἰ δὲ πάντων μὲν ὁ Διόνυσσος Λύσιός ἐστι καὶ Λυαῖος μάλιστα δὲ τῆς γλώττης ἀφαιρεῖται τὰ χαλινὰ καὶ πλείστην ἐλευθερίαν τῇ φωνῇ δίδωσιν etc. Ceterum *fec. calices* non sunt, qui potatoris ingenium fecundum reddant, ut conjicit *Doeringius*, sed qui vacuati continuo a pincernis replentur et ob eam causam abundantes et copiosi. *Ascensius:* „magna pocula vini plena.“ Sed de his, quibus contraria sunt *pocula modica, rorantia* Sat. 2, 6, 69., si quid video, hic non agitur. Similis est de continuanda commissatione dictio Od. 1, 36, 11. *Neu promptae modus amphorae sit.*

V. 20. *Quem — solutum.* Loci sententiam, qua pauper in paupertatis angustiis non jam sentire dicitur paupertatem, varie ex contrariorum ratione interpretantur, ut sit: „quem pauperem largior vini haustus non facit vel a curis vacuum, hilarem, lascivientem, vel divitem seu prodigum in ipsa paupertate, ut Irus se credat esse Croesum?“ Hoc quidem praeter *Haberfeldum* sensit Scholiasta ap. Barth. in Adv. 37, 22., quum *solutum* exponeret copiosum, illud significatum putant ob contrariorum vim, qua res quaedam tristitia *contrahi,* laetitia *solvi, diffundi* dicuntur. Sic Cassius in Cic. Epist. ad Div. 15, 19, 8. *sollicito animo an soluto.* In eandem sententiam Horatius ipse Od. 1, 18, 5.: *Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat? Contracta* autem *paupertas* ut Od. 3, 2, 1. *angusta,* Juv. 3, 163. *res angusta,* Stat. Silv. 5, 3, 117. *fortuna arta,* Liv. 28, 24, 6. *res artiores,* Tac. Ann. 3, 32. *paternae angustiae.* In totam sententiam conferas, quem laudant, Aristoph. Equit. 91. sqq. et Diphili fragm. ab Athenaeo 2, 1. servatum, quod huc transscripsit *Orellius* et ad Od. 3, 21, 27. *Mitscherlichius.* Idem in rem suam olim convertit *Lipsius* in Antiq. Lectt. 3, 1. p. 489. ed. Lugd. 1613. Adde Xenoph. Symp. 2, 24—26. Gatak. Misc. Posth. c. 15. p. 557.

V. 21. *Haec procurare* etc. Oratio redit illuc, unde v. 8. deflexit, ut jam Horatius omnes architriclini et convivatoris partes se esse impleturum hilari significet animo. In ipsis verbis constituendis interpretes abeunt in alia omnia; miror autem *Reisigium* („Vorlesungen“ etc. p. 698. N. 389.) *haec imperor* conjunxisse, quod quam falsum sit bene vidit *Haase.* Neque probandus est *Hocheder,* qui sic ordinat: *Idoneus sum, cui haec, ut procurem, imperentur, et lubens faciam.* Recte jam *Lambinus:* „hae sunt meae partes: haec procurare jubeor: ego, qui ad hanc procurationem idoneus sum, et non invitus

ad hanc procurationem vocor." Dissentiunt denique, utrum *imperor* sit „impero mihi," an „imperatur mihi quasi ab alio." Vid. Schm. et Orell. Hinc Scheller: „Dies noch ist mir zur Sorge befohlen", contra C. Passov.: „Dies zu verwalten leg' ich mir auf." Vid. V. 26.

V. 22. 23. 24. *Ne turpe toral* i. e. vel usu detritum et coloris evanidi, vel immundum; illud recte intelligit, ut synonymum *imm.* evitetur, *Orellius.* De *toralibus* vid. Heind. ad Sat. 2, 4, 84., quem quoniam torale non intellexit τῶν περιβλημάτων rectiora docet *Becker.* ad Gall. II. p. 149., de *mappis*, quibus convivae manus abstergebant inter edendum, item dixit uterque; ille ad Sat. 2, 4, 81., hic ad Gall. II. p. 153. — V. 23. *Corruget naris.* Hanc dictionem illustrat ut Horatianam Quintil. Inst. 11, 3, 80., ubi inter alia haec: *Naribus derisus, contemptus, fastidium significari solet.*" Septim. Seren. Moret. 107. *simo damnat sua prandia vultu.* Wernsd. II. p. 276. *Simatae nares* in Anth. lat. I. p. 516. et Wernsd. III. p. 240. — *cantharus*, de hoc poculi genere ansato dixerunt interpp. ad Od. 1, 20, 2. et Voss. ad Virg. Ecl. 6, 17. — V. 24. *Ostendat tibi te.* Ut hic de supellectile coenatoria speculi instar nitente et imaginem inspicientis referente, ita Sympos. Aenigm. 68, 2. de speculo ipso: *Fulgor inest intus, radianti luce coruscans, Qui nihil ostendit, nisi si quid viderit ante;* ibiq. Wernsd. VI. p. 544. In totam sententiam cf. Car. Passov. N. 230.

V. 24—26. *ne fidos — eliminet.* Ad rem Martial. 1, 28, 7. *Μισῶ μνήμονα συμπότην, Procille.* Id. 10, 48, 21. *Accedent sine felle joci, nec mane timenda Libertas et nil, quod tacuisse velis.* Plutarch. Symp. 1, 1. p. 415. R. Ἔνιοι καὶ τὴν παροιμίαν [τό, μισέω μνάμονα συμπόταν] οἴονται τοῖς παρὰ πότον λεγομένοις καὶ πραττομένοις ἀμνηστίαν ἐπάγειν etc. Orell. laudat Antip. in Anth. Pal. II. p. 328. Cf. Wernsd. ad Poet. lat. min. VI. p. 182. Becker. ad Gall. II. p. 195. Ceterum antiquo *eliminandi* verbo utuntur Ennius, Pacuvius, Attius, Pomponius, vid. Both. Poet. Scen. I. p. 53. 119. 216. 237. II. p. 107., quos locos ex parte emendatiores dedit *Th. Bergk.* in „Rhein. Mus." 1835. I. p. 77. — V. 25. *ut coeat par jungaturque pari.* Ita Cic. Cat. maj. 3, 1. *Pares enim cum paribus facillime congregantur*, ad quem locum multa alia ex Graecis collegit *Gernhardus*, V. Cl.; adde huc Menandr. Fragm. 469. p. 88. ed. Dübner. et Plutarch. Symp. 1, 2. p. 442. R. οὔτε γὰρ πρὸς τὸ ἔνδοξον, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἡδὺ δεῖ ποιεῖσθαι τὰς κατακλίσεις, οὔτε τὴν ἑνὸς ἑκάστου σκοπεῖν ἀξίαν, ἀλλὰ τὴν ἑτέ-

ρου πρὸς ἕτερον σχέσιν καὶ ἁρμονίαν etc. Cf. interpp. ad Od. 1, 35, 28. Mire hunc locum constituunt aliquot veteres interpretes, ut Irenicus: „instituam convivas Brut*am* et Septimi*um*, ut par pari jungatur." Praecepta, quae a v. 22. proposita leguntur, ejus sunt officii, quod, uti ex locis laudatis atque ex Varrone ap. Gell. 13, 11. apparet, commune eorum fuit et proprium, qui bonum coenae patrem agere volebant. Quapropter Horatius commemoratione omnium fere hujus muneris partium, quod sibi utpote convivatori omnibus numeris absoluto quasi de more impositum declarat atque injunctum, id egisse putandus est, ut Torquati animum ad laetitiam componeret et ejus severitatem, si qua esset, dissolveret. Quae si vera sunt, primum verendum est, ne *Orellius* suam de v. *imperor* interpretationem artioribus limitibus incluserit his usus verbis: „quum semel officium coenae tibi apparandae susceperim, ei veluti jussus ab alio, cui jus esset me talia jubendi, accurate satisfaciam." Deinde noli fidem habere *Massono* (p. 208.), quum versibus 34. et 35. illud tecte significatum esse opinatur infortunium, quod Cornelio Gallo amicus arcana prodens attulerit, [cujus rei locupletes nuperrime collegit testes *Becker.* ad Gall. I. p. 50.] tum cavendum erit, ne verba: *ut coeat par* etc. ab iis, quae antecedunt, disjungas et ad ea referas, quae sequuntur.

V. 26—28. *Butram — assumam.* Nomina hominum nota illa quidem, sed homines ipsi nobis aliunde ignoti. Qui certiora de *Sabino* conjecturis assequi volet, adeat *Wielandium*, *Schmidium*, *Orellium.* Nescio tamen, cur neglexerint *Britannici* conjecturam, qua is Sabinum habet pro filio Titi Flavii Petronis, bello civili Pompejanarum partium centurionis et marito Vespasiae Pollae, ex qua genuit Sabinum et Vespasianum. Quisquis est, homo ipse belle describitur utpote unus ex iis, quem *coena prior potiorque puella* detinere potuerit. Quodsi *coenam prior.* Schol. Cruq., Cruquius, Lambinus, alii, meliorem sive lautiorem intelligunt, vereor ut hanc significationem hic repererint Romani ipsi. *Potior* dicitur illi *puella* vel quacum utpote ἑταίρᾳ, amica, coenare maluerit quam cum amicis, vel cujus familiaritatem atque suavem usum omnino praeferre isti convivio visus est. Alii aliter, quos jure vellicat *Dacerius.* De puellis quibusdam coenae adhibitis cf. Orell. ad Od. 1, 36, 13. 4, 11. Dissen. ad Tib. 1, 5, 65. 6, 17. sq.

V. 28. 29. *locus est — caprae.* In sententiam Plutarch. Symp. 5, 5. (VIII. p. 701. R.) ὧν [χώρα καὶ τόπος] καὶ μὴ κεκλημένοις, ἀλλ' ἐπελθοῦσιν αὐτομάτως ξένοις καὶ ἀλλοτρίοις αἰεὶ παρεσκευασμένην ἀφθονίαν ὑπάρχειν δεῖ. Si Hor. nimium *umbrarum* (de quibus

vid. interpp. ad Sat. 2, 8, 22.) numerum adduci non vult, haud scio an jocandi causa se metuere simulet, ne e multitudine convivarum arte sedentium odor gravis ex sudantibus aestu axillis effluat. Non ferendus est *Chabotius*, qui ob eam rem Horatii sodalitatem non e nobilioribus et ditioribus, sed ex artificibus et tenuioribus constitutam fuisse opinatur. Ex *Doeringii* sententia Horatius haud dubie respexit aliquem, quem, hoc malo laborantem, umbram adduci noluerit. Cujus tamen viri de Horatio optime meriti sententiae perhumaniter obloquitur *Fr. Jacobs.* (V. p. 42.) Ceterum *olidae caprae* non sunt scorta, ut opinati sunt complures, contra quos bene disputat *Cruquius*, neque scurrae mordaces, ut conjecit *Landinus*, sed *foetor quidam hircinus*, quem malo quidem sensu vocat Arnobius (V. p. 165. ibiq. Elmenh.), *alarum negligens sudor* ap. Petron. 128. ibiq. Wouw., *ab amore recens hircus* ap. Martial. 6, 93, 3. Multa alia praeter Schmid. ad h. l. suppeditant Doer. ad Catull. 69, 6. Mitsch. ad Epod. 12, 4. Fr. Jacobs l. l. p. 46. et C. F. Hermann. *disput. de loco Horat. Serm.* 1, 6, 74—76. Marburg. 1838. p. 19. Veteres autem hac in re genere potius masculino uti solitos esse observavit *Eichstadius* ad van Ommer. p. 219. — *convivia arta* ut Prop. 4, 6, 71. *Candida nunc molli subeant convivia luco* et Cic. in Vatin. 13, 32. *Quem accumbere atratum videras? dominum cum toga pulla et ejus amicos ante convivium?* i. e. convivas. Nisi quis convivia dici mavult κατακλίσεις, ut Plutarch. Symp. 1, 2. p. 434. περὶ δὲ τὰς κατακλίσεις παρόψεται τὰς διαφοράς, vel κλισίας, ut Evang. Luc. 9, 14. Sic συμπόσια Marc. 6, 39. De ipsa arte sedendi ratione vid. Plutarch. Symp. 5, 6. et Stuck. Antiq. Conviv. 2, 35. p. 423.

V. 30. 31. *Tu quotus — clientem.* Duo si ab amico jam petit, ut et rescribat, quot secum sodales ducturus sit et ut omni re tum sua, tum aliorum relicta clienti patronum in atrio operienti clam se subducat, illud quasi ex more, hoc risum movendi causa addidit. In illam enim rem citat *Orellius* Plutarch. Sym. 7, 6, 1. Noli igitur *quotus* cum Landino, Irenico, Hochedero ad locum referre, quem occupare voluerit Torquatus, („scribe cujus fortunae homines tibi convivas adhibeam, nam si cupis digniores te, eris postremus, si inferiores, eris primus“) sed intellige πόστος, cui respondet Nomen numer. ordinale quoddam, ut Theocr. 2, 119. Ἢ τρίτος ἠὲ τέταρτος ἐὼν φίλος. Charit. 1, 9. πέμπτος δὲ αὐτὸς προσήει τῷ τάφῳ et ibi Dorv. p. 262. Cf. Herm. ad Vig. 3, 2, 17. p. 74. Sic Martial. 14, 217. *Dic quotus et quanti cupias coenare.* *Gesnerus* laudat Plin.

H. N. 21, 1. *epulari cum duodevicesimo comite*, adde Juv. 1, 64. *sexta cervice ferri.* — V. 31. *falle clientem*, i. e. qualemcumque „consulendi te vel sua tibi commendendi gratia, vel etiam ut honoris ergo te comitetur.“ Sic *Cruquius.* Haec quidem ad observantiam testandam officia intellexit hic *Casp. Scioppius* in Verisim. 1, 8. p. 26., illud rectius *Charpentier* et *Orellius. Atria* autem *servantem* intellige „intus stantem“, non atria obsidentem et ante ea anxie patroni adventum observantem, ut Voss.: „während am Vorsaal lauert“ et alii. Simillimus est locus ap. Senec. de Brevit. vit. 14. *Quam multi per refertum clientibus atrium prodire vitabunt et per obscuros aedium aditus profugient?* Cf. Rupert. ad Juv. 7, 7. — *postico.* Ita Sueton. Claud. 18. *nec nisi postico evadere in Palatium valuerit.* Tacit. Hist. 2, 51. *Verginius per aversam domus partem furtim digressus irrumpentes frustratus est.* Locos complures collegerunt *Haberf.* et *Schmid.*, quibuscum cf. *Stieglitz* „Archaeol. d. Baukunst“ II. 2. p. 169. Sic αὔλειον et παραθύρον contraria ap. Graecos; vid. Torr. ad h. l. et interpp. ad Lucian. Nigrin. I. p. 283. ed. Bip.

A D D E N D A.

Epist. III. *Ad Julium Florum Ep. tertia.* Ms. Berol. 2.
— IV. *Ad Albium amic. suum ep. quarta.* Ms. idem.
— V. *Ad Torquat. tenacissimum ep. quinta.* Ms. idem.

V. 1. *Archias* nomen quoque veteris sculptoris erat, indicavit Welcker., vid. Schulz. 1828. II. p. 427. — V. 15. *inconsultus.* Welck. ad Theogn. p. 129. — V. 18. *sollic.* Burm. ad Val. Fl. 4, 536. — V. 20. in fine: Fr. Jacobs. ad Delect. Epigr. gr. 7, 31—38. Welck. ad Theogn. p. 16—19. — V. 25. expressit Publ. Syrus 984. ibique Zell. Cf. Erasm. Adagg. 1, 7, 1. Stuck. Antiq. Conviv. 2, 37. p. 440. — V. 30. in fine: Dübn. ad Justin. 25, 4, 8. Ceterum scripturae: *fortuna est* v. 12. adde Junt. 514.

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA VI.

AD NUMICIUM.

Nil admirari prope res est una, Numici,
Solaque, quae possit facere et servare beatum.

Ad Numicium de cupiditate. Cod. vetustiss. ap. Torr. *Ad Numicium de admiratione.* Ms. Lips. 2. *Ad Numicium.* Ms. Lips. 3. Graev. Berol. 2. Mon. l. Rudolst. (vid. v. 22.) Edd Ven. 479. 83. 86. Flor. 482. Ald. Junt. et vulg. *Ad Numitium* (num.) Ms. Dess. 2. Gott. 2. Edd. Ven. 481. 92. Lips. 492. 98. Loch. 498. *Q. Horatius Flaccus ad* — Ed. Ven. 520. *Numicium alloquitur.* Ms. Mon. c. *Ad Numicum.* Ms. Jaeck. 1. *Ad Numatium.* Vir doctus quidam ap. Lamb. ad v. 1.

V. 1. 2. *Nil ammirari.* Sic ms. Guelf. 1. Berol. 1. Santen. (Vid. Wunder. ad Cod. Erfurt. p. XV. XIX.) *Nil admirari prope, res est una.* Sic disting. San. Phil. Dorigh. et Jam. Tunstall. ap. Duncomb. II. p. 615. *proba res.* Ed. Praedicov. *properes.* Mss. complur. ap. Cruq. et Dess. 1. Gott. 1. Edd. Ven. 483. 86. Loch., vitiose. — *Numiti.* Ed. Ven. 520. (Britannicus) *Minuci.* Ms. Guelf. 4. *Minuti.* Sic conjecit Cruq., quem vide. *Numati.* Ms. unus et alter ap. Lamb. Guelf. 1., unde quidam amicus Lambini (cf. Victor. V. L. 35, 6.): *Munati*, ut intelligatur L. Munat. Plancus, ad quem scripta est Od. 1, 7., refutat Torrentius. *Numaci.* Ms. Guelf. 2., conj. Dorigh. — V. 2. *Sola quae* omissa *que.* Ms. Lips. 2. (a 1. m.) Santen. *Quae sola possit hominem.* Ms. Mon. e. Ceterum collationes mss. Monacensium sex b. c. e. f. l. m. ab Hochedero factas benigne mecum communicavit *Seebodius.* Quae est in Epistolis prioribus discrepantia scripturae suo tempore proponetur.

Hunc solem et stellas et decedentia certis
Tempora momentis sunt qui formidine nulla
Imbuti spectent. Quid censes munera terrae?
Quid maris extremos Arabas ditantis et Indos?
Ludicra quid, plausus et amici dona Quiritis?

V. 3. 4. *Nunc solem.* Ed. princ. ap. Fe. *Hinc solem.* Sic Buherius et Jones (e mss., ut ait) — *decidentia.* Ms. Fe. 2, d. Ed. Bersm. *descendentia.* Mss. Bersm. duo. Jaeck. 4. 6. Berol. 1. Guelf. 1. Mon. e. *recedentia.* Ms. Mon. l. In mendosa lectione msti Rudolstad. *decentia* consentiunt edd. Ven. 483. 86. 92. Lips. 492!? De commutatis verbis *hunc* et *nunc* vid. Drak. ad. Sil. Ital. 6, 580. ad Liv. 4, 16, 3. (*hinc* enim videtur mera esse conjectura) et *decedere, descendere* Bentl. ad Epist. 1, 16, 7. Drak. ad Liv. 36, 14, 4. — V. 4. *formidine pene.* Ms. Guelf. 1. *formidine in ulla Intuiti spectent*? Ed. Praedicov.

V. 5. 6. *Inbuti.* Sic ms. Graev. — *spectent.* Mss. et edd. vulg., etiam Bentl. *spectant.* Mss. Pulm. 2. Fe. 1, b. p. 7, a. Hoched. c. d. i. m. (sed in collatione ms. c. equidem vidi *spectent*) Corbei. Gott. 1. Edd. Ven. 478. teste Fea et 481. (In ed. 486. aut errat Fea, aut aliam intelligit ac nos habemus) Cun. San. Buh. Merv. Jon. Phil. Francis. Bask. Dorigh. Haberf. Fe. Hunt. At Conjunctivum pluribus probant Jahn. et Schmid. ad h. l. Heind. ad Sat. 1, 4, 24. Iacob. in Seebod. Krit. Bibl. 1829. p. 416. alii, vid. annot. crit. ad Epist. 1, 1, 78. Bene hoc quidem loco defenditur Indicativus, nisi Conjunctivum ita explices: sunt qui — spectare *possint* vel *velint.* Sic recte scripserunt Heinrich. ad Juv. 13, 86. *Sunt — qui ponunt et credunt* et Klotz. ad Cic. Tusc. 3, 31, 76. *Sunt qui satis putant.* Cf. Kühner. ad h. l. Herzog. ad Caes. B. G. 4, 34. Bach. et Ochsn. ad Ovid. Met. 8, 730. Hess. ad Tacit. Dial. 31. p. 207. Haase ad Reisig. Vorlesungen etc. p. 603. — *Quid c. m. terrae? — Indos?* Sic disting. Mss. Dess. 1. 2. et edd. vulg. *Quid censes, m. terrae?* Edd. Bentl. San. Merv. Francis. Haberf., alii aliter, de quibus vid. v. 8. *Qui — terrae? Qui — Indos? Ludicra qui: plausus: e. d. Quiritis Quo — ore?* Britannicus in ed. Ven. 520, ut ordo sit: „Quomodo et quo ore et quo sensu censes spectanda esse munera terrae“ etc.? — V. 6. *Arabas.* Mss. et edd. vulg. *Arabes.* Mss. Fe. 1, g. (a 2. m.) q. s. t. 2, c. (a 2. m.) d. g. 3, a. c. 7, a. 6, a. (a 2. m.) Jaeck. 6. Berol. 1. Guelf. 1. 2. 4. Mentel. Mon. c. e. De recepta forma Accus. vid. C. Schneider. Formenl. p. 312.

V. 7. *Ludicra — Quiritis?* Sic disting. edd. vulg. *Indos Ludicra?* [Berol. 1.] *Quid — Quiritis?* Sic, ut *maris ludicra* unam notionem efficiant, disting. Praedic. et J. H. Vossius in interpretatione Germanica. *Ludicra quid? Plausus — ore?* Sic edd. Juvenc. (Mediol. 754) Val. Daru. Similiter Jam. Tunstallus (II. p. 615.) verba: *quid, plausus, et — Quiritis Quo — ore?* in unam interrogationem vult coarctata. Praeterea verba: *Ludicra — ore?* commate post

Quo spectando modo, quo sensu credis et ore?
Qui timet his adversa, fere miratur eodem,
Quo cupiens pacto; pavor est utrobique molestus.

Quiritis posito unius tenoris sunt in edd. Cruq. Bond. Talb. Tart. Campen. Charpent. al. *Ludicra et.* Ed. princ. ap. Gesn. — *Quirini?* Ed. Biedm. 599.

V. 8. *spectata.* Ms. Fe. 3, f. — *cordis* pro *credis* ms. Orell. b. — Hic demum, ut verba: *quid censes munera — ore?* unam efficiant interrogationem, signum interrogandi ponunt edd. Jahn. 827. Hoched. Orell., tuentur Koenig. p. 14. Doederl. in Syn. II. p. 31. Jacob. in Seebod. Krit. Bibl. 1829. p. 417. Fr. Jacobs. l. l. p. 154., laudantur similia huius interrogationis multiplicis et interjectione nonnullorum verborum suspensae exempla, quae collegerunt Matth. ad Cic. pr. Rosc. Amer. 17, 49. Beier. et Zumpt. ad Cic. de Offic. 2, 7, 25. idem ille ad Cic. Oratt. Fragm. p. 144. Giese ad Cic. de Divin. 2, 9, 23. Ramsh. Gr. lat. §. 174. p. 707. ed. 2. Quid, quod addit Orellius, sententiam esse: „quomodo spectanda censes munera terrae, — — quo sensu, dico, et ore?“ Paene dedi manus. At quum in conventu illo Gothano forte fortuna sermo in quodam amicorum circulo in hunc incidisset locum, *Seebodius* tuitus est distinctionem receptam utpote sermocinationi maxime accommodatam et ita, ut quaestiunculae illae: *quid censes — terrae? — Indos?* quasi viam munirent ad interrogationem ipsam: *Quo spectanda — ore? Bernhardyus* ille, qua est sagacitate et memoria singulari illico laudavit Gronovium ad Plaut. Curcul. 1, 1, 59. similes sermonis formulas suppeditantem; adde Ruhnk. ad Terent. Andr. 5, 2, 12. et Cic. Brut. 58, 212. *Quid Crassum, inquam, illum censes?* Hanc distinctionem tuentur Schmidius ad h. l. et in Jen. Lit. Zeit. Erg. Bl. 1829. N. 38. p. 304. Groebel. ad h. l. et Bach. in Zimm. Zeitschr. 1834. p. 1055. cf. Heind. ad Cic. N. D. 1, 29, 82. Nolo autem premere argumentum illud, quod nonnulli ab interposito verbo *credis* sumunt; etenim verbum illud post longiorem verborum intercapedinem hic substitui uti homonymum potuit; similiter quoque iteratur *οἴει* ap. Plat. in Rep. 7, 8. p. 125. ed. Stallb. et interrogandi verbis *πότερον*, *πῶς*, *πόσος* interponuntur *δοκεῖς*, *δοκεῖτε*, *οἴει*, vid. Valken. ad Eurip. Hippol. 446. Contra Bentlejanam interpunctionem: *quid censes, — terrae?* ut si *munera terrae, maris, ludicra* reliq. pendeant a verbo *credis*: quo vultu spectanda credis munera terrae reliq., disputat *Bauer.* ad Sanct. Min. II. p. 223. vulgatam retinens distinctionem hac sententia: „quid censes de muneribus terrae etc.?“ Sententia ipsa minime repugnat, dummodo ea, de qua supra dixi, ratione veritas limetur.

V. 9. 10. *hiis adv.* Ms. Guelf. 1. *is adv.* Ms. Graev. — *ferre miratur.* Ms Guelf. 1. — *is mir.* Mss. duo Valart. — *mutatur.* Ms. Jaeck. 4. — *Qui timet, his adv. fere mir.* Sic disting. edd. Ald. 519. Bas. 531. Colon. 541. Bas. 555. 80. Fabr. 578. Pulm. 581. Biedm. 599. — V. 10. *Quo pacto cupiens.* Mss. Guelf. 2. 4.

Improvisa simul species exterret utrumque.
Gaudeat an doleat, cupiat metuatne, quid ad rem,

Mon. e. *Pacto quo cupiens.* Ms. Guelf. 1. — *utrobique.* Mss. decem ap. Lamb. omn. ap. Pulm. et Cruq. quinque ap. Bersm. plerq. Torr. alqt. Talb. duodevig. ap. Val. omn. Pott. et, ut videntur, Oberl. et Comb. omn. Feae praeter unum. omn. Orell. Guelf. 1. 2. 4. Berol. 1. 2. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. 2. Lips. omn. Dorv. 1. 2. Corbei. Mentel. (utrobis) Graev. Mon. b. c. f. l. Rudolst. Schol. Cruq. in lemmate. Cf. Barth. Adv. 37, 22. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. et, teste Fea, 90. 92. Lips. 492. 98. 516. Loch. 498. revocavit Lambinus, seq. Cruq. Min. Pisc. Bersm. Bond. Maroll. Talb. Baxt. Bentl. et recentt. plerq. *utrique.* Mss. reliq. ap. Lamb. alqt. Torr. Talb. Val. Mon. e. m. Feae 1, i. [?! idem codex ad alteram quoque scripturam refertur] In ms. Santen. hic versus et plurimi reliq., in ms. Baden. tota epistola desunt. Ed. princ. Med. 476 ap. Fe. et ed. vetus ap. Maitt. 474. Ven. 479. et, teste Fea, 478. item 481. 520. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Asc. 519. Bas. 531. 43. 55. 80. Irenic. 567. Biedm. 599. Muret. Fabr. Xyl. Pulm. H. Steph. Chab. D. Heins. T. Fab. Rod. Despr. Dac. Maitt. Phil. Camp., approbat propter voc. *utrumque* v. sequentis Valartus in Praef. p. XIII. et sic citat locum Drak. ad Sil. 16, 432, sed rem bene expedivit Schol. Cruquii. *in utroque.* Mss. Fe. 1, d. Guelf. 3. — *molestus.* Post hoc vocabulum puncto distinguunt edd. Lamb. D. Heins. Dorigh. al. Male, artissime enim verba *pavor* etc. cum sequentibus cohaerent et *simul* est h. l. idem quod simulac, ut saepe.

V. 11. *Inprovisa.* Sic mss. Berol. 1. Dess. 1. 2. Graev. — *exterruit utrum.* Ms. Mon. b. *exereet utrumque.* Mss. Fe. 7, b. et Mon. e. Ita ex conjectura legi mavult *Marklandus* in Epist. crit. p. 112. quum vocem quandam quaerit mediam; idem verbum sine auctoris nomine proponit *Valartus* in Praefat. p. XIII., improbant Jones in Notis ad Horat. p. 20. Fea, Schmid., Orell. ad h. l., Eichstad. ad van Ommer. p. 120. *Exercendi* verbum Marklandus aliis quoque locis intrudere voluit, uti Virg. Aen. 4, 450. ubi bene disputat Heynius, itemque Plin. Epist. 6, 4, 4. ad quem locum vide Cort. Sic *exterrendi* verbo offensi sunt aliquot interpretes ap. Virg. in Ge. 3, 434. itemque Bentlejus teste Herzogio ad Caes. B. C. 2, 4. Elegantem sane emendationem i. e. *externat* nuperrime hominibus doctis atque elegantibus proposuit *Fr. Jacobsius* in Verm. Schr. V. p. 157. Jure autem dubitatur, num illa necessaria sit; cf. Groebel. et Orell. ad h. l. Bach. in Zimm. Zeitschr. 1834. p. 1035. Doederl. in Münchn. gelehrt. Anzeig. 1836. p. 863. Vulg. scripturam nemo sollicitabit, qui secum reputaverit locos in Commentariis laudatos.

V. 12. *metuatne.* Mss. et aliorum et nostri fere omnes. Edd. Lamb. Pulm. Cruq. Fabr. H. Steph. Bersm. Torr. sequuntur recentiores. *metuatve.* Ms. Fe. 3, a. Gott. 2. Mon. e. m. Rudolst. Ed. princ. ap. Comb. et Mediol. 476 ap. Fe. et plurim. vett., vid. Fea. *metuatque.* Mss. Pulm. omn. Fe. 1, q. Guelf. 1. *metuat cupiatne.* Ms. Fe. 1, t. — *metuatne. Quid*

Si, quicquid vidit melius pejusve sua spe,
Defixis oculis animoque et corpore torpet?
Insani sapiens nomen ferat, aequus iniqui,
Ultra quam satis est virtutem si petat ipsam.
I nunc, argentum et marmor vetus aeraque et artis
Suspice, cum gemmis Tyrios mirare colores;

ad rem Si — torpet? Sic disting. ed. Despr. — *quid ad rem?* Sic edd. Ven. 479. 81. Flor. 482. Ald. 501. 19. et mult. al., quam distinctionem recte improbavit Piscator. Ceterum *metuatne* hic dicitur ut 11, 3. *minorane*, 12, 17. *jussaene*, 18, 100. *naturane*, Sat. 1, 2, 63. *peccesne*, ibiq. Bentl. Cf. Kühn. et Klotz. ad Cic. Tusc. 1, 25, 60. Daehn. ad Nep. Iphicr. 3.

V. 13. 14. *Si quicquam.* Ms. Guelf. 1. et Lov. ap. Bormans ad Prop. 3, 1, 59. *quicquid videat.* Sic scripsit Buherius. *vidit quicquid.* Ms. Guelf. 2. — *melius vidit.* Ms. Bersm. un. Gott. 1. (sed supersc. b.) Dess. 2. Ed. Cuning. *Si, quum quid melius vidit.* Conj. Cuning., sed breviloquentiam, quae est in scriptura vulg., bene explicat Groebel laudans Epist. 1, 2, 14. — *pejusve.* Mss. Lamb. Pulm. Cruq. Bersm. Comb. Oberl. Pott. ut videntur omn. Orell. omn. Berol. 1. 2. Goth. Gott. 1. Lips. 1 2. Dorv. 1. 2. Corbei. Mentel. ?! Mon. c. e. f. l. m. Rudolst. Edd. vett. et recentior. plerq. etiam Bentl. *pejusque.* Sic ob altum silentium omn. Feae et Guelf. mss., de qua re dubitare licet, Lips. 3. Mon. b. Edd. Minois. Fe. Jahn. Schm. Web. Groeb. Braunh. Meinek. *pejusne.* Ms. Graev. Receptam scripturam *ve* praeter codd. auctoritatem pro vera habebis ex annotatis ad Epist. 1, 1, 72. 2, 51. — V. 14. *animo et.* Mss. Guelf. 1. Berol. 1. — *in corpore.* Ms. Mon. e. — *torpet?* Sic edd. paucis exceptis, quae uti Ald. 519. Muret. Fabr. Rod. punctum ponunt, edd. vett. et rec. Post hunc versum Buherius vv. 28—48. *Si latus — omittas* posuit.

V. 15. *Insani sapiens nomen.* Hunc verborum ordinem servant mss. et aliorum et nostri paucis exceptis itemque editiones fere omn. *Insani nomen sapiens.* Mss. Fe. 2, a. 6, b. et, nisi oculi viri illius doctissimi errarunt, Guelf. omn. Edd. Fe. Jaeck. Schm. Web. Groeb. Braunh. Meinek. et ed. Lips. 828. At ordo vulg. multo elegantior est, quum quam maxime fieri possit contraria juxta poni constet. Sic Ovid. Fast. 2, 717. *Brutus erat stulti sapiens imitator* etc. — *feret.* Mss. Fe. 2, b. g. (a 2. m.) 5, e. 7, a. (a 2. m.) 9, d. Berol. 1. Santen. Mon. c. f. Ed. Asc. 519. (sed in annotatione legitur *ferat*). *fert.* Var. lect. ap. Minoem.

V. 16—19. *Ultra qua.* Ms. Guelf. 3. *Ultra quod.* Ms. Talb. un. Jaeck. 4. — *petet.* Mss. Cruq. 1, duo 7. 3. Orell. bc. Goth. Lips. 2. Dorv. 1. (sed supersc. *i.*) Mon. f., non improbat Cruquius. *petit.* Mss. Jaeck. 5. Orell. S. — V. 17. *argentum marmor.* Ms. Fe. 1, a. (a 1. m.) — *arces.* Cod. Mentel. — V. 18. *Suscipe.* Sic mss. alqt. Cruq. Jaeck. 5. Guelf. 2. (sed corr. *susp.*) Dorv. 1. Berol. 1. Mon. b. f. Rudolst. Porphyr. ms. Monac., ubi: „Et artes suscipe, potest et suscipe subdistingui.“ An suspice? Edd. Ven.

Gaude quod spectant oculi te mille loquentem;
Gnavus mane forum et vespertinus pete tectum,
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutus et, indignum, quod sit pejoribus ortus,

479. 81. 83. 86. 92. Lips. 492. Loch. 498. — V. 19. *spectent.* Mss. Bersm. duo. Altd. ap. Haberf. Fe. 5, e. 6, a. (a 1. m.) 9, b. var. lect. ap. Min. Dess. 1. Berol. 1. Mon. b. c. (hic *quum* pro *quod*) — *populi te.* Ms. Orell. S. — Hunc versum Buherius post. v. 25. collocat.

V. 20. 21. *Gnavus.* Mss. quat. Bersm. Oberl. D. Jaeck. 4. 5. 6. Guelf. omn. (nisi quod ms. 2. uti Corbei. habet *gnarus*) Dess. 2. Berol. 1. 2. Lips. 2. Mon. fere omn. Rudolst. *Navus.* Cruq. om. Bersm. un. vel duo. Oberl. C. Jaeck. 1. Orell. bSc. (qui servat coll. Cic. Orat. 47.) Dess. 1. Goth. Gott. 1. 2. Lips. 1. 3. Dorv. 1. 2. Graev. Bentlejus qui scripsit *gn.* in curis novissimis scribi jubet *navus* coll. Heins. ad Ovid. Trist. 5, 3, 37. ex Pont. 1, 10, 12. Eadem scripturae varietas ap. Ovid. in Trist. l. l., ubi vide Loers. et nostra annotata ad 1, 1, 24. *Gnavos.* Ed. Cuning. — *forum vespertinus.* Mss. Bersm. un. Jaeck. 4. 5. — *tectum.* Puncto disting. ms. Goth. et sic scribi maluit Schmidius; sententiam inde enatam comprobat Hocheder. Hunc versum et seqq. usque ad v. 23. Buherius post v. 18., qui ei est v. 37., posuit. — V. 21. *Nec plus.* Mss. Fe. 1, p. 5, e. — *Me — Mucius?* Ms. Sim. Bos. ap. Lamb., quod ille probat. Quapropter Dacerius verba ita voluit collocata: Num.: *Me plus — Mucius?* Hor.: *Indignum, — ortus. Hic — illi?*

V. 22. *Mutus et.* Mss. Cruq. omn. et in Blandin. cum gl.: „imperitus et ineloquens.“ Pulm. omn. Bersm. quat. Torr. omn. (qui ita legendum censet, sed ut *Mutus* sit nomen Adject.) optim. ap. Bentl. al. ap. Talb. et Comb. Fe. 1, a. c. d. i. q. s. t. 2, a. b. c. d. e. f. g. h. i. 3, c. f. 5, a. f. 6, a. d. 7, b. 9, d. Pott. omn. praeter un. Orell. omn. Guelf. omn. Goth. Gott. 1. 2. Lips. omn. Dorv. 1. 2. Corbei. Graev. (*Mittus*, sed dubites, num sit *Mutus*) Berol. 1. 2. Mon. b. c. e f. *Mutus ut.* Mss. Lamb. 1, a—c. 3. 6. *Mutuis.* Cod. Mentel. et ms. Mon. l (sed *i* videtur erasa) *Mutus et* Edd. Med. 476. et Ven. 478., teste Fea, Ven. 479. 81. 83. 86. Flor. 482. Loch. 498. Ald. 501. Asc. 519. revocavit Bentl., quem seq. plerq. rec. *Mucius* (sive *Mutius*, illud rectius, vid. Gesn. ad Epist. 2, 2, 89.) *indignum.* Ed. vet. ap. Maitt. 474. Junt. 514. 19. Lips. 498. Ald. 519. Glar. 536. Lamb. Muret. Cruq. Xyl. Pulm. Fabr. Piscat. H. Steph. Torr. Bersm. Bas. 531. 55. 80. al. quas sequuntur e recentior. Talbot. Jon. et Camp. Sic etiam alq. Lamb. un. vel duo mss. Bersm. Talb. un. ms. Mon. m. (cum gl.: „Mucius fuit pauper et nihil habuit, nisi quod uxor sibi dote dederat“) et haud scio an ms. Pott. 15. (*mutius*) *Mutius et.* Ms. Rudolstad. [qui liber chartaceus initio saec. XVI. scriptus nuperrime diligentia *Hessi* mei in lucem protractus est — nullius fere pretii — suspicor enim, eum ex ed. vet. aliqua descriptum esse.] Ed. princ. ap. Gesn. Lips. 492. Sandb. *Moschus et (ind.)*

Hic tibi sit potius quam tu mirabilis illi.
Quicquid sub terra est, in apricum proferet aetas;
Defodiet condetque nitentia. Quum bene notum
Porticus Agrippae et via te conspexerit Appi,
Ire tamen restat, Numa quo devenit et Ancus.
Si latus aut renes morbo tentantur acuto,

qui sit. Conject. ap. Jon. *Mucinus.* Var. lect. ap. Dorigh. — *indignus.* Ms. Mon. b. — *quid sit.* Ms. Fe. 1, t. *quum sit.* Ms. Mon. c. *et (indignum) qui sit.* Conj. Bentl. Verba *indignum quod sit* parenthesi includunt edd. Xyl. Pisc. Torr. (in commentar.) San. Jon. Merv. Phil. Francis. Bask. Dorigh., sed rectius includuntur vel pari ratione conjunguntur verba: *indign.* — *ortus;* qua quidem in re Bentlejum sequuntur recentiores fere omn. Ceterum scripturam illam *Mucius indign.* inconcinnam esse viderunt Marcilius et Dacerius et iccirco uterque emendationem tentavit. Aliam viam iniit Dan. Heinsius, quo tamen correctore non opus esse recte dixit Bentlejus, qui etiam nomen *Muti* ut proprium ex Inscr. Gruter. CCCII, 1. produxit.

V. 23 — 25. *Hic tibi si potius.* Sic quaedam vulgata exempla teste Lambino, qui variam hujus loci interpretandi rationem exponit. *Hic tibi sit — illi?* Per interrogationem Torr. Jon. Juvenc. (754), approbant Rappolt. p. 590. et Baxt., dissentit Gesn., vid. Dac. ad v. 21. — *miserabilis.* Mss. Bersm. duo. Jaeck. 5. — *illi, Quicquid* etc. Sic distinxit Doeringius, ut protasis a versu 17., apodosis a versu 24. incipiat et usque ad v. 27. producatur. Similiter locum interpretatus est Briegleb. Improbant Hoched. et Orellius. — V. 24. *in apertum.* Ms. Jaeck. 1. Berol. 1. Santen. Mon. c. e. (cum gl.: „in apricum") — *proferat.* Mss. Pott. plerq. Jaeck. 5. Guelf. 1. 3. Berol. 2. Gott. 1. Mon. f. Rudolst. Edd. Lips. 492. 98. 502. Pott. *profer! at aetas.* Ed. Praedic. *conferet.* Ms. Jaeck. 4. Hunc versum et sqq. — 27. Buherius post v. 55. et qui eum sequitur v. 19. collocavit. — V. 25. *nitentia? Quum.* Ed. Chabot.

V. 26. 27. *Agrippae et via.* Mss. et edd. vulg. *Agrippae, via.* Mss. Pulm. 1. 2. 7. Bersm. duo. Comb. B. C. G. Jaeck. 4. 5. Orell. bc. Guelf. 1. 3. 4. Dess. 1. Dorv. 1. Corbei. Mon. b. e. f. (agrippi). Ed. Ald. 501. — *conspexerat.* Mss. Jaeck. 4. 5. Fe. 2, a. Lips. 1. *cum spexerit.* Ms. Oberl. D. — *Appii.* Ms. Graev. Berol. 1. Santen. (apii) Ed. Ald. 501. *Appi.* Edd. vulg. At vide annot. crit. ad 1, 1, 67. Schm. ad h. l. et Haase ad Reisig. Vorlesungen p. 74. De particula omissa *et* observari licet, librarios particulam temere aut addere aut omittere. Vid. v. 34. Kirchn. et Both. ad Sat. 1, 6, 35. Jahn. ad Virg. Aen. 1, 90. Particulam hic omissam non improbat Bothius l. l., lectores amandans ad suam ipsius annotationem ad Sat. 1, 3, 56. At insuave est ἀσύνθετον in duabus rebus, quarum quaeque suam habet vim. — V. 27. *Numa et quo.* Ms. Guelf. 4.

V. 28. *aut renes.* Mss. et edd. vulg. *et renes.* Ms. Bersm. un. Fe.

Quaere fugam morbi: vis recte vivere: quis non?
Si virtus hoc una potest dare, fortis omissis
Hoc age deliciis. Virtutem verba putas ut

1, a. 7, a. b. Ik. 4. Guelf. 1. Santen. Mon. e. l. Sic scripsit Buherius. At vide Fe. ad Sat. 2, 3, 163. — *tententur.* Ms. Guelf. 4. Mon. f. Edd. Min. Maroll. Dorigh. Ernesti. *tentatur.* Ms. Guelf. 1. Edd. Zell. Passov. *retinentur.* Ms. Mon. e. *temptantur.* Hanc orthographiam servant mss. Guelf. omn. Gott. 1. 2. Dess. 1. 2. Goth. Lips. omn. Graev. et, nisi fallor, complures al., servant edd. Ven. 479. 81. 83. 86. Flor. 482. Cf. Hess. ad Tac. Germ. 34, 9. et C. Schneid. Elemtrl. p. 469. Hunc versum pro non genuino habet atque ex Sat. 2, 3, 163. illatum opinatur C. F. *Hermannus* in Disputat. de loco Sat. 1, 6, 74—76. Marburg. 1838. p. 15., sed vide Jahn. in NJbb. 1839. XXVII. 4. p. 442 sqq. Quae ratio sit versuum sic repetitorum dixerunt multi, ut Hermannus ipse p. 13. Forbig. ad Virg. Ecl. 5, 37. Firnhaber. in Zimmerm. Zeitschrift etc. 1840. p. 158. et nos ipsi ad 1, 1, 56. p. 73. Quum ne unus quidem ex versibus ab Horatio sic repetitis falsus sit, cur hunc repudies, quem sententia ipsa tuetur?

V. 29. 30. *Quaero fug. morbi.* Ed. Praedic. — *morbo*, sed corr. in *i.* Ms. Goth. — *morbi. Vis r. vivere?* Sic disting. edd. vulg. Punctum post *morbi* positum ex totius loci sententia recte improbat Bothius. Et illud et signum interrogandi post *vivere* sustulerunt edd. Jahn. Schm. Pass. Braunh. Meinek. Orell. De hac quidem distinguendi ratione dixi ad 1, 1, 87. p. 92. Sic v. 31. *putas*, v. 56. *lucet* i. e. si lucet, ut praeter alios recte interpretatur Doederlinius in Syn. V. p. 297. Cf. Schmid. ad h. l. Wagn. et Forbig. ad Virg. Aen. 1, 572. E. Gu. Weber. ad Juv. 8, 24. — V. 30. *hoc una.* Mss. et edd. vulg. vid. Muret. Opp. II. p. 963. *hoc sola.* Ms. Santen. *haec una.* Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Bas. 531. 43. 55. 80. Colon. 541. Irenic. 567. Fabr. 578. Pulm. 581. Biedm. 599. Zurck. 696. — *una potis.* Conj. Cuning.

V. 31. *delitiis.* Sic Gott. 1 (a 2. m.) et 2. *delictis.* Ms. Mon. b. et ms. Porphyr. Mon. in lemmate. *delitus.* Sic ms. Ik. 6. *diviciis.* Ms. Mon. c. *deliquitus.* Ed. princ. ap. Gesn., ut is *deliquiis* primitus fuisse opinetur. — *Virtutes.* Ms. Santen. — *putas ut.* Mss. Lamb. quatenus tacet, alqt. Cruq. Pulm. 7. 10. Bersm. tres. Bentl. recentissimi, ut ait, Val. complur. Comb. B. Oberl. C. D. complur. ut videntur ap. Fe. et Talb. Orell. b. (sed supersc. *et*) S. sed in versiculo ipso legitur *et.* Guelf. 1. 2. Goth. Lips. 2. (sed idem etiam *et* habet) 3. Berol. 1. (a 2. m.) 2. Santen. Gott. 2. Dorv. 1. 2. Corbei. cod. Mentel. Mon. e. l. (cum gl. *sicut*) m. Rudolst. Sic Acron quoque legisse videtur ad lemma: *putas*, non item, si respiciuntur quae dixit antea ad lemma: *morb. tent. acut.* At omnia in hoc Scholiasta confusa sunt. Etenim pertinent ad lemma: *Virtutem*, quae dicit ad lemma: *Morb. tent. acut.* et contra. Ed. princ. ap. Comb. edd. vett. ap. Maitt. (474. 76.) Ven. 479. 81. 83. 86. 92. 520. 559. Flor. 482. Lips. 492. 98. 516. Ald. 501. 19.

Lucum ligna: cave ne portus occupet alter,
Ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas;

Junt. 514. 19. Glar. Muret. Lamb. Xyl. Cruq. Pulm. Bersm. Talb. et al. complur. e recentt. Buher. Jon. Haberf. Wetz. Praedic. Camp. Zell. Schm. Groeb. Hoched. Braunh. Receptam scripturam laudat Saresb. Policrat. 7, 12. tuentur praeter ceteros Rappolt. p. 592. Jon. Haberf. Wetzel. Wieland (not. b.). Schm. Groeb. Bach. in Zimmerm. Zeitschr. 1834. p. 1035. cf. Fr. Jacobs. ad Blumenl. II. p. 255. *putas tu.* Ms. Mon. c. *putas et.* Mss. Pulm. 1. 2. 3. 4. Bersm. un. Torent. optimi. Bentl. alqt. Val. duodevig. Comb. C. F. Fe. 1, a. d. m. 2, a. c. d. e. h. 6, a (a 1. m.). Jaeck. ut videntur omn. et Pott. [?!] Orell. c et S [sed hic superscr. *ut*) Guelf. 3. Gott. 1. Berol. 1. (a 1. m.) Lips. 1. 2. (sed hic superscr. *ut*) Graev. (nisi Broukhusius erravit in verb. *putas*) Mon. b. f. Edd. Merv. Sandb. Francis. Bask. Dorigh. Fe. (qui defendit) Jaeck. Pott. Jahn. Web. Meinek. Orell. (qui def.) *putes ut.* Mss. Cruq. 1, a—c. 6. 3. Bersm. duo. Comb. G. Fe. 3, c. 7, a (a 1. m.) Dess. 2. Edd. Baxt. Cun. Gesn. Oberl. Comb. Bad. Wakef. Hunt. Zeun. Both. Doer. Bipont. 828. Contra disputant Haberf. Schmid. ad h. l. et in Allg. Schulzeit. 1828. II. N. 92. *putes et.* Mss. Bentl. 1. [?!] 6. 4. Comb. A. Fe. 1, b. 2, b. 3, f. 5, a. Guelf. 4. *putes* unus quoque ms. Valarti, sed non addit utrum *ut* an *et.* Edd. Bentl. Traj. ad Rhen. 713. Paris. 752. Maitt. San. Phil. Val. Daru. Charp. et, teste Fea, Bodon. In hac quidem scriptura Bentlejo praeiverunt et Cruquius, qui *putes,* et Torrentius, qui *et* legi malebat. At quum *Bentlejus putes* mollius et verecundius dici affirmet, i. e. potesne existimare ut 1, 7, 63., errasse putandus est. Neque enim Horatius Numicium redarguit, sed in genere vitiosum, vel potius verbo *putas* pro formula transeundi utitur, ut infra dicemus. Particula *et* mihi quidem non valde sollicitanda videtur, particulas autem *et* atque *ut* saepe confundi constat, vid. interpp. ad Od. 1, 3, 8. Sat. 1, 6, 31. A. P. 355. Drak. ad Sil. 5, 217. Weber. ad Lucan. II. p. 539. Hauth. ad Pers. 5, 121. Klotz. ad Cic. Tusc. 4, 20, 46. Hand. Turs. II. p. 539.

V. 32. 33. *lucum ligna?* Sic mss. Pulm. omn. Edd. exceptis vett. vulg. etiam Bentl. *ligna*: (;) *cave.* Edd. Jahn. Schm. Pass. Web. Braunh. Meinek. Vid. annot. ad v. 29. *lignum.* Ms. Mon. c. *lingua.* Ms. Ik. 6. *ct Lusu digna.* Sic conjecit J. Clericus hanc interponens interpretationem: „digna quae jocis et risu excipiantur,“ in quam rem laudat Arnob. II. p. 3. *ut ea, quae offeruntur a Christo, ludum atque ineptias nomines.* Mirum sane, quod viro illi nihil frigidius lectione recepta visum est. — V. 33. *Nec — nec.* Ms. Mon. e. Ed. Muret., teste Pulmanno, Rodell. — *Cibyr. cibir. cyrat. cybir. cimberat. cibur. tibrat.* Sic variant mss. nostri. *Cybirat.* Sic edd. vett. fere omn. — *et bithina.* Ms. Guelf. 4. *bithina.* Sic mss. Berol. 1. Dess. 1. 2. Goth. Lips. omn. Graev. Mon. f. *bithyna.* Ms. Gott. 2. *byth.* Ms. Berol. 2. Gott. 1. Edd. vett. praeter Loch. Post *perdas*

Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et
Tertia succedant, et quae pars quadrat acervum.
Scilicet uxorem cum dote fidemque et amicos
Et genus et formam regina pecunia donat,

punctum ponunt alqt. edd. ut Lamb. Francis. Phil. Wakef. Wetz. Bip. 828; neque male, si negotiatores ab aliis pecuniae cupidis, ut feneratoribus, distinguere accuratius voluerint.

V. 34. *porro et.* Mss. Lamb. omn. Pulm. 1. 2. 3. 7. 10. Cruq. 1, tres. Bersm. tres. Comb. omn. Oberl. C. D. Fe. 1, c. d. g. 2, b. c. d. g. h. 3, a. c. d. f. 5, a. f. 6, a. b. 7, b. 9, d. Jaeck. 1. 6. Pott. plerq. Orell. S. (a 2. m.) Guelf. 2. 3. Dess. 1. Goth. Gott. 1. Lips. 1. 2. Dorv. 1. Mon. b. l. cod. Mentel. Edd. Lamb. Cruq. Min. Bentl. et plerq. recentt. qu. laudat Fea. *altera porro*, *et Tertia.* Sic disting. edd. Wakef. Wetz. Hunt. Doer. Zell. Bip. 828. At particula *porro* ad sequentia melius refertur ut 1, 16, 65. Verum jam vidit H. Stephanus in Diatr. sec. p. 149. *altera porro.* Mss. Pulm. 4. Jaeck. 4. 5. Pott. 7. 8. 9. 10. 16. Orell. cb. (erasum in hoc) Guelf. 1. 4. Berol. 1. 2. Dess. 2. Lips. 3. Dorv. 2. Corbei. Mon. c. e. f. m. Rudolst. et ut videtur Graev. Edd. vett. Glar. Pulm. Xyl. Fabr. H. Steph. Bersm. Torr. Chab. al. atque e recentt. Talb. Dac. Jon. Sandb. Pott. Camp.; distinguunt vel *altera*: *porro Tert.* vel *altera porro*: *Tert.* Ceterum particula *et*, quae etiam propter *et quae* v. 35. hic suum locum habet, in fine versus saepe omissa est ut 1, 7, 27. Cf. Bentl. et Vanderb. ad Od. 3, 1, 39. 8, 27. Jani. ad Od. 3, 27, 22. De monosyllabis in fine versuum ut v. 13. 31. positis vid. annot. ad 1, 2, 30. Exempla aliquot particulae *et* collegit Orellius ad Epist. 1, 18, 15.

V. 35—37. *succedent.* Ms. Fe. 2, g. Guelf. 1. — *pars quae.* Ms. Fe. 5, e. Berol. 1. — *quadret.* Mss. et edd. vulg., e nostris mss. Guelf. 2. Dess. 1. 2. Berol. 2. Gott. 2. Lips. 1. 3. Dorv. 1. 2. Graev. cod. Mentel. Mon. e. l. m. Rudolst. *quadrat.* Mss. Val. tres. Fe. 1, b. g. m. p. 2, a. c. e. 3, c. d. 5, a. f. 6, a (a 1. m.) d. 7, a. 9, d. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 519. in Bibl. Barb. Schol. Cruq. in lemmate. Jaeck. ut vid. omn. Orell. bSc. Guelf. 1. 3. 4. Goth. Gott. 1. Corbei. Lips. 2. Berol. 1. Mon. b. c. f. Edd. Fe. (qui def.) Jaeck. Hoched. Braunh. Bothius: *quadret* i. e. „ea pars, quae quadrare acervum possit, quaecumque semper eum consummet et perficiat.“ At potius dixerim, sententiam esse: succedat ea pars quae, ut ait Schol. Cruq., „quadruplum facit acervum.“ Tot libris bonis in Indicativo servando consentientibus sine idonea causa non quisquam denegabit fidem. Et ne concursu literae *a* offendaris, vid. annot. ad 1, 2, 17. Jahn. ad Sabin. Epist. 1, 44. laudatus a Loersio ad Ovid. Her. 19, 63. — V. 36. *fidem et amic.* Ms. Guelf. 1. *fidemque amic.* Ms. Mon. b. — V. 37. *Det gen.* Ms. Dess. 2. — *Pecunia don.* Majuscula scribunt complures edd. ut Maitt. Cun. Val. Wakef. Hunt. Both. Doer. Orell.; si factum est, ut pecunia

Ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.
Mancipiis locuples eget aeris Cappadocum rex:
Ne fueris hic tu. Chlamydes Lucullus, ut ajunt,
Si posset, centum scenae praebere rogatus,

pro persona haberetur, assentior, sin pro dea, dissentio. Vid. Rupert. et Heinrich. ad. Juv. 1, 113. et cf. Orell. ad h. l.

V. 38. *Ac bene.* Mss. et edd. vulg. tuentur Schm. et Groeb. *Nam bene.* Ms. Fe. 2, h. Orell. S. sed supersc. *Ac. At bene.* Ms. Fe. 3, d. *Et bene.* Mss. Fe. 1, o. q. Sic citat hunc locum Turneb. in Adv. 22, 8. — *numatum.* Sic ms. Guelf. 1. Mon. b. Rudolst. Ed. Meinek. — *deceat.* Ms. Mon. e. — *suad. venusque.* Sic praeter edd. vett. Both. *suad. Venusque.* Edd. Ald. 501. 19. et multae al. Sed vid. Comment. Hunc versum laudat Priscian. 4, 1, 5. I. p. 143. Kr.

V. 39. 40. *Maneupiis.* Sic ms. Graev. — *locuplex.* Ms. Lips. 1. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. Lips. 492. Loch. 498. Cf. 1, 1, 93. — *capadocum.* Sic mss. Lips. omn. Guelf. 3. Dess. 2. Gott. 2. Ed. Ven. 481. De exitu hujus versus vid. Kirchn. ad Sat. p. LXXII. et Forbig. ad Virg. Ge. 1, 181. — V. 40. *Nec fueris.* Mss. Fe. 1, a. f. 3, c. Jaeck. 6. Orell. b. Guelf. 4. Lips. 1. Mon. b. *Non fueris.* Ms. Fe. 5, e. *Hic tu ne fueris.* Ms. Guelf. 1. — *Clamides.* Mss. Torr. duo vetustiss. Guelf. 2. 3. Berol. 1. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. (a 1. m.) Goth. Graev. Lips. omn. Rudolst. *Clamydes.* Mss. al. ut Gott. 2. et 1. (a 2. m.) Edd. variant in scriptura *clamydes* (Venett. Loch. Flor.) *Chlamides* (Bersm. Dorigh.) *chlamidas* (Lips. 516). *Chlamydas* ed. Cuning. — *aut ajunt.* Ms. Rudolst. Ed. Lips. 492. Ven. 92. — *Manc. locupl.* — *eg. acr. Capp. rex* — *Ne fueris! Hic Tu: Chlam.* Sic ed. Praedic. Ceterum *fuerīs hic* ob vim arsis in caesura ut Sat. 1, 3, 7. 4, 82. 5, 90. 9, 21. 2, 1, 82. 2, 47. 74. 3, 1. 260. 5, 101. De lyricis cf. Bentl. ad Od. 3, 16, 26. ibiq. Fea et Both. Aliorum exempla qui cupiet, adeat Wagn. Qu. Virg. XII. et quae laudant Weichert. Epist. crit. p. 73. Huschk. ad Tib. 2, 2, 5. Bach. et Ochsn. ad Ovid. Met. 1, 114. Loers. ad Ovid. Heroid. 6, 31.

V. 41. *posset.* Mss. et edd. vulg. *possit.* Mss. Bersm. duo. Jaeck. 1. Oberl. C. Guelf. 1. Dess. 1. 2. Lips. 1. Edd. Colon. 541. Bas. 555. — *centum posset.* Ms. Fe. 3, c. (a 1. m.) — *scaenae.* Sic mss. Des. 1. 2. Lips. 1. Hanc scribendi rationem, quam Bothius ad Od. 2, 14, 28. ed. Fe. intolerabilem dicit et Zumptius ad Cic. Verr. 3, 79. argenteae aetati assignat, tuentur Fea (qui servat) ad Sat. 2, 1, 71. et Osann. ad Apulej. de Diphthong. p. 123. Qui, ut Desprezius, *rogatus* pro interrogatus accipiunt, recte post *posset* non incidunt, ut particula *si* ea sit significatione, de qua dixerunt Lambinus ad Epist. 1, 3, 30. et Schmidius ad 7, 39. cf. Ruhnk. ad. Ovid. Heroid. 5, 93. Wagn. et Forbig. ad Virg. Aen. 1, 181. 4, 110. Sed rectius interpretes Vossius, Schellerus, Passovius *si* pro simplici particula conditionali habent, verbum *rogatus* ea significatione accipientes, quam id verbum

„Qui possum tot?" ait, „tamen et quaeram et quot habebo
Mittam;" post paulo scribit sibi milia quinque
Esse domi chlamydum, partem vel tolleret omnis.
Exilis domus est, ubi non et multa supersunt
Et dominum fallunt et prosunt furibus. Ergo,
Si res sola potest facere et servare beatum,

fere habet, ut Sat. 1, 3, 2. 4, 97. 2, 4, 88. Epist. 1, 8, 2. Eandem testatur Plutarchi locus infra positus. At hoc si est, post *posset* melius distinguitur, quod nemo fecit interpretum.

V. 42. *Qui possum.* Mss. et edd. vulg. *Qui possim.* Mss. Fe. 1, b. g. o. t. 2, b. f. (a 1. m.) 3, f. Edd. Asc. 519. Cruq. H. Steph. T. Fab. Dac. Cun., non improbat Jahn. ad v. 35. *Quin possit.* Ms. Bersm. un. *Qui posset.* Ms. Jaeck. 5. *Qui possem.* Ms. Mon. c. *Qui possunt tot?* Ed. Biedm. — *tot? Attamen.* Ms. Fe. 7, b. — *quaeram tamen et.* Fragm. ms. Lov. ap. Bormans. — *quot habebo.* Mss. Lamb. 1, duo 2. 3. 8, a. b. 9, a—c. 7. omn. ap. Cruq. et Pulm. tres vel quat. ap. Bersm. Fe. et Jaeck. et Pott. ut videntur omn. Orell. omn. Guelf. omn. Dess. 1. 2. Lips. 2. 3. Gott. 1. 2. Berol. 1. 2. Corbei. ut videtur et Graev. Mon. c. e. f. l. Edd. Lip. 492. 98. 516. Ald. 501. Junt. 514. 19. Asc. 519. Ven. 520. Glar. Vascos. Lamb. Cruq. H. Steph. Bersm. Torr. et complur. al. etiam Bentl. qu. seq. recentt. plrq. *quod habebo.* Mss. Lamb. vulgati. Bersm. duo. Comb. ut videntur omn. (?!) et Oberlin. Goth. Lips. 1. cod. Mentel. ut videtur, Mon. b. m. Rudolst. q̃. Edd. Ven. 79. 81. 83. 86. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 510. Ald. 519. Muret. Irenic. Xyl. Fabr. Pulm. Pisc. Biedm. Chab. Bas. 531. 55. 80. Colon. 541. Despr. Juvenc. (754) Gesn. Oberl. Comb. Bad. Doer. 824. (non 828.) Bip. 828. Hoched. At quis est, qui non videat *quot* respondere verbo *tot?*

V. 43—45. *Scribam.* Mss. duo Valart. (qui probat) — *paulo post.* Ms. Ik. 5. (vid. Bentl. ad Od. 3, 20, 3.) — *scripsit.* Mss. Fe. 1, g. q. 3, c. 5, f. 6, c. Guelf. 2. Lips. 3. Berol. 1. Mon. e. *mittit.* Ms. Guelf. 4. *rescribit.* Ed. Piscat. — *milia.* Sic mss. Guelf. 2. 4. Berol. 1. 2. Gott. 1. 2. Dess. 1. 2. Goth. Lips. 1. 2. 3. Graev. Rudolst. Quod docet *Zumptius* ad Cic. Offic. 2, 21, 6. et in Gr. lat. p. 10., hanc esse scripturam veteribus grammaticis probatam, quum in Singulari *mille* sit, id confirmant non solum libri mss. complures (cf. annot. ad 1, 1, 58.) sed etiam edd. vett., quae, quanquam supra *mille* scribunt, hic *milia* exhibent. Quapropter 1, 1, 58. orthographiam nunc volo mutatam. In causam hujus discrepantiae, quam quidem esse negat vir doctus quidam in Jahnii N. Jahrbb. 1840. XXIX. p. 269., inquirit L. F. Schmidt. in Progr. schol. Berol. 1840. p. 26. — V. 44. *clamid.* Sic mss. Dess. 1. 2. Lips. omn. Gott. 1. (a 1. m.) Graev. Rudolst. Vid. v. 40. — *omnis.* Mss. Dess. 1. 2. Berol. 1. — V. 45. *supersint.* Ms. Fe. 2, i. *plura supersunt.* Ms. Santen.

V. 47—49. *res tota.* Ed. Maroll. — *potis.* Ms. Gesn. 3. Ed. Cun. —

Hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.
Si fortunatum species et gratia praestat,
Mercemur servum, qui dictet nomina, laevum .
Qui fodicet latus et cogat trans pondera dextram

V. 48. *primum.* Mss. Bersm. duo. Fe. 1, c. d. i. q. 2, d. e. g. i. 5, a. e. (a 1. m.) f. (a 1. m) 6, a. (a. 1. m.) 9, d. al. ap. Pott. Guelf. omn. Berol. 1. Dorv. 1. Dess. 1. Lips. 1. Graev. et Mon. tres. *prime.* Ms. Rudolst. et ed. Lips. 492. *repetas primo.* Ms. Mon. m. — *hoc extremus.* Ms. Orell. c. — *Huic pr.* — *huic postr.* Ed. Praedic. — V. 49. *Sic.* Ms. Mon. b. — *praestat.* Mss. et edd. vulg. etiam Ven. 481. *praestet.* Ms. Fe. 5, f. Guelf. 2. Berol. 2. Rudolst. Edd. Ven. 479. 83. 86. 90. 92. Flor. 482. Lips. 492. Loch. 498. Asc. 519. Cruq. *praestant.* Ms. Fe. 3, c. 6, c.

V. 50. *servom.* Ed. Cun. *dictat.* Ms. Fe. 1, a. Goth. Rudolst. *dicet.* Ms. Fe. 2, b. Mon. m. Ed. Ven. 481. — *laevum.* Mss. Lamb. alqt. Pulm. 1. 7. Cruq. 6, 3. Bersm. un. (?!) Comb. omn. (quatenus de suis tacet ?!) Fe. 2, c. (a 2. m.) h. Jaeck. 6. Hoched. b. i. Orell. omn. Guelf. 3. Goth. et ut videntur mss. Dorv. 1. 2. Corbei. Edd. Junt. 514. 19. Glar. Muret. (ex conjectura in annot. proposita) Lamb. Irenic. Cruq. Xyl. H. Steph. Min. Pisc. Chab. Bersm. Torr. D. Heins. T. Fab. Rodell. Despr. Zurck. Tart. al. compl. etiam Bentl. et recentt. omn., tuentur praeter cet. Jon. Gesn. Fea. *saevum.* Mss. reliq. ap. Lamb. Pulm. 4. 10. 2. 3. complur. ap. Cruq. Bersm. quinq. Torr. omn. (qui tuetur) Gesn. 3. Altd. ap. Haberf. Oberl. C. D. plrq. ap. Fe. Jaeck. 1. 4. 5. Pott. omn. Hoched. reliq. et Victor. Guelf. 1. 2. (*senum* quod etiam habet ms. 4. corr. in *sev.*) Berol. 1. 2. Gott. 1. 2. Dess. 1. 2. Lips. om. Graev. Mentel. Rudolst. Edd. vett. etiam Ald. 501. 19. Fabr. (qui def.) Bas. 531. 55. 80. Biedm. 599. Baxt. (qui def.) *saevum: Qui fod.* Sic disting. ed. Asc. 519., ut *saevum* ad servum referatur ea sententia, de qua disputat Fea. Nescio autem, num Jaeckii ms. 6. *servum* pro *saevum* habeat. Sic quidem Britannicus in ed. Ven. 520: *nomina: servum Qui* etc. At de confusione vv. *laevum et saevum* vid. Burm. ad Val. Fl. 1, 370. Drak. ad Sil. Ital. 5, 660. Cort. ad Lucan. 3, 127. An scripsit Horatius *scaevum?* Sic quidem *saev.* et *scaev.* ap. Tac. in Ann. 13, 17, 2. ap. Liv. 2, 27, 7., sed et *saevus* et *servus* commutantur, ut Britannici lectio non prorsus sit damnanda, vid. Bentl. ad Od. 1, 35, 17. et Drak. ad Liv. 8, 13, 14. Ceterum *scaevum* annotavit, ut nunc video ap. Talb., Pithoeus in ed. Bas. 580.

V. 51. *Qua.* Mss. Ik. 4. 5. 6. — *fodicet.* Mss. Pulm. 1. 7. 2. 3. Cruq. 1, a—d. Bersm. duo. Torr. tres (qui probat) cum gl. in uno: „*fodicare* est leviter ac superficie tenus fodere." Talb. un. (Petr. per emendationem). Bentl. 1. (Graev. cum gl.: „stimulet") 2. 9. Val. duodec. Comb. omn. (?!) Fe. 1, b. c. (a 1. m.) k. m. s. (a 2. m.) t. (a 2. m.) 2, c. d. e. f. (a 2. m.) h. 3, a. d. 5, a. f. 6, a. (a 1. m.) 9, d. Jaeck. 1. Pott. complur. Hoched. antiquissimi, ut ait, [Mon. b.] Orell. S. Guelf. 4. Dess. 1. 2. Goth. Lips. 2. 3. Dorv. 1. 2. Mentel. Edd. Cruq. H. Steph. [Dia-

Porrigere. „Hic multum in Fabia valet, ille Velina;
Cui libet hic fascis dabit eripietque curule
Cui volet importunus ebur.“ Frater, pater adde;
Ut cuique est aetas, ita quemque facetus adopta.
Si bene qui coenat bene vivit, lucet, eamus

trib. sec. p. 129] T. Fab. Dac. Bentl. (qui vindicat) Baxt. et recentt. fere omn. *fodiat.* Mss. ut vid. omn. Lamb. al. ap. Cruq. Pulm. 4. 10. Bentl. alqt. sequiores, ut ait. Fe. reliq. Jaeck. 4. 5. 6. Pott. 8. 9. 13. 15. 18. Orell. c. Guelf. 1. 2. Berol. 1. 2. Gott. 1. 2. Corbei. Mon. c. e. f. l. m. Rud. Edd. vett. Asc. Lamb. Muret. (Opp. II. p. 963) Fabr. 555. et 78. Xyl. Pulm. Min. Torr. Chab. Biedm. Rod. Despr. Zurck. Tart. Talb. Jon. Val. Dorigh. *fodiet.* Mss. nonnull. teste Chabotio, Bentl. 6. 4. C. et. D. (a 1. m.) ap. Oberl. Fe. 7, b. Orell. b. (sed supscr. a) Guelf. 3. Lips. 1 (sed subscr. c.) De verbo *fodicandi* praeter cet. dixit Fea et cf. interpp. ad Cic. Tusc. 2, 4, 33. 3, 16, 35.

V. 53. *Cuilibet hic.* Mss. et edd. vulg., etiam Muret. Lamb. et e recentt. Talb. Maitt. Daru. Pott. Camp. Hoched. Charp., sed in annotat. *cui libet. Cui libet hic.* Mss. Oberl. C. D. Jaeck. 1. 4. 5. cum gl. *is.* Orell. bSc. Guelf. 2. 3. Berol. 1. 2. Gott. 1. 2. Mon. c. l. Ed. Ven. 481. et Loch. 498. ut quidem videntur, Asc. 519. Cruq. Cun. (*Quoi*) Jon. Val. Jahn. Web. Groeb. Meinek. Orell. *Cui libet is.* Mss. Bentl. 1. 6. 4. Guelf. 4. Lips. 3. Comb. de suis tacet, praeterea *is fasc.* Ms. un. Bersm. Fe. 1, b. (a 1 m.) c. t. (a 2. m.) 2, b. e. (a 1. m.) 3, c. f. 5, a. Jaeck. 6. Dess. 2. Edd. Bentl. (qui def.) Baxt. Buher. San. Merv. Sandb. Francis. Bask. Phil. Gesn. Dorigh. Oberl. Comb. Wakef. Bad. Wetz. Haberf. Ernest. Praedic. Hunt. Zeun. Fe. Both. Jaeck. Doer. Zell. Schm. Passov. Braunh. et Bip. 828. *Cuilibet is.* Ed. Paris. 752. Mirus sane in hac scriptura servanda editorum consensus. Recte enim docet *Jahnius*, tertium quendam hic commemorari. Id *Bentlejus* quoque sua scriptura *is* voluit, sed valde dubito, num hoc ex lege linguae latinae fiat. At ne quis dubitet, quod quidem fecit Bentlejus, de pronomine *hic* diversa subjecta indicante, impediunt similia exempla, ut Od. 3, 1, 10—12. Ovid. Met. 3, 48. 49. 11, 539. ibiq. Bach. Juv. 10, 227. Lucan. 3, 687. 88. Wagn. Quaest. Virg. XX, 9. coll. XVII, 4. Similiter *ille — ille* non solum apud poetas, sed apud prosaicos, ut ap. Cic. pr. Caec. 13, 39. Plin. Epist. 6, 20, 15. Vid. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. 2, 148. Heinr. ad Juv. 10, 196. Voc. *hic* comprobat Bach. in Zimmerm. Zeitschr. etc., 1834. p. 1035. Praeterea voc. *is* et *hic* saepe permutantur, vid. Giese ad Cic. de Divin. 2, 17, 40. Klotz. ad Cic. Tusc. 4, 17, 37. Loers. ad Ovid. Trist. 1, 9, 37.

V. 54—56. *Cui dolet.* Var. lect. in ed. Despr. Lips. — *inportunus.* Sic ms. Graev. et Lips. 2. — *adde et.* Ms. Berol. 1. — V. 55. *adapta.* Mss. Bersm. duo. Fe. 1, c (a 2. m.) d. g. i. t. 2, c. d. f. i. 3, c. (a 2. m.) 5, e. (a 2. m.) 6, a. Guelf. 2. *adora.* Ms. Bersm. un. *adoptat.* Ed. Ald. 501.

Quo ducit gula; piscemur, venemur, ut olim
Gargilius, qui mane plagas, venabula, servos,
Differtum transire forum populumque jubebat,

Post hunc v. Buherius v. 19. et v. 24—27. collocat. — V. 56. *caenat.* Sic ms. Graev. De orthographia *cen.*, quam servant Bentl. et Fea, vid. annot. ad 1, 1, 91. et cf. Both. ad Od. 2, 14, 28. Doederl. Syn. VI. p. 69. — *lucet?* Sic ms. Fe. 2, i., sed vid. supra ad v. 30. — *vivit bene.* Sic ed. Cuning., approbat Cort. ad Lucan. 1, 385.

V. 57. *Quo ducit.* Mss. alqt. Lamb. Cruq. ut videntur omn. Pulm. 10. Bersm. duo vel tres. Val. plrq. Oberl. D. Comb. Jaeck. et Pott. ut vid. omn. al. ap. Fe. Orell. bS. Guelf. 1. 4. Berol. 1. 2. Dess. 1. 2. Goth. (a 1. m. *vocet*) Lips. omn. Dorv. 2. Cerbci. Graev. Mon. e. f. l. Rudolst. et sine dubio maxima pars aliorum, qui de suis, ut *Talbotius* et Bentlejus, tacent. Edd. vett. Junt. 514. 19. Ald. 519. Asc. Glar. Muret. et paucis exceptis reliquae, etiam Bentl. et recentt. plurim. *Quo ducet.* Mss. Lamb. plrq. Pulm. 1. 2. 3. 4. 7. Bersm. tres. Val. quat. Oberl. C. Fe. 1, a. d. 2, b. c. d. (a 2. m.) f. g. h. i. 3, a. 7, b. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 519. in bibl. Barb. Orell. c. Guelf. 2. 3. Gott. 1. 2. Dorv. 1. Mentel. Mon. b. m. Ed. princ. ap. Fe. Ald. 501. Lamb. Min. Fe. (qui defend.) Jahn. Schm. Hoched. Web. Braunh. Meinek. Groeb. Orell. *ducat.* Ms. Mon. c. — *et olim.* Ms. Jaeck. 4. Verba *ut olim — aprum* parenthesi inclusit ed. Jon., similiter distinx. Praedic.: *venemur! — ut . . . aprum —.* Revocavi veterem scripturam *ducit*, quam equidem poesi magis convenientem dixerim quam alteram *ducet*, in qua inest quaedam incertitudinis notio; approbant similes loci et formulae ut Epist. 2, 2, 37. Od. 3, 11, 49. 24, 46—50. Virg. Aen. 3, 114. *ducunt qua jussa, sequamur.* Aen. 5, 709. *quo fata trahunt — sequamur.* Ovid. Rem. Am. 532. *Quoque vocant fluctus, hac tibi remus eat.* Suet. Jul. 32. *Eamus, quo inimicorum iniquitas vocat.* Huc accedit, quod dictio haec repetita videtur ab illa, qua *quo pedes ducunt* vel *quo via ducit*, (non *ducet*) dicitur. De illa vid. *Mitsch.* ad Od. 3, 11, 49. *Gesn.* ad Plin. Epist. 7, 5., de hac interpp. ad Virg. Aen. 1, 401. coll. Ecl. 9, 1. Loci autem, quem Fea in suam rem laudat Epod. 16, 21., alia est ratio, quippe qui habeat et futuri temporis et casus notionem.

V. 58. *Gragilius.* Mss. Oberl. C. D. Fe. 2, c. d. 5, a. f. 7, a. Guelf. 4. Lips. 2. Graev. et notatum in ed. Despr. Lips. *Sargilius.* Ms. Dess. 2. *Gargillius.* Ed. Ven. 492. — *cervos.* Ms. Jaeck. 4. — V. 59. *transferre for.* Ms. Goth. Ed. Cuning. ex conjectura. Castigatione tam acerba, qua virum doctissimum affecit Fea, ille erat indignus, si comma post *servos* delevisset. — *forum populumque.* Mss. et edd. vulg. *forum pontemque.* Sic conjicit T. *Faber*, ut pons Sublicius s. Aemilius, intelligatur, contra disputat Bentlejus, soceri conjecturam approbat Dacerius, sequitur Praedicovius. *forum Campumque.* Edd. Bentl. (qui pluribus hanc conjecturam def.) San. Merv. Francis. Paris. 752. Bask. Phil. Dorigh. Wakef. Darn., contra disp. Dac. al. *clivomque.* Conj. Cuning. *potumque.* Conj. vir. doct. in

Unus ut e multis populo spectante referret
Emptum mulus aprum. Crudi tumidique lavemur,
Quid deceat quid non obliti, Caerite cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Ulixei,
Cui potior patria fuit interdicta voluptas.

Seebod. Krit. Bibl. 1820. 2, 1. p.589. *propalamque*. Conj. Jam. Tunstall. (II. p. 615.), qui laudat Cic. Offic. 3, 24, 93. *luce palam in foro saltet* et Liv. 6, 14, 3. 4. *medio foro cum caterva sua accurrit — Inde rem creditori palam populo solvit*. Contra J. Clericus *forum plateasque* i. e. differtas legendum censet. Notissimas illas conjecturas, quae aesthetica quadam veteres scriptores interpretandi ratione nituntur, suo quisque modo refutarunt Dac., Baxt., Gesn., Haberf. ad h. l., Eichstadius ad van Ommer. p. 221., Ouwens in Noctt. Hag. 3, 6. p. 403., alii. Contra Bentlejum egomet ipse pluribus disputavi in ed. Schmidii p. 159.

V. 60. *et e mult.* Ms. Mon. b. — *ex mult.* Mss. Fe. 1, p. 3, a. — V. 61. *emptum*. Sic ms. Guelf. 3. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 1. 2. Lips. omn. Graev. Edd. vett. *captum*. Libri quidam vett. ap. Lamb. var. lect. in ed. Despr. Lipsiensi. *laventur*. Ms. Goth. — V. 62. *obliti et*. Ms. Guelf. 2. — *Cerite*. Sic mss. Guelf. 2. Dess. 1. 2. Gott. 1. Lips. 1. 2. 3. al. Edd. vett. excepta una, etiam Ald. Junt. Asc. Lamb. Pulm. Cruq. Torr. *Caerite*. Sic quidem ms. Graev. Edd. Ven. 481. Xyl. (qui probat ex Festo, sicuti Torrentius ex inscr.) Pisc. Biedm. Rod. Despr. Heins. Bentl. reliq. *caera*. Sic mss. Lips. 2. 3. Edd. Ven. 481. Flor. 482. Asc. (vid. Osann. ad Apulej. de Not. aspir. p. 124.) De forma *Caerĭte* et *Caerĕte* (non *Caerīte*) vid. quos laudat Forbig. ad Virg. Aen. 8, 597.

V. 63. 64. *Itacensis*. Sic mss. Guelf. 1. Dess. 1. 2. Lips. 1. 3. Edd. Ven. 483. 86. Loch. Ald. 501. *Ulixi*. Mss. Orell. bSc. Dorv. 1. Guelf. 4. Gott. 1. (lyx.) Goth. Mon. f. Edd. Cun. Hunt. Schmid. Groeb. Orell. Passov. Meinek. *Ulixei*. Mss. Pott. ut vid. omn. Guelf. 3. Dess. 1. 2. Berol. 1. 2. Gott. 2. (yx.) Lips. omn. Graev. Rudolst. Edd. Lips. 492. 98. 516. Loch. 498. Bentl. Oberl. Pott. al. complur. *Ulyxis*. Mss. Bersm. duo. *Ulixis*. Mss. Ik. 5. 4. 6. Guelf. 1. 2. Dorv. 2. *Ulyssei*. Mss. al. Edd. Ven. 479. 81. Ald. 501. 19. Junt. 14. 19. Lamb. Cruq. Torr. Fe. al. *Ulyxei*. Edd. Ven. 483. 86. 92. Hoched. al. *Ulissei*. Ed. Xyl. et Buher. *Ulyssis*. Ed. Haberf. *Ulyssi*. Edd. Fabr. 578. Pulm. 581. De ratione scribendi vid. annot. ad Epist. 1, 2, 18. et Madvig. ad Cic. de Fin. 5, 18, 49., de Genitivo in *i* vel *ei* desinente vid. quos laudant Jahn. ad Ovid. Met. 13, 304. Klotz. ad Cic. Tusc. 3, 10, 21. Madvig. ad Cic. de Fin. 5, 5, 12. et qui praeter ceteros accurate de hac re dixit Wagn. ad Virg. Aen. 1, 30. Verba *Quid — Ulixis* citat Prisc. 4, 5, 29. ed. Kr., sed idem 6, 18, 92. *Caerite — Ulixei*. Quum hoc loco Priscianus ipsis verbis Genitivum in *ei* desinentem testetur, in ejus auctoritate acquiescendum putavi. Cf. infra 7, 40. Vanderb. et Jan. ad Od. 1, 6, 7. — V. 64. *Cui patria potior*. Ed. Cuning. — *patriae*.

Si, Mimnermus uti censet, sine amore jocisque
Nil est jucundum, vivas in amore jocisque.
Vive, vale. Si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Mss. Oberl. C. et D. (a 1. m.) Jaeck. 1.

V. 65. *Sin.* Ms. Mon. c. *Si censet.* Ms. Guelf. 4. — *Mimncrmus.* Sic mss. Pulm. 1. 7. 10. alqt. ap. Lamb. Guelf. 4. Dess. 1. Goth. Gott. 1. Graev. Mon. c. Porphyr. ms. Mon. in lemmate, et mult. aliorum qui de suis tacent. Edd. Ven. 479. Muret. Lamb. (qui def.) Cruq. Bersm. Torr. et mult. al. etiam Bentl. recentt. omn. Vid. Kuester. et Bernhardy. ad Suid. h. v. *Mimcrmnus.* Mss. nonnull. ap. Lamb. Edd. Junt. 514. 19. Ald. 519. Asc. 519. (hic obsecutus Philologo, qui ita scribendum censeret auctoritate Suidae!?) Ven. 520. Bas. 531. Glar. *Mincrmus.* Mss. Pulm. 2. 3. 4. Guelf. 3. Dess. 2. Lips. 1. 2. Dorv. 1. 2. Alii aliter et manu scripti et typis expressi. Verba *Mimn.* — *censet* parenthesi includ. edd. Bas. 555. 80. Fabr. 78. Chab. Val. — *locisque.* Ms. Ik. 1. sic et cod. Mentel. v. 66.

V. 66. Deest hic versus in Guelf. 1. 2. Gott. 1. (sed in hoc ascriptus ab eadem manu, in Gu. 2. ab alia). Post hunc v. Buherius vv. 15. 16. collocat. — *jocundum.* Mss. Guelf. 3. 4. Berol. 1. 2. Gott. 1. Dess. 2. Lips. 1. Graev. Rudolst. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. Lips. 492. Loch. 498. Junt. 519. Cun. Oberl. Praedic. Cf. Cort. Gerl. et Kritz. ad Sall. Jug. 85, 41. — *vivat.* Ed. Junt. 515. 19. — V. 67. *novistis melius.* Ms. Guelf. 1.

V. 68. *Callidus.* Ms. Mon. e. — *inperti.* Sic mss. Ik. 4. Lips. 1. 2. Graev. — *imparti.* Mss. Fe. 1, i. 3, a. Gott. 2. (in 1. errasse videtur Gesner., qui formam eandem annotavit) Mon. l. Rudolst. Edd. princ. ap. Fe. Med. 476. Ven. 478. (teste Fea) 79. 81. 86. 90. 92. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. Asc. 511. (non 519) Cuning. Sed vide Klotz. ad Cic. Tusc. 5, 13, 40. Zumpt. ad Cic. Offic. 1, 26, 9. Daehn. ad Nep. Att. 1. — *si nil.* Mss. Gesn. 3. Fe. 1, g. 2, h. 3, d. 5, e. Jaeck. 5. Orell. bc. Lips. 1. 2. Dorv. 1. Mon. b. Ed. Vascos. — *is utere.* Ms. Santen.

COMMENTARII

IN

HORATII EPISTOLAM SEXTAM

LIB. I.

Nullus fere officii locus est, quem non sua vel verborum festivitate, vel sententiarum gravitate ornarit Horatius. In hac Epistola locum quendam a summis philosophis expositum ita aperit, ut philosophum agnoscas et poetam videas. Est is locus *de summo bono*. In quo tractando partes agit modo philosophi, qui omnem beatitudinem in ἀθαυμαστίᾳ sitam docet, modo hominis Romani, qui summum bonum vitae commodis et praesidiis metitur. Qua quidem in re i. e. in permixtione atque conjunctione quae videtur rerum contrariarum cernitur Poetae ars atque virtus scribendi. Haec ita fugit interpretes, ut non multum abesset, ut quidam monstrum dicerent. Nulla enim epistola est, in qua explicanda, sive si summam, sive si singula respicias, viri docti in tam varias et paene contrarias partes quam in hac abierint. Sed illud ante. Poeta igitur summum bonum constituit ex ea, quam et ipse sibi finxit et quam vulgus hominum fingere solet, ratione. Utrumque autem mira arte permiscet et conjungit Horatius, ut simplex dumtaxat fiat et unum. Quo factum est, ut quae ad rationem scribendi pertinerent, personae i. e. *Numicio* tribuerent. At Epistola, ut mea quidem fert opinio, eodem modo inscripta est

Numicio, quo XVI. Quintio, vel XIX. Maecenati. Quapropter levis illa ironia per totam Epistolam diffusa rem perstringere, non personam putanda est. Cf. annot. ad Epist. 1, 1. p. 25. et ad 5, 8. 9. p. 254. His positis summa Epistolae paucis concludi potest verbis:

Est summum bonum idque positum in ea vivendi ratione, ut perturbationum expers sis, nihil neque cupiens nec timens. Quodsi haec conditio te reddit perfecte beatum, hanc *unam* ceteris studiis omissis sequere *virtutem*. V. 1—14. Quae si ad bene vivendum non satis posse videbitur, ad *divitiarum* summum bonum te confer et in eo consequendo quasi tabernaculum vitae colloca. V. 15—31. Idem faciendum, quum tibi proposueris tertium quoddam summi boni genus, quod cernitur in *honorum* amplitudine ac splendore, v. 49—55, vel quartum, quod situm est in *vita lauta* mensaeque deliciis. V. 56—64. Sin magis placuerit aliud summum bonum, quod est in *amore*, huic totum te trade. V. 65. 66. Haec quidem habeo exponere; si saniora melioraque scies, me doce, sin minus, utere meis. V. 67. 68.

Si quaeritur, cur talia Horatius cum Numicio communicarit, id me nescire ingenue fatebor. Quanquam in promptu est conjectura satis probabilis, ultra quam nemo, ne politissimus quidem, progredi potest. Aut Numicius Poetam adhortatus est, ut cujus rei olim fecisset mentionem Sat. 2, 6, 76., eam persequeretur plenius, aut Horatius se ipso auctore hanc de summo bono disputationem Numicio inscripsit, quem utpote virum bene natura constitutum talibus praeceptis delectari probe nosset. Orationis color per totam fere Epistolam unus est et sibi similis, nisi in eo loco, quo Poeta acerbius in eos invehitur, qui gulae inservientes omne deponunt vitae decus. Ceterum si ad veritatem revocaverimus rationem, nemo erit, qui non sentiat, quanta cum dexteritate ridens Poeta sententiarum gravitatem paulatim solverit in risum, quum ad ea declinaret, quae non ex philosophorum penu essent deprompta, sed ex Romanorum schola, ut ita dicam, vitae. Et haec ipsa bonorum externorum descriptio ita comparata est, ut *virtus* altissimum locum in homine et maxime excellentem teneat ceteraque bona appareant ridenda atque despicienda. Cf. annot. ad v. 28. 31. *Numicium* autem, cui inscripsit hanc Epistolam politissima doctrina refertam, non magis novimus quam *Bullatium*, *Numonium* aliosque complures. Plura et notiora de *gente Numicia* qui scire cupiant, eos

amendem ad *Torrentium* vel *Wielandium.* A Lubino, ut refert *Schmidius*, Numicius vocatur L. Minucius Plancus, sed causam non addit.

Ab hac quam proposui sententia haud scio an prope absit *Brieglebius* et propius *Koenigius*, quanquam ille summam Epistolae ita connectit: „Despicientia rerum externarum via ad bene beateque vivendum est, virtus sola bona expetendaque, alia omnia, quae vulgo expeti solent, caduca ac saltem cum vita amittenda, neque re vera salubria.“ Ceterum monet idem vir doctus, „quod summum et obcoecatum cujusque rei studium ponat Poeta, id ad irrisionem accommodatum esse.“ Quodsi duo illi viri rem a persona Numicii probe disjunxerunt, *Wielandius* longe aliam ante eos munivit interpretandi viam, ita ut Numicium opinaretur fuisse hominem inconstantem, cui, quum modo hoc, modo illud probasset secutusque esset, Horatius auctor fuisset, ut certam vivendi rationem eligeret eique tenaciter adhaereret. *Wielandii* vestigiis ingressi sunt *Wetzelius*, *Zeunius*, alii. Sed, ut alia omittam, hoc uno refellitur eorundem interpretandi ratio, quod in priore Epistolae parte Poeta ipsis verbis dicit, nihil admirandum esse, neque honores, neque divitias, neque alia talia. An dices, nihil admirari eum, qui aut avaritiae, aut gulae, aut amoribus inservit? Quapropter ingeniose dicit *Fr. Jacobsius*, Numicii effigiem a Wielandio fictam videri simillimam Demi Atheniensium a Parrhasio picti, in quo auctore Plinio artifex voluerit *omnia pariter ostendere.* *Orellius* autem, quod mireris, quanquam *Wielandii* mirum de Numicio commentum impugnat, alia via sive invitus sive inscius in ejusdem castra transiit. Exemplo autem praeiverunt *Zellius* et *Hochederus*, quum Horatium crederent alterutram conditionem commendare voluisse hoc fere modo: „ubi videris, virtutem solam posse nobis animi tranquillitatem et vitam vere beatam praebere, hanc ipsam unice sequere; sin secus senseris, praestat vel divitias, vel populi favorem et honores adeoque luxuriam et voluptates strenue sectari, quam trepidare in vitae rationibus, titubare, alia sentire et loqui, alia factitare.“ At huic si assensus fueris interpretationi, sane verendum erit, ne Horatius suo ipsius se jugulaverit gladio. Quis est, qui credat, Poetam, qui omnem animi aeruginem omnesque pusilli animi curas nihili floccique duxerit, a sententia gravissima in initio Epistolae proposita ad commendandas res tam inanes et libero homine indignas non simulate descendere potuisse? Quis est, qui sibi persuadeat, Ho-

ratium, „uni aequum virtuti atque ejus amicis," ad res non ita honestas ea mente esse cohortatum, ut constantia quaedam vitae servaretur? Recte igitur *Groebelius* utriusque viri interpretationem improbavit, quanquam vir ille doctissimus in aliud contrarium videtur incidisse, quum sententiarum ordinem esse opinaretur huncce: „Primarium et maxime vitae beatae praesidium eo continetur, ut plane nulla re, nedum his humanarum rerum ludibriis ac sordibus perturbere. Hoc ita verum est, ut, qui secus sentiat ac vitae felicitatem animique tranquillitatem vel in divitiis (v. 32—48) vel etc. positam putet, ipso earum rerum studio vel usu convictus in summo se errore versari intelligat, quandoquidem ea omnia, sive ut fines, sive ut adjumenta spectantur, quum per se et natura sua, tum ob cupiditates, quibus, qui ea sequitur, perturbetur necesse est, obsunt potius, quam prosunt vitae felicitati, animumque ut curis, ita corpus laboribus fatigant, quibus quidem ipsis levari se unusquisque quam maxime cupit." Si haec esset Poetae mens, non eum rem tam planam in incertum atque ambiguum implicaturum fuisse crediderim. Difficultatem hujus Epistolae argumentum recte enodandi quum bene sensisset *Buherius*, Francogallorum olim decus atque inclutum nomen, novam quandam sibi excogitavit rationem, qua Gordium illum nodum non tam solutum, quam incisum videas. Quid multa? Transposuit versus hoc quidem ordine: 1—14. 28—48. 17. 18. 20—23. 49—55. 19. 24—27. 56—66. 15. 16. 67. 68. Quae vir ille acute docuit, ita comparata sunt, ut eximie faciant ad eam quam equidem ingressus sum interpretandi rationem, ita ut, si disputationis summam hic curavero typis describi, lectorum me sperem inituram esse gratiam. Disputatio illa legitur in „*Remarques Inédites du président Bouhier, de Breitinger et du Père Oudin, sur quelques passages d'Horace, avec une lettre sur l'A. P. et sur la Sat. IV, Liv. II.; publiées par G. Prunelle, Docteur et Bibliothécaire de l'Université de Montpellier* etc. *à Paris, chez Delange* etc. 1807. p. 80 sqq. „Avant que d'expliquer (p. 82) le sens de cette épître, suivant que je viens de la exposer, il faut montrer que de la manière dont elle est dans les manuscrits, aussi bien que dans les imprimés, on ne peut en tirer aucun sens raisonnable. Le dessein d'Horace, si l'on en croit M. Dacier, est de faire voir que c'est à tort que nous cherchons notre véritable bien dans les richesses et dans les honneurs; et que tout ce qui excite dans nos coeurs l'admiration ou l'envie, y excite par un suite né-

cessaire la crainte ou le désir. Ce qui nous trouble, nous agite et par conséquent nous rend malheureux.

Si l'on s'en tient aux 27 premiers vers, cela peut être vrai. Mais on peut dire que dans tout ce qui suit, si l'on en excepte deux ou trois vers, tout rend au contraire à le détruire.

En effet, dans le commencement de cette épître, Horace établit que: le sage n'est vraiment heureux qu'en ce que rien ne le touche, ni l'étoublit; et comme il est incapable de rien désirer, aussi ne peut-il rien craindre. D'où il tire la conséquence que ce n'est pas être sage que de courir après les richesses, qui sont des sources inépuisables de désirs et de craintes. Ensuite s'adressant à ceux qui traitent la vertu de chimère, il était naturel qu'il leur fit connaître leur erreur et leur illusion. Loin de là, il demeure d'accord que sans argent on ne pouvait avoir ni femme riche, ni amis, et qu'au contraire avec de biens l'on était noble, beau, éloquent et bien venu des dames. Enfin il conclut que si c'est le bien seul qui peut rendre un homme heureux, comme on en peut juger par les avantages qu'il a rapportés, on ne doit plus songer jour et nuit qu'à en amasser. Que dit-il ensuite pour combattre cette morale? Bien du tout; et l'on ne peut pas dire qu'il l'ait débitée ironiquement, car il l'aurait ensuite réfutée, ou en aurait fait sentir le ridicule par quelque trait. Mais au contraire, il la propose à peu près dans les mêmes termes qu'il avait proposé la vertu; car, comme il avait dit de celle ci,

Nil adm. — beatum

il dit de même des richesses:

Ergo — omittas.

Horace parlant ensuite de ceux qui sont entêtés des charges et de la faveur du peuple, qu'ils tâchent de gagner par toutes sortes de caresses; bien loin de les en détourner, il les y excite, et leur enseigne ce qu'il faut faire; en quoi il s'écarte encore du dessein qu'on lui attribue. Enfin il finit cette épître en adoptant la morale de Mimnerme, qui était que pour être heureux il fallait passer sa vie dans l'amour et dans la joie; et c'est le modèle qu'il propose à son ami, lui disant qu'il ne sait rien de mieux pour vivre content.

Vivas — mecum (2.)

Il me paraît que cette conclusion est bien différente de l'Ex-

orde, et qu'on pourrait appliquer à cette épître ce vers de notre poète:

Humano — velit etc.

C'est ce qui m'a fait dire que je n'y trouvais aucun sens raisonnable, et ce qui m'a persuadé qu'il y avait quelque dérangement dans cette pièce. Il ne me reste plus qu'à montrer qu'en la rétablissant dans l'ordre où je l'ai mise, elle aura un sens plus net et mieux suivi.

Tout le monde sait qu' Horace était Epicurien, et qu'il s'en faisait gloire. Mais il n'était pas aussi tellement attaché à cette secte, qu'il n'osât s'en écarter en rien du tout. Il n'était attaché servilement à aucun maitre, comme il le dit lui-même, Ep. I. 1.

Nullius — magistri.

Ainsi il s'était fait un système de morale à sa mode, et pouvait être appelé abnormis sapiens comme dans la Sat. 2, 2. il appelle je ne sais quel Ofellus.

Sur ce plan, dans l'épître en question, il expose à son ami le principe des Epicuriens pour parvenir à la béatitude, qui est de nous defendre d'une trop grande admiration pour tout ce qui paraît beau et bon dans le monde. Car, comme c'est la source de nos cupidités c'est aussi celle de nos soucis et de nos peines. Il lui enseigne ensuite que le seul remède contre ce mal, c'est de s'attacher à la vertu, et que toutes les autres routes, pour devenir heureux, sont trompeuses et illusoires. Il le prouve d'abord par celle des richesses, et montre que quand nous voulons approfondir les motifs qui nous portent à nous donner tant de soins pour en amasser, nous trouvons qu'ils sont faibles et ridicules. De là il passe aux ambitieux, et leur montre encore qu'ils travaillent encore bien mal à propos pour acquérir des honneurs, que la fortune accorde d'ordinaire à des gens obscurs pour les ôter à ceux de plus grande naissance, ou que la mort en tout cas fait bientôt perdre. Il parle ensuite de la gourmandise, qu'il n'a pas de peine à combattre, et conclut enfin en adoptant la maxime de Mimnerme, qui est de temperer l'austérité de la philosophie par un peu d'amour et de joie, et se propose en cela pour modèle à son ami."

Huic commentationi adjunxit liberiorem verborum interpretationem, quae, quia in ficto eorum ordine innititur, a vero saepe aberrat.

De Epistola ipsa *Jul. Caes. Scaliger* (Poetic. 6. p. 808) sinistre

judicat, quum „sextam dicit nugatricem esse de beatitudine.“ Quod idem disputat de ambiguitate verbi *admirandi*, nihil agit. Poeta enim animi sui satis evolvit complicatam notionem. Rursus alii hoc Epistolicum poema meliore pensarunt trutina, ut Landinus, cui haec Epistola *aurea*, Parthenius, cui *admirabilis*, Torrentius, cui *erudita* dicitur.

Epistolam haud ante annum 729. scriptam esse ex versu 26. vere conjecit *Massonus* (Horat. Vit. p. 213.); si quis accuratius definiri cupiat scriptionis tempus, propter vv. 7. 33. 52—54. annum 734. vel 735. (Varr.) dixerim. Vide ibi annotata. Idem sentit *Grotefendus*, qui l. l. p. 474. Epistolam ad annum 735. referendam arbitratur; dissentit *Kirchnerus*, quum in tabula chronol. annum 738. scripsit. *Valartus* et *Dorighello* eam anno 730. scriptam opinantur. Cf. *Car. Frank*. Fast. Horat. p. 204.

Singillatim in Epistolam sextam diversa quidem ratione commentati sunt *Jo. Aug. Briegleb* in *Epistola ad societatem privatam Gottingensem studiis humanioribus addictam missa* etc. Coburgi et Lipsiae, sumtibus J. C. D. Sinner. 1805., *Ge. Ludov. Koenig* in Progr. schol. *de Horatii libri primi Epistola sexta*. Utini 1826. (pertinet tantum ad priores 16 versus), *Chr. Ern. Aug. Groebel* in Progr. schol. continente *editionis Horatii a Christ. David. Jani curari coeptae absolvendae specimen* III. Dresdae, typis C. G. Gaertneri 1835. Haec scriptio una suppeditat Poetae verba, quae textum vocant. Cum his confer, quae de prioribus verss. eleganter disputarunt *D. Ludov. Doederlein* in *Lectionum Horatianarum decade.* Erlangae, typis Jungeanis 1828. p. 8—12, *Fr. Jacobs* in „Vermischt. Schrift.“ V. p. 151—161. His adde, quem laudat Schmidius ad v. 1., *Chr. W. Snell* „*über das Horazische Nihil admirari.*“ Wiesbaden 1824. et „Vorschlag zu einem Vergleich zwischen dem Herrn Verf. der neuen Bibl. zu Halle und dem Inspector Heumann; *wobey zugleich das Nil admirari Horatianum erklärt wird.* Eisenach 1712.“ In patrium sermonem singillatim transtulerunt *Herder* in Adrastea I, 2. p. 275—280, *Briegleb* ad calcem libri, ut ait l. l. p. 24., „*Schule der Weisheit nach Epictet.*“ Coburg. 1805. Sinner., *Dr. Nürnberger* in „Freimüthigen“ 1824. Nr. 126.

V. 1. 2. *Nihil admirari — beatum.* Definitio summi boni et ad id assequendum invitatio. Qua quidem in re Horatius utitur praecepto quodam varia saepe ratione ab antiquis philosophis, ut Py-

thagora, Democrito, Heraclito, Zenone, aliis ad res humanas accommodato. Sic Democritus ap. Orell. I. p. 94: Σοφίη ἄθαμβος ἀξίη πάντων τιμιωτάτη οὖσα. Imprimis huc pertinet ejusdem εὐθυμία, quam eandem ἀθαμβίαν et ἀθαυμαστίαν dixisse dicitur, καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγη, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου, ἢ δεισιδαιμονίας, ἢ ἄλλου τινος πάθους. Vid. Diog. Laert. 9, 45. Orell. I. p. 116. nr. 123. p. 92. nr. 1. Madv. ad Cic. Fin. 5, 8, 23. 29, 87. Cf. Petr. Victor. Var. lectt. 35, 6. Similia aliorum collegerunt *Gataker.* ad Marc. Antonin. 1, 15. p. 19., *Schmidius* et *Orellius* ad h. l. Cf. etiam *Wieland.* N. 1. *C. Passov.* N. 60. et *Fr. Jacobs.* p. 160. Quemcumque hic sequitur Horatius sive Democritum, sive Zenonem (τὸν σοφὸν οὐδὲν θαυμάζειν τῶν δοκούντων παραδόξων ap. Diog. Laert. 7, 123.), sive Aristippum, cujus erat, *sibi res, non se subjungere rebus* (Epist. 1, 1, 19.), sive alium quendam, illo *nihil admirandi* praecepto nihil aliud jubet parari nisi animum aequum et tranquillum, qui neque cupidine neque timore se abripi patiatur. Ab hac philosophica quasi significatione non multum abhorret quae aliis locis in verbis *admirari, mirari,* θαυμάζειν inest. Vid. Mitsch. ad Epod. 3, 10. Od. 3, 29, 11. Schmid. ad h. l. v. 9. Gernh. ad Cic. Offic. 2, 16, 56. Manut. ad 2, 10, 36. Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 24. 141. Klotz. ad Cic. Tusc. 5, 3, 8. Fabri. ad Liv. 22, 30, 1. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. 5, 81. Heinrich. ad Juv. 13, 16. Markl. ad Stat. Silv. 4. p. 302. ed. Dresd. Burm. ad Anth. lat. I. p. 456. Cuper. Obss. 2, 1. Wopk. Lectt. Tull. 2, 1. p. 165. ibiq. Hand. Casaub. ad Theophr. Char. 5. p. 64. F. Valken. ad Eurip. Hippol. 106. Sintenis. ad Plutarch. Themist. p. 175. Pro synonymo quodem H. habet *stupere* et *torpere.* Vid. Doer. et Orell. ad Sat. 2, 7, 95. coll. 1, 4, 28. 2, 2, 5.; contraria sunt *despicere, contemnere.* Vid. Gesn. Chrest. Cic. p. 546. Qui igitur nihil *admiratur,* ex sententia Poetae is est, qui, ut ait Cicero in Tusc. 4, 17, 37., *moderatione et constantia quietus animo est sibique ipse placatus, ut nec tabescat molestiis, nec frangatur timore, nec sitienter quid appetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat.* Senec. Epist. 8. *Cogita, in te praeter animum nihil esse mirabile, cui magno nihil magnum est.* Inde Lucretii illud, quod comparat Campenon: *Omnia enim stolidi magis admirantur amantque.* *Charpenterius* hoc videt praeceptum, „ut ab externarum te rerum servitio emancipes,

quod justa earum rerum aestimatione fieri possit.“ Quod addit Hor. *una solaque* est, ut vacuitatem ab admiratione non modo omnium maxime, sed et *solam* i. e. aliis rebus exclusis praestare vitam beatam demonstret. De hac excludendi vi *Koenigius* bene comparat Quintil. Inst. 1, 5, 38. cf. Bentl. ad A. P. 32. De simili verborum εἷς et μόνος usu nuper dixit *Steinhartus* in Meletem. Plotin. p. 45. Similes sunt formulae: Plin. Paneg. 76, 4. *Unus solusque censebat.* Juv. 8, 19. *nobilitas sola est atque unica virtus.* Cic. Acad. 1, 10, 35. *idque appellaret* (Zeno) *honestum, quod esset simplex quoddam et solum et unum bonum.* Tacit. Dial. 34. *solus statim et unus cuicumque causae par;* ubi cf. Orell. Mitigat tamen sententiam παράδοξον adjecta particula *prope*, ut Sat. 1, 3, 98. *utilitas justi prope mater et aequi;* Epist. 1, 18, 27. 2, 2, 21. 61. (ad quem locum Bothius erravit in ed. Gesn., meliora edoctus a Schadeberg. in Seebod. Archiv 1832. III. p. 419.) A. P. 432. Cf. Heind. ad Sat. 2, 3, 32. Quapropter dissentio a *Doederlinio* meo, quum in his locis particulae *prope* significationem *plerumque* tribuit, ut „tota sententia non placito e Stoicorum [vel aliorum] disciplina repetito similis sit, sed narrationi ejus, qui experientia et usu hominum et observando animadvertendoque, quae uniuscujusque esset sors quique animorum habitus, didicerit, iis, qui cuipiam servirent cupiditati, perraro obtingere felicitatem.“ Quidni licuerit Poetae suum interponere judicium circumspectum, quod sententiam illam non tam „infringit atque restrictione quadam religiosa ac prorsus languida imminuit“, ut opinatur V. d., quam majorem ei conciliat probabilitatem, quippe qui non nescius esset, philosophos etiam alios constituisse fines bonorum? Huc accedit, quod ipse alia deinceps genera bonorum proponere in animo habuit, quibus non omnis deroganda erat fides. Quin immo ipsa illa notio *plerumque*, quae sapit expertum quasi Rupertum, omnem totius Epistolae sententiam delumbat atque immutat. Dubito quoque, num accurata sit *Orellii* interpretatio: „im Ganzen genommen.“ Qui autem, ut *Sanadonus*, *admirari prope* distinguunt, quia „Dei sit, non hominis, nil admirari; sapientis autem, non admirari quod vulgus fere soleat“, ii plus justo acuti sunt atque subtiles; quis enim Ciceronem castigavit, quum idem aliis verbis in Tusc. 4, 17, 38. dixisset: *his autem* (perturbationibus) *vacuus animus perfecte atque absolute beatos efficit?* Cf. ibid. 5, 14, 40. 41. et 15, 43. 44. 16, 48.

V. 3. *Hunc solem — momentis.* *Hunc solem* i. e. vel quem admiramur, vel quem cernimus; sic Cic. N. D. 2, 2, 4. *Aspice hoc sublime candens, quem invocant* Jovem. Id. 1, 34, 95. (Heind.) *cur aut in solem illum aut in hunc mundum cadere non potest?* Cic. pr. Mil. 30, 83. *quem — neque sol ille, nec coeli signorumque motus, nec vicissitudines rerum atque ordines movent?* Plaut. Bacch. 4, 4, 48. *si tu illum solem sibi solem esse dixeris.* Cic. Tusc. 1, 25, 60. *hoc nebuloso et caliginoso coelo.* Cf. Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 61. et Wagn. Qu. Virg. XX, 1. — *momentis.* Sic 10, 16. *momentaque leonis.* Cic. Tusc. 1, 17, 40. (Wolf.) *ut quasi habeant partita inter se ac divisa momenta.* Manil. 3, 289. *paribus per tempora versa Momentis redeunt.* In sententiam ipsam Lucret. 5, 1436. *Sol et luna suo lustrantes lumine circum Perdocuere homines, annorum tempora vorti, Et certa ratione geri rem atque ordine certo.* Id. 2, 1030—39. Catull. 65, [66], 4. (ibi Vulp.) *Ut cedant certis sidera temporibus.* Tib. 1, 4, 20. *Annus agit certa lucida signa vice.* Cic. N. D. 2, 38, 97. *Quum tam certos coeli motus, tam ratos astrorum ordines viderit.* Ibid. 2, 21, 55. 37, 95. 46, 119. 62, 155. Tusc. 1, 28, 68. 5, 24, 69. et Arat. 10—13. de Invent. 1, 34, 59. Cf. Voss. et Wagn. ad Virg. Ge. 1, 335. Heyn. ad 1, 6. Xenoph. Mem. 4, 3, 3—9.

V. 4. *Sunt, qui — spectent.* Sententia: „Sunt, qui spectando coelestium ordine nullo afficiantur timore (Epist 1, 16, 53), quippe qui rerum naturalium gnari nullam iis credant esse in vitam et res humanas vim potestatemque.“ Constat, quantum veteres Romani tribuerint scientiae diuturna observatione siderum partae, „qua“, ut ait Cicero de Divin. 1, 1, 2., „praedici posset, quid cuique eventurum et quo quisque fato natus esset.“ Mitsch. et Orell. ad Od. 1, 11, 2 sqq. 2, 17, 17—24. Schmid. ad Epist. 2, 2, 187. Rupert. ad Juv. 6, 533 sqq. ad Tacit. 2, 27. Casaub. ad Pers. 5, 46 sqq. Loers. ad Ovid. Heroid. 8, 88. Cic. N. D. 2, 42. 43. 47. Censorin. de D. N. 8. Senec. Epist. 88. et quos laudat *Lübker.* in Horatianis. Schlesw. 1840. p. 9. Cf. C. Passov. N. 70. et Zimmermann. im Morgenbl. 1839. N. 126. p. 503. „Ueber Geisterglauben und Geisterfurcht bei den Alten.“ Idem sentiunt *Wielandius*, *Fr. Jacobsius*, *Groebelius*, *Orellius.* Alii, ut *Koenig.*, Democritum vel Epicurum hic intelligi volunt, qui quidem opinione Deorum vim ad mundum pertinere sublata homines terrore

sempiterno ac nocturno metu liberarint. Sat. 1, 5, 101. Lucret. 5, 1205 sqq. Cic. Tusc. 1, 21, 48. Cf. Giese ad Cic. de Divinat. 2, 18, 42. 72, 149. Ad quos prope accedunt *Rappoltus* (p. 587.), qui *formidinem* intelligit religionem vel numinis metum, *Juvencius*, qui religiosam venerationem, *Schmidius*, qui horrorem quendam numinis sive terrorem, ut Val. Fl. 2, 433. Tacit. Germ. 40., significatum vident. *Frischlinus* autem et *Lubinus*, paraphrastae illi, non tam „physicos, qui detectis rerum naturalium causis formidinem depellant, quam viros fortes, magnanimos et excelsos, quorum quidem fortitudo conscientia recte factorum nitatur, ut Od. 3, 3, 1—8; alii Pyrrhonicos sive scepticos, qui „propter veri falsique confusa signa ut nihil definiant pronuntientve, ita ad nullam rem nos obstupefieri velint“; alii ipsam multitudinem, „quae coelestia illa parum curet aut naturali quodam torpore et languore impedita aut diuturna asuetudine decepta, ita ut ordinarium naturae siderumque cursum vix contemplatione sua dignetur.“ Cic. N. D. 2, 38, 96. Lucret. 2, 1038 sq. Auct. ad Herenn. 3, 22, 36. In promptu autem est, illos, sive philosophi sint sive omnino homines eruditi et rerum naturalium scientia politi, ut laudentur, non ut tanquam athei vituperentur (ut opinantur Torr., Baxt., Sanad., alii), hic commemorari, quia qui sine formidine coelestia spectant quasi iis exemplum proponuntur, qui res humanas admirantur. Dubito autem, num recte *Doederlinius* verbo *formidinis* (quod verissime interpretatus est in Synon. II. p. 199. cf. Drak. ad Sil. 1, 82. Rupert. ad. Tac. Germ. 39, 4.) vim verbi „θάμβος, staunende Bewunderung“, tribuerit, quum sententiarum ordinem versuum 3—8 sic constitueret: „Giebt es doch sogenannte starke Geister, für die selbst die grosse Natur in ihrer Herrlichkeit kein Wunder ist! [Wenn man diese Athaumastie für Seelengrösse zu halten geneigt ist]. Wie kleinlich sollten da billig vollends die irdischen Güter scheinen! etc. Similem sententiam expresserunt *Minos*, *Sanadonus*, *Dorighello*. At verborum ratio

V. 5—11. *quid censes — utrumque* cum antecedentibus connexa haec est: *Ut quidam spectandis coelestibus non percelluntur metu, ita ne terrestria quidem nos movere debent. [Quemadmodum autem in illis imprimis est rerum futurarum formido, ita in his rerum praesentium cupido.] Qui quidem bona quae vulgo habentur non appetit vel se appetere negat, at fugit contraria, is eodem fere afficitur modo. Etenim uti cupiditas, ita metus ex animo admirante, i. e. perturbato, proficiscitur. Utrumque*

autem et cupere et metuere non est sine quodam pavore, qui quidem omnis adversatur praecepto illi, noli admirari." Quodsi Poetae complicatae notiones recte sic erunt evolutae, cadet illa ratio, quam *Hellerus* (ap. Doederl. p. 12) de conjectura quorundam proposuit: „Stulti sunt homines in utramque partem: alii ne ea quidem admirantur, quae maxime sunt admirabilia, contra alii ea quoque stupent, quae nulla digna sunt admiratione"; cadet *Koenigii* interpretatio: „sunt homines ab omni superstitione remoti, ut ne cogitatione quidem deorum, quam coeli aspectus movere potest, perturbentur, animoque tranquillo coelestia contemplentur, quanto minus animum nostrum movere debent ea, quae terra et mare effert; seu: sunt, qui vel deos negligant et contemnant, nonne multo magis ea negligenda et contemnenda sunt, quae *iidem* tanti aestiment, quorum cupiditate animi eorum ita perturbentur, ut vitam miserrimam agant"; occurretur quaestioni illi, utrum idem subjectum in utraque enunciatione [ut interpretantur Wielandius, Charpenterius, alii] statuendum sit nec ne, occurretur dubitationi quoque, quam de tota comparatione movit *Hellerus* his fere usus verbis: „ex iis, quae causam admirationis alterius e comparatis membri continent, metus quidem et gaudium in alterum etiam cadunt, quae autem maximum omnino faciat momentum possidendi cupido, non item. Terrestria enim illa, divitiae, honores, plausus non solum possunt possideri, sed etiam non nisi possessori prosunt, solem autem et stellas possidere nemo non modo potest, sed ne vult quidem, quoniam vix plus utilitatis, plus lucis vel caloris inde accepturus esset, si possideret. Quem quidem defectum sensisse videntur *Cruquius* et *Dacerius* pro possidendi cupidine substituentes cupidinem *cognoscendi*" etc. At omnis in eo vertitur cardo, quod Horatius *admirandi* verbo fere id quod inde efficitur, vel cupidinem vel metum vel utrumque indicat. Cf. Heinr. ad Juv. 10, 4. Consulto igitur *formidinis* contraria (v. 4) tecte ponitur *cupido* (v. 5—8). Aliter qui statuunt, omnem loci subdifficilis pervertunt elegantiam. Similia contraria, quanquam alia atque hic est ratione proponunt Cicero et Seneca, ille in Academ. 2, 41, 127. et in Tusc. 4, 17, 37.: *Quid enim ei videatur magnum in rebus humanis, cui aeternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo?*, hic in N. Qu. 1. p. 647. praefat.: *Tunc juvat inter sidera ipsa vagantem divitum pavimenta ridere et totam cum auro suo terram* etc. Illis assentitur Boethius in Consol. philosoph. 3, 8. *Respicite coeli spatium, firmitudinem, celeritatem,*

et aliquando desinite vilia mirari. Ceterum verbum *spectandi* in hac re usitatum recte ex eodem Senecae loco p. 648 observant *Fea* et *Schmidius*, adde interpp. ad Liv. 24, 34, 2. et ad Justin. 1, 1, 10.

V. 5. 6. *quid censes — Indos?* Recte hic intelliguntur aurum, argentum, lapides similesque res pretiosae; noli autem, quod *Koenig.* fecit, *terrae* referre ad voc. *ditantis;* hoc ne fiat, prudenter cavit Horatius interposito *quid. Munera terrae* dici ut *dona hortorum* Prop. 4, 2, 42., *munera Liberi* Od. 1, 18, 7., *munus Cereris* Ovid. Met. 10, 74., res nota. — V. 6. *Quid — Indos.* Intellige praeter cetera margaritas atque uniones, gemmas, quas quidem e mari effundi credebant homines veteres. Magnum autem earum fuit pretium, quae ex India atque Arabia advehebantur. Vid. Plin. H. N. 9, 35. 37, 6. 7. 8. Salmas. ad Solin. p. 784. Aelian. H. A. 10, 13. Ita Curt. 8, 9, 19. *Gemmas margaritasque mare* (Indicum) *litoribus infundit. Neque alia illis major opulentiae causa est.* Ovid. de Med. fac. 21. *Induitis collo lapides Oriente petitos.* Id. A. A. 3, 129. Tibull. 4, 2, 19. *Et quoscumque niger rubro de litore gemmas Proximus Eois colligit Indus aquis.* Id. 2, 2, 15. 4, 30. 3, 3, 17. Propert. 1, 8, 39. *Hanc ego — non Indis flectere conchis — potui.* Id. 1, 14, 12. 3, 3, 2. Virg. Cul. 66. *Indi Ornat bacca maris flagrans.* Sil. Ital. 12, 230. *miro candoris honore Lucet in aure lapis rubris advectus ab oris.* Senec. Hippol. 391. *nec niveus lapis Deducat aures, Indici donum maris.* Id. Thyest. 371. *Qui rubri vada litoris Et gemmis mare lucidum Late sanguineum tenent.* Martial. 5, 37, 4. *Cui nec lapillos praeferas Erythraeos.* Eleg. in obit. Maec. 20. *vincit beryllus arenas, Litore in extremo quas simul unda movet.* Boeth. 3. Metr. 3, 3. *Oneretque (dives) baccis colla rubri litoris.* Hieronym. Epist. 8. (I. p. 43. A.) *Ut taceam de inaurium pretiis candore margaritarum rubri maris profunda testantium.* Cf. Fea et Orell. ad Od. 3, 24, 48. Broukh. et Voss. ad Tib. 4, 2, 19. Dissen. ad eund. 1, 1, 51. et de divitiis utriusque populi Schmid. ad h. l. et 1, 7, 36. Orell. ad Od. 3, 24, 1. Qui merces Indicas et Arabiae aromata, quae maritimis advecta sint cursibus, intelligunt, non vident, litorales gemmas et similia potius videri divitias, quam quae mari importentur mercimonia, ut bene observavit *Turnebus* in Adv. 22, 8. Qua mente dixerit utrumque *extremos,* quod negat *Britannicus,* docebunt annotata ad Epist. 1, 1, 45. 46. et *Wernsdorfius*

ad Poet. lat. min. III. p. 501. Quapropter mira videbitur *Brieglebii* interpretatio, qua *extremos* conjungit cum *maris* pro Arabibus extrema maris seu extremos fines maris incolentibus, ἐςχάτους θαλάσσης. De Arabibus ipsis Virg. Ge. 2, 114. *Aspice et extremis domitum cultoribus orbem Eoasque domos Arabum.*

V. 7. 8. *Ludicra — ore? Ludicra* i. e. spectacula, ludi, ut ap. Liv. 1, 9, 13. 35, 9. Cf. Madv. ad Cic. de Fin. 1, 20, 69. Cur hoc vocabulo hic usus sit Horatius, recte significat *Doederlinius* in Syn. II. p. 31. Quanquam ludi, maxime Circenses et gladiatorii (perperam alii solos intelligunt scenicos, vid. Dac.) maximae erant Romanis delectationi (Cic. Epist. ad Div. 7, 1. pr. Muren. 18, 39. Rutil. Itin. 1, 201. Heinrich. ad Juv. 10, 36. 11, 193. Rupert. ad Juv. 3, 223), hic tamen illorum factam esse crediderim mentionem, ut certamen notaretur eorum, qui ludis edendis favorem populi captarent, in quam rem vide *Orell.* et quos laudat *Moebius* ad Cic. pr. Muren. 19, 40. et conf. Beier. ad Cic. Offic. 2, 16. Rupert. ad Tacit. Agric. 6, 7. Wolf. et Orell. ad Cic. Tusc. 5, 35, 102. Loers. ad Ovid. Trist. 2, 508. sq. Suet. Jul. 10. Octav. 43. Claud. 21. Recte hoc sensit *Fr. Jacobs* (p. 153); quapropter ludum Trojae ab Augusto institutum, ut sic *clarae stirpis indoles* innotesceret, significatum opinatur, Sueton. Aug. 43. Heyn. Exc. V. ad Virg. Aen. V. Ruhnk. Lectt. academ. XXII. p. 7. Hanc interpretationem improbat *Groebelius,* quum *ludicra* non alia quam vulgata significatione intelligenda esse dicit. Quicquid est, noli fidem habere neque *Vossio, ludicra* cum *maris* conjungenti atque interpretanti „des Meeres Spieltand", neque *Koenigio, ludicra* explicanti res leves, nullius per se pretii (Epist. 1, 1, 10), quales sint *plausus* et *amici dona Quiritis* [at „Horatii non fuit, dum amici judicium exquirit, suum tam manifesto interponere"; Orellius], neque denique ad figuram illam per ἓν διὰ δυοῖν confugere i. e. plausus in theatris. *Plausus* intellige datos vel talibus ludorum magnificentissimorum editoribus vel omnino viris laude virtutum insignibus; in illam rem *Orellius* confert Cic. pr. Sext. 54. *Ei — qui rumore et favore populi tenetur et ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est;* adde Heind. ad Sat. 2, 3, 185. Foss. ad Tac. Agric. 6. in Progr. schol. Altenburg. 1837. p. 30. et in hanc rem cf. Cic. ibid. 49, 105. 58, 124. Od. 1, 20, 3. 2, 17, 25. Virg. Ge. 2, 508. Lucan. 1, 133. Propert. 3, 17 (16), 18. ibiq. Broukh. Phaedr. 5, 7, 28. Cic. pr. Dejotar. 12, 33. (Moeb.) Sueton. Aug.

56. — *dona Quiritis* i. e. honores delatos per suffragia populi Romani, qui, cui favebat, dedit *imperium*, *fasces*, *legiones*, *omnia*, Juven. 10, 78. Hoc quidem institutum per bella civilia turbatum tunc reduxerat Augustus, Sueton. Aug. 40. Dio Cass. 53, 21. Cum *Wielandio*, qui N. 3. uberius de hac re disputat conf. *Loebell.* in Fr. von Raumer „Histor. Taschenb.“ V. (1834) p. 260 sqq. Quapropter notandi sunt *H. Stephanus* et *Ascensius*, quorum ille (Diatr. p. 100) *plausus* et *dona* per appositionem dici opinatur, hic *dona Romuli amici*, i. e. „munera militaria aut magistratus in republica, cujus Romulus sit auctor.“ Neque approbandus est *Lambinus*, quum dona intelligit Maecenatis et potentioris amici. Eum refutavit *Torrentius* laudato loco Od. 1, 1, 7. 8. Huc accedit, quod *Quiris* quilibet dicitur ex populo Romano vel ex plebe aliquis, quod probatum ivit *Christius* in Noctt. Academ. VI. p. 81. Cf. Cort. ad Lucan. 2, 386. et de numero Singulari Schmid. ad h. l. Orell. ad Od. 2, 7, 3. Rupert. ad Juven. 8, 46. Hauth. ad Pers. p. 340. Loers. ad Ovid. Trist. 2, 569., de formula ipsa: *P. R. Quiritium*, quae tecte hic significatur, Fabr. ad Liv. 22, 10, 2. Pari modo improbaverim *Doeringii* sententiam, qui in edit. min. per *dona*, uti per *munera*, ludos gladiatorios benevoli et liberalis cujusdam aedilis intelligendos putat. — V. 8. *Quo — ore*. Sententiam hujus versus, qua admirantis et modus ratioque et sensa et vultus belle indicantur, infringunt ii, qui verba *quo spect. modo* pro tmesi Interrogativae *quomodo* habent. At illud dicitur, ut Sat. 1, 9, 48 sq. ex mente Scholiastae Cruq.: „quo judicio, quo studio, qua spe.“ *Sanadonus* lapsus est in voc. *ore*: „qu'en faut-il dire?“ At quis est, qui nesciat, *os* sive vultum esse animi proditorem?

V. 9. 10. *Qui timet — pacto*. His verbis quasi iis occurritur, qui quum illa concupiscere negent, tamen his contraria timent, ut sententia sit: „qui his contraria, ut paupertatem, contemptum, repulsam et alia talia tanquam mala fugit, is eo fere modo ea *miratur*, quo qui bona illa cupit, i. e. stupet.“ Non igitur est, ut sentit *Turnebus* (Adv. 22, 8.): „qui timet paupertatem etc. is miratur divitias, plausum, ambitionem et honores“, neque, ut interpretatur *Haberfeldus*, „qui illa bona jam habet et metuit, ne omittat atque in mala incidat, idem illa miratur ut summum bonum“, neque, ut alii opinantur, „qui cupit, idem metuat necesse est; metuens autem eodem isto *admirandi* morbo laborat“, sed [quum Poeta duo constituat hominum genera, unum eorum, qui summa admiratione divitias etc.

appetant, alterum eorum, qui paupertatem etc. omni studio devitent] *timens* fere aeque perturbatur ac *cupiens* (Cic. Tusc. 4, 28, 61.), alter metu mali venientis, alter desiderio boni absentis. Particula autem *fere* sententiam ad id dilatat, quod fieri solet, vid. Hand. Turs. II. p. 694. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. 19, 45. et Klotz. ad Cic. Tusc. 5, 30, 85. Ex mente autem *Koenigii* aliorumque Poeta indicat, „se vulgarem verbi *mirandi* consuetudinem non esse consecutum et effectum communem tantum spectasse.“ De verbo *mirandi*, in quo Horatium ludere in promptu est, laudant Lucan. 2, 28. *Nec dum est ille dolor, sed jam dolus; incubat amens Miraturque malum.* In sententiam conf. Juv. 10, 4. *Quid enim ratione timemus Aut cupimus?* Senec. Epist. 123: *Quod assequi poterimus, si fecerimus duo esse genera rerum, quae nos aut invitent aut fugent. Invitent, ut divitiae, voluptates, forma, ambitio, cetera blanda et arridentia. Fugent, labor, mors, dolor, ignominia, victus astrictior. Debemus itaque exerceri, ne haec timeamus, ne illa cupiamus.* Id. Epist. 110. *si sapis, omnia humana conditione metire: simul et quod gaudes et quod times contrahe.* Cic. Offic. 1, 20, 69.

V. 10. 11. *pavor — utrumque.* Locum haud difficilem explicatu obscurarunt et distinctione et interpretatione interpretes ipsi. At *pavor* (θάμβος, Pind. Nemes. 1, 85. vel ἔκπληξις, Polyb. 3, 81.) consternatio seu mentis alienatio seu perturbatio animi ex re subito oblata orta et in cupiendo et in timendo *molestus* dicitur magis ex sententia philosophi (quod non male conjicit *Koenig.*), quam eorum ipsorum, quos pavor incedit, simulac inopinata species vel boni vel mali praesentis alterum laetitia, alterum dolore percutit, ἐκπλήττει. Paulo aliter hunc locum constituit *Fr. Jacobs.* p. 155., aliter *Dorighello*, ex cujus sententia species rerum obstupefaciunt utrumque, quum *gratae* (?!) sunt; aliter *Piscator:* timentem quidem, si obtigerint insperatae divitiae aut honores: cupientem vero, si acciderint illis adversa; aliter quoque *Groebelius*, cui species dicitur, „quae aut jacturam afferat eorum, quae jam habeas, aut spem consequendi ea, quae cupias, adimat.“ At Poetae mens planius significatur sequentibus verbis, v. 12. Neque assentior Viro doctissimo, quum voc. *molestus* pro Adjectivo, non pro Praedicato habet, ut sit: *molestus pavor est utrobique.* At, ne quid de ipsa verborum collocatione dicam, Horatius ipse v. 14. Praedicatum illud accuratius describit atque definit. Idem testatur Cicero in Tusc. 4, 15, 35. (ibiq. Klotz.)

Quae cupiditas si quando est adepta re vera id, quod ei fuerit concupitum, tum fertur alacritate, ut nihil ei constet, quid agat; et 4, 16, 35. *Quid autem est non miserius solum, sed foedius etiam et deformius, quam aegritudine quis afflictus debilitatusque, jacens?* et 4, 28, 61. *ut etiam si nec mala sint illa, quae metum aegritudinemve, nec bona, quae cupiditatem laetitiamve moveant, tamen sit vitiosa ipsa commotio.* Cf. ibid. 4, 31, 66. 38, 82. 5, 6, 16. De *pavore* (Cic. Tusc. 4, 8, 19.) in alteram quoque partem accepto *Koenig.* affert Sil. Ital. 3, 215. *laeto pavore Promissa evolvit somni;* 16, 432. ibiq. Drak. *successu nimio laetoque pavore Proditus;* Ovid. Fast. 3, 362. *sollicitae mentes speque metuque pavent;* similiter Stat. Theb. 6, 802. *eventuque impalluit ipse secundo;* et Quintil. Inst. 9, 3, 58. *Stupere gaudio Graecus.* Cf. Forbig. ad Virg. Ge. 3, 105 sq. Aen. 5, 575. — V. 11. *Impr. sim. spec. exterret utrumque.* Qui de media quadam v. *exterrendi* significatione dubitant, iis equidem propono exempla haecce: Lucret. 2, 1041. *Desine quapropter, novitate exterritus ipsa, Exspuere ex animo rationem.* Virg. Aen. 11, 806. *Fugit ante omnis exterritus Arruns Laetitia mixtoque metu.* Liv. 7, 39, 15. *insigniaque honoris exterrito subitae rei miraculo deferunt.* Dubito autem de loco ap. Caes. B. Civ. 2, 4. ibiq. Held. et Herzog. *Communi enim fit vitio naturae, ut invisis, latitantibus atque incognitis rebus magis confidamus vehementiusque exterreamur. Adventus enim L. Nasidii summa spe et voluntate civitatem compleverant.* Similiter vis v. *deterrendi* fracta est, vid. Broukh. Bach. et Diss. ad Tib. 1, 3, 13. Kiessling. ad Tac. Ann. 1, 1., item v. *percutiendi*, vid. Klotz. ad Cic. Tusc. 4, 11, 33. Et si ejusmodi nullus alius locus reperiretur, scriptura *exterret*, quae de eo bene dicitur, quod in re vel inopinata vel in terribili vel in dolore hominem permovet, percellit, vel ejus mentem excutit, suum haberet locum. Locis a *Fea* allatis adde Virg. Aen. 4, 571. *Aeneas subitis exterritus umbris Corripit e somno corpus.* Ibid. 4, 672. *Audiit exanimis trepidoque exterrita cursu* etc. Tac. Hist. 1, 63. *omni comitate exceptos subitus pavor exterruit.* Cic. Off. 2, 10, 37. (11.) *dolorum quum admoventur faces, praeter modum plerique exterrentur.* Val. Fl. 1, 778. *ipse aeger, anhelans Impatiensque loci visaque exterritus umbra.* Id. 8, 450. *fugit* (Medea) *infestos vibrantibus hastis Terrigenas, fugit ardentes exterrita tauros.* Plin. Epist. 6, 4, 4. Justin. 21, 6, 1. 27, 1, 6. 9. In sententiam to-

tius loci, qua imprimis Cyrenaicos sequi videtur Hor., *Schmidius* laudat Cic. Tusc. 4, 6, 12. 3, 13, 28.; at huc faciunt loci quoque qui sequuntur: Cic. ibid. 4, 26, 57. *Quid est, quod tantam gravitatem constantiamque perturbet? an improvisum aliquid aut repentinum? quid potest accidere tale ei, cui nihil, quod homini evenire possit ...?* Cf. 5, 28, 81. Senec. Epist. 91. *Inexspectata plus aggravant. Novitas adjicit calamitatibus pondus. Nec quisquam mortalium non magis, quod etiam miratus est, doluit. Ideo nihil nobis improvisum esse debet, in omnia praemittendus est animus — nec quantum plurimum potest fieri, praesumamus animo, si nolumus opprimi, nec ullis inusitatis velut novis obstupefieri.* Id. Epist. 107. *imparatus etiam levissima expavit. Id agendum est, ne quid nobis inopinatum sit* etc. Ibid. 110. *Vana sunt ista, quae nos movent, quae attonitos habent.* Ibid. 76, 26. Id. ad Marc. 9. *Necesse est magis corruamus, qui quasi ex inopinato ferimur. Quae multo ante praevisa sunt, languidius excurrunt. Hic nos error decipit, hic effeminat, dum patimur, quae nunquam nos pati praevidimus.* Inde M. Antoninus 1, 15. laudat τὸ ἀθαύμαστον καὶ ἀνέπληκτον. Quae quidem exempla quum maxime in alteram partem dicantur, audiendus Orellius est, quum dicit, homines hereditate aliqua inexspectata vel publica pecuniae sortitione subito ditatos interdum linqui animo. Cf. Gell. 3, 15., ubi ingens gaudium insperatum multis mortem attulisse traditur.

V. 12 — 14. *Gaudeat — torpet.* Sententia, quam neque assecutus est *Cruquius*, neque sua horum verborum distinctione *Desprezius*, naturam *pavoris* illius *molesti* fere sic describit: „Nihil refert, quae te perturbatio animi, gaudium etc. ad summam illam admirationem perducat, qua, si quid evenerit opinione vel melius vel pejus, defixus stas atque torpidus.“ In sententiam conf. Beier. ad Cic. Offic. 1, 20, 69. Thiel. ad Virg. Aen. 6, 733. Cic. Tusc. 4, 6. 7. 16. 17. 18. 28. et loci v. 10. laudati. *Fixi* autem *oculi* non sunt demissi et dejecti, ut opinatur *Torrentius*, sed immobiles, stupidi vel eorum, qui τοὺς ὀφθαλμοὺς πεπηγότες sive ἀτενὲς ὁρῶντες sunt. Val. Fl. 4, 226. *Quum pavor et gelidus defixit Castora sanguis.* Id. 7, 407. *Ergo ut erat vultu defixus uterque silenti.* Sil. Ital. 9, 252. *defixique omine torpent.* Liv. 3, 47, 6. *Primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit.* Id. 21, 33, 3. *Utraque simul objecta res oculis animisque immobiles parumper defixit.* Id. 22, 53, 6. *Quod malum — quum stupore*

ac miraculo torpidos defixisset. Tac. Ann. 1, 68. *milite quasi ob metum defixo.* Id. 13, 5. *ceteris pavore defixis.* Inde illustratur alius Taciti locus Ann. 3, 1. (*Agrippina egressa navi defixit oculos*), ad quem suo quisque modo lapsi sunt *Waltherus* et *Bachius.* Dictio enim tum significat nostrum *niederschlagen,* quum additur *solo* s. *terra,* s. *in terram,* cf. Hom. Il. 3, 217. Theocr. 2, 112. Plura alterutrius rei exempla suppeditant Lamb. ad Epist. 1, 18, 94. Schm. ad h. l. Bach. ad Ovid. Met. 13, 540. Forbig. ad Virg. Aen. 6, 469. Burm. ad Val. Flacc. 4, 226. Id. et Loers. ad Ovid. Heroid. 21, 113. Barth. ad Stat. Achill. 1, 158. Rupert. ad Tac. Ann. 1, 68, 1. Drak. ad Liv. 3, 47, 6. Gebh. ad 6, 40, 1. Duk. ad Flor. 2, 6, 59. Sciopp. Verisim. 3, 17. Similis est usus verbi *πεπηγέναι,* de quo vid. Fr. Jacobs. in Addit. ad Athen. p. 216. ad Philostrat. p. 355. laudatus a Wuestemanno ad Theocr. 2, 110. Verbum *torpere* illustrat Doederl. in Syn. IV. p. 227.

V. 15. 16. *Insani nomen — ipsam.* Sententia: „omne nimium sua habet incommoda atque, si quis sapiens nimis appetenter appetat virtutem ipsam, haud scio an pro insipiente habeatur.“ Neque tamen contradixerim iis, qui Conjunctivum *ferat* accipiunt pro Imperativo. Cf. annotat. ad Epist. 1, 2, 34. Bentl. ad Sat. 2, 1, 20. et, quem laudat Groebel., Wagn. ad Virg. Ecl. 2, 57. In promptu autem est, vehementiorem rerum etiam pulcherrimarum appetitum tranquillitati illi atque aequitati magnopere obesse. Vid. C. Passov. N. 61. et in sententiam Cic. Tusc. 4, 25, 55. *Quid? vos studia lubidinem vocatis? quae vel optimarum rerum, ut ea sunt quae profertis, sedata tamen et tranquilla esse debent.* Id. 4, 29, 62. *lubido ipsa tollenda est: ut sive, quod honestum est, id sit summum bonum, sive voluptas sive horum utrumque conjunctum sive tria illa genera bonorum, tamen, etiamsi virtutis ipsius vehementior appetitus sit, eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda oratio.* Cf. ibid. 4, 5, 10. 6, 12. Theogn. 335 sqq. ed. Lips., quos laudant Koenig. et Schmid. Quapropter dubito, num Poetae mentem assecutus sit *Doeringius,* quum sic explicaret: „qui in virtutis studio usque eo progredi tentat, quo nemo progredi potest, is operam perdit.“ At conjungenda sunt *ultra quam satis est petere* (ut Od. 4, 11, 29., et Epist. 7, 82. cf. Drak. ad Liv. 8, 24, 15.), neque dubitavit Horatius, num quid in virtute nimium esse possit, ut verendum sit, ne quis nimis aut justus aut for-

tis aut liberalis aut temperans evadat, ut recte observat *Torrentius*, sed hoc tantum modo concedendum videtur, tangi in his Stoicorum rigidam disciplinam, qui ne latum quidem unguem a placitorum severitate discedentes *insanorum* et de jure nihil remittentes *iniquorum* speciem praebere plerisque visi sunt. Cf. Cic. pr. Muren. 31. et annotata ad 1, 1, 106. Idem sentit *Koenigius*. Cum hac interpretatione quodam modo consentit *Mitscherlichius* (Racem. Venus. Fasc. VIII. p. 6.), qui Stoicam ait disciplinam hic notari, quippe quae virtutem in eo fastigio collocet, ad quod humana natura eniti nequeat simulque Aristotelicam virtutis *μεσότητα* commendari arbitratur in eam rem laudans Cic. pr. Muren. 30. *omnes virtutes mediocritate quadam esse moderatas*, cui loco addit Dionys. Halic. A. R. 8, 61. p. 508. (Huds.) et Senec. de Benefic. 2, 16. *Habeatur personarum et dignitatis proportio: et quum sit ubique virtutis modus, aeque peccat, quod excedit, quam quod deficit.* Sic Sat. 1, 1, 106. *Est modus in rebus* etc. In illam rem, si quis approbaverit, adde Gernh. ad Cic. Lael. 5, 18. Beier. ad Cic. Offic. 1, 5, 46. Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 194. annotata ad Epist. 1, 1, 27. 41., in hanc Schmid. ad Epist. 1, 18, 9. Orell. ad Cic. Tusc. 4, 20, 46. Walch. ad Tacit. Agric. 4, 8. Rupert. ad Juven. 6, 444. Valcken. ad Eurip. Hippol. 264.

V. 17. 18. *I nunc — colores.* „Quodsi ne virtus quidem ultra modum appetenda est, num licebit argentum atque alia talia digna censere tanta admiratione?“ Dubito autem, num hanc formulam Hor. retulerit simul ad versus priores (9 — 16), quod quidem opinatur *Orellius.* Ceterum propter similem causam, i. e. libertatem a philosophia profectam, Nigrinus ap. Lucian. 4. dicitur *καταγελάσαι τῶν δημοσίᾳ νομιζομένων ἀγαθῶν, πλούτου καὶ δόξης καὶ βασιλείας καὶ τιμῆς, ἔτι τε χρυσοῦ καὶ πορφύρας* etc. Aliter autem ordinant hos versus *Brieglebius* et *Doeringius*, quorum ille sententiam hoc fere modo indicat: „Quamvis pecuniae atque artium opibus studeas (v. 17. 18.); quamvis auctoritate publica gaudeas (v. 19.); quamvis negotia forensia summa vi tractes (v. 20.); quamvis habeas uxorem ditissimam (v. 21.), uno verbo, quamvis bona terrestria possideas: tamen hujus generis omnia vi temporis immutatum iri (v. 24. 25.), ac saltem cum vita peritura esse (v. 25 — 27.) memento.“ At haec interpretandi ratio non modo adversatur omni sententiarum ordini, verum etiam formulae: *i nunc,* quae ad antecedentia ut Epist. 2, 2, 76. fere respicit. Ut ne ullus quidem dubitationi

relinquatur locus, afferamus aliquot exempla: Ovid. ex Pont. 1, 3, 61. *I nunc et veterum nobis exempla virorum, Qui forti casum mente tulere, refer.* Petron. 115. *Ite nunc mortales et magnis cogitationibus pectora implete.* Anthol. lat. 3, 61, 12. *I nunc et vitae fugientia tempora vende Divitibus coenis.* (Vide ad utrumque locum Burmannos.) Senec. de Brevit. vit. 12. *I nunc et mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta.* Id. de Benefic. 6, 35. *I nunc et hoc esse grati puta, quod ne ingratus quidem faceret.* Id. Epist. 88. *I nunc et longam esse vitam nega.* Id. Consol. ad Helv. 6. 10. Plin. Epist. 4, 27, 4. *I nunc, quisquis amas, amare noli.* Fons est Homerus in Iliade 3, 432. laudatus a Wagnero in *Horatio e Graecis illustrato.* De formula ipsa accurate dixit *Lambinus,* quem sequitur *Orellius;* adde Schmid. ad h. l. Heins. ad Ovid. Amor. 3, 3, 1. Loers. ad ejusd. Heroid. 4, 127. Barth. ad Prop. 2, 29, 22. Web. et Heinr. ad Juv. 10, 166. Bach. ad Ovid. Met. 12, 475. Hauth. ad Pers. p. 233. Forbig. ad Virg. Aen. 7, 425. *C. F. Hermann* in Allg. Schulz. 1833. p. 337. Omissa post *nunc* particula *et* (ut Prop. 3, 16, (17) 17. vid. Huschk. ad Tib. II. p. 532) non est sine quadam acerbae adhortationis, i. e. castigationis notione. — *argentum — aeraque.* Eandem rem tangit Sat. 1, 4, 28. *Hunc capit argenti splendor, stupet Albius aere,* ubi vide Heindorf. et ad Sat. 2, 3, 21. Ita Epist. 2, 2, 180. *Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena sigilla, tabellas, Argentum* etc. *Sunt qui non habeant.* Vid. ibi Schm. et ad Epist. 1, 16, 76. Cic. Paradox. 5, 2, 36. ibiq. Gernh. *pari stultitia sunt, quos signa, quos tabulae, quos caelatum argentum, quos Corinthia opera, quos aedificia magnifica delectant.* Id. pr. Rosc. Amer. 46, 133. ibiq. Moeb. *domus referta vasis Corinthiis et Deliacis — Quid praeterea caelati argenti? quid stragulae vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse?* Id. Verr. 4, 27, 62. Tusc. 5, 35, 102. Lael. 15, 55. Sueton. Caes. 46. Senec. de Brev. vit. 12. de Tranquill. an. 1. Consol. ad Helv. 11. et quos laudat Cort. ad Sall. Cat. 11, 6. 20, 12. *Argentum* autem intellige vasa argentea a vetere quodam artifice facta, ut Juven. 1, 76. (ibiq. Rupert. et Heinr.) Martial. 11, 71, 8., *marmor,* anaglypha et statuas etc., ut recte observant *Schm.* et *Orellius.* De studio *marmoris Schmidius* laudat Plin. H. N. 36, 5. 6., in universum conf. Dissen. ad Tib. 3, 3, 13. Loers. ad Ovid. Trist. 3, 1, 61. Ceterum Epithe-

ton *vetus* ad argentum quoque referendum est, vid. annot. ad 1, 1, 41. Bach. ad Ovid. Met. 9, 437.; noli autem fidem habere *Cruquio aeraque et artis* ἓν διὰ δυοῖν esse opinanti, ut sint *aereae artes* i. e. statuae et vasa ex aere facta; hoc quidem per se verum (Schmid. ad Epist. 2, 1, 240. Heyn. ad Virg. Ge. 1, 480.), sed *artes* intelliguntur vel murrhina Juv. 6, 156., vel omnino artis opera quaecumque, ut Od. 4, 8, 5. Vid. ibi Mitsch. et, quem laudat, Broukh. ad Prop. 3, 7, 39. cf. Forbig. ad Virg. Aen. 5, 359. De his atque talibus rebus a Romanis magnopere quaesitis disputat *Wielandius* N. 4. p. 137. Cf. Virg. Cul. 61—67. Tib. 3, 3, 15—22. et Orell. ad Sat. 2, 7, 95. — 18. *Suspice*, ut Cic. de Offic. 2, 6, 21. *cujus virtutem suspiciunt.* Cf. Bentl. ad 1, 1, 105. Similiter Graeci ἀποβλέπειν, ut Lucian. Somn. 11. ibiq. interpp. — *cum gemmis mirare* etc. perperam vertit *Rodellius:* „suspice Tyriam purpuram gemmis ornatam.“ Immo *cum* poetarum more ponitur pro *et*, de qua loquendi consuetudine dixerunt Heind. ad. Sat. 1, 10, 85. Forbig. ad Virg. Aen. 1, 292. Hand. Tursell. II. p. 138. De *gemmis* vid. Senec. de Benef. 7, 9. supra v. 6. et Schmid. ad h. loc. — *Tyrios colores.* Sic. Od. 3, 1, 42. *purpurarum sidere clarior usus.* Tibull. 2, 3, 57. *Illi selectos certent praebere colores Africa puniceum purpureumque Tyros.* Lucret. 2, 830. *Purpura, poeniceusque color clarissimu' multo.* Senec. ad Helv. 11. *Si desiderat saturatam multo conchylio purpuram, intextam auro variisque coloribus distinctam et artibus, non fortunae iste vitio, sed suo pauper est.* Cf. Lucret. 2, 47—51. 500 sqq. 5, 1422 sq. annot. ad Epist. 1, 10, 26. Diss. ad Tib. 2, 3, 57. 4, 28. 4, 2, 16. Forbig. ad Virg. Ge. 2, 506. Dorvill. ad Charit. 6, 4. p. 530. et de ejus imprimis colore Voss. *Mytholog. Briefe.* III. p. 319 sqq. Forbig. ad Virg. Eclog. 4, 44. Ge. 3, 307. Gatak. Adv. Posth. 40. p. 846.

V. 19—23. *Gaude — illi.* Hi versus, quos mire turbavit interpretum acumen, cum antecedentibus (17. 18.) sic sunt connectendi: „Quodsi ne virtus quidem — non igitur est, quod tantopere gaudeas, quum omnis multitudo a tuo pendet ore; non est, quod nimia industria quaestui inhies, ne alius quis — fortasse humillimo loco natus et forte fortuna dives factus — te ditior sit ob eamque causam tu illum magis, quam ille te admiretur.“ Hanc autem sententiam Poeta suo more explanavit quadam Muti cujusdam descriptione, qui opes suas doti mulieris, non ipsius assiduitati ac sollertiae de-

beret. Quod quum non vidissent aliquot interpretes, in quorum numero est *Wielandius,* Horatium versu 20. modum quendam divitem sibi parandi uxorem praecepisse arbitrati sunt. Rursus alii versum 21. perverso modo ab antecedente ita distraxerunt, ut in hoc novum quoddam viderent praeceptum datum atque voc. *cura* vel *cave* intelligendum opinarentur. Contra illos jam disputavit *Lambinus.* In aliud vitium incurrit *Torrentius,* quippe qui v. 19 — 23. ad unum eundemque hominem, quem pro causidico habebat, cui contrarius *mutus* quidam atque elinguis positus esset, referret. Vidit igitur in versu 20. modum quendam magnas componendi ex eloquentia opes descriptum. *Juvencius* ipsum intelligit Numicium, qui lites fortasse cum Mucio de agris per uxoris dotem partis habuerit. Recte quidem alii versum 19. et 20. diversis attribuunt personis, sed iidem in eo lapsi videntur, quod duplicem opum parandarum et eloquentia [causidici, quae vel causarum actionibus divitias peperisset, vel viam ad honores lucrum facientes munivisset v. 19.] et negotiis forensibus [re feneratoria v. 20.] modum significatum opinati sunt. In hoc numero *Orellium* esse miror. At Poeta ponit v. 19. hominem, qui *sua fruitur fama* oris eloquentis, quemque, ut ait 16, 57., *omne forum spectat et omne tribunal.* Sic Virg. Ge. 2, 508. *Hic stupet attonitus Rostris.* Tacit. Dial. 6. *quod gaudium consurgendi assistendique inter tacentes et in unum conversos! coire populum et accipere affectum, quemcumque orator induerit!* ad quem loc. vid. Hess. p. 34. Hom. Od. 8, 170. de homine eloquente: οἱ δέ τ'ἐς αὐτὸν Τερπόμενοι λεύσσουσιν. Lucian. Somn. 12. κἄν που τι λέγων τύχῃς, κεχηνότες οἱ πολλοὶ ἀκούσονται, θαυμάζοντες καὶ εὐδαιμονίζοντές σε τῶν λόγων τῆς δυνάμεως. Inde *mille oculi,* quod παχυλῶς dictum illustrat Cort. ad Lucan. 3, 689. Huc quodam modo facit, quod Romani juvenes et *declamare* et *linguam causis acuere* Epist. 1, 2, 2. 3, 23. dicuntur. Cf. Klotz. ad Cic. Tusc. 5, 36, 103. Grauff. ad Lucian. Somn. 11. p. 215. Neque absurdum putaverim, si quis, ut *Brieglebius,* hunc versum non ad eloquentiam putaret referendum, sed „ad auctoritatem, spectari a vulgo, ubi loquaris.“ Sic adulator ille ap. Theophr. Char. 2. (ibiq. Casaub. p. 28.): Ἐνθυμῇ ὡς ἀποβλέπουσι πρὸς σὲ οἱ ἄνθρωποι; — εὐδοκίμεις χθὲς ἐν τῇ στοᾷ. — V. 20. *Gnavus* etc. describitur neque causidicus, ut opinantur *Sanadonus* et *Dorighello,* neque competitor quidam ambitiosus, ut vult *Dacerius,* aut fenerator, sed is homo, qui per totum diem quaestui in foro dat operam eximiam. Plus scire

velle vel curiosorum est vel hominum nodos in scirpo quaerentium. Ad rationem linguae in voc. *mane* et *vesp.* *Groebelius* laudat Catull. 31, 4. *Quam te libenter, quam te laetus inviso.* Quale sit in talibus discrimen, indicavit *Kritz.* ad Sall. Jug. 31, 2., sed in Adjectivis temporis alia est ratio. De iis quidem vid. Schm. ad h. l. et Forbig. ad Virg. Aen. 4, 303. — V. 21. *dotalibus agr.* ut Ovid. Fast. 5, 209. *Est mihi fecundus dotalibus hortus in agris.* — *emetat* i. e. metat ex agris. Ita Sat. 2, 2, 77. *desurgere coena,* ibid. 106. *emetiris acervo.* 1, 4, 32. *deperdere summa.* ibid. 138. *illudo chartis.* Ita Graeci ἀπελπίζειν, ἐπιλέγειν, ἀπεσθίειν, ἀπολαβεῖν. Lambin. ad Od. 2, 7, 24. Casaub. ad Theophr. Char. 12. p. 150. ed. F. et C. Passov. ad Eclog. p. 34. Ceterum his ipsis verbis *Groebelius* opes ex latifundiis eorumque reditibus partas recte opinatur, in eam rem laudans Od. 1, 1, 10. 3, 16, 26 — 28. 41. Epod. 4, 13 sq. — V. 22. 23. *Mutus* homo ignotus, quanquam non fictum ejus nomen; etenim sic ap. Gruter. l. l. P. ALBUTIUS P. F. MUTUS. Nomen autem propter contrariorum vim v. 19. jocose hic illatum arbitror. Sic aliis locis nominum propr. significationem tecte respicit, ut *Albi, candide* Epist. 4, 1., *Asinae cognomen* 13, 8., *fanum Vacunae* 10, 49., *Nerones* Od. 4, 4, 29. 30. *Scaevae nepoti* Sat. 2, 1, 53. — *et* = neu, vid. Hand. Tursell. II. p. 499. 536. Heinr. ad Juv. 11, 148. et Forbig. ad Virg. Aen. 4, 236. — *indignum,* quod dicitur ex sententia ejus, qui omne studium in augenda re familiari ponit, ut bene observat Lambinus, est interjectio indignantis, quae res hic multis olim fraudi fuit interpretibus; sed vid. Bentl. ad Sat. 2, 5, 79. Cort. ad Lucan. 1, 626. Bach. ad Ovid. Met. 5, 37. Forbig. ad Virg. Aen. 1, 251. — Verba *quod sit pejoribus ortus* expressit Persius 6, 15. De simili usu voc. *minores* dixerunt *Schmidius* ad 17, 2. et *Seebodius* in „Scholien" I. p. 9., sed in voc. *pejor* notio hic est superbiae et malevolentiae. — V. 23. Ad voc. *mirabilis,* in quo tecte respicitur illud: *nil admirari* v. 1. vel *mirare* v. 18., recte comparant Graecum ζηλωτός. *Groebel.* scite laudat de simili *mirandi* significatione Burm. ad Anth. lat. I. p. 456. Prop. 2, 17, 11. (*invidia admirante*) et Casaub. ad Theophr. Char. p. 153. Sententiam Poetae assecutus est Plutarchus (de Tranq. Anim. VII. p. 840. R.) ἐν τῷ βίῳ δὲ τὰ πράγματα δίδωσι περιόντα πολλῶν μέγα φρονεῖν καὶ ζηλωτὸν μᾶλλον εἶναι ἢ ζηλοῦν ἑτέρους. Cf. Democritus ap. Orell. I. p. 92. Ἐπὶ τοῖς δυνατοῖς οὖν δεῖ ἔχειν τὴν γνώμην

καὶ τοῖς παρεοῦσιν ἀρκέεσθαι τῶν μὴ ζηλουμένων καὶ θαυμαζομένων ὀλίγην μνήμην ἔχοντα etc. Ad sententiam facit etiam Seneca de Tranq. 7. *Non te pudet, quisquis divitiis adstupes?*

V. 24 — 27. *Quicquid — Ancus.* Sententiarum ordinem, de quo tantopere ambigunt interpretes, equidem statuo huncce: „Quid moliris tanta? fortunae enim bonorum ut initium, sic finis et tibi, quam sis conspicuus vel auctoritate vel divitiis, moriendum est.“ Similem sententiam Hor. persequitur in lyricis Od. 2, 18, 16 — 32., consentit in eadem fere re Seneca in Epist. 110.: *Quid miraris? quid stupes? Pompa est. Ostenduntur istae res, non possidentur et, dum placent, transeunt.* Cf. id. in Consolat. ad Polyb. 28. Ad id autem probandum Poeta in verbis: *Quicquid — nitentia,* utitur loco quodam communi et a poetis Graecis varie frequentato. Laudat *Cruquius* illud Xenophanis: *Ἐκ γῆς γὰρ τάδε πάντα, καὶ ἐς γῆν πάντα τελευτᾷ,* laudant *Muretus* et *Lambinus* Soph. Ajac. 646. *Ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος Φύει τ' ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται* (eadem sententia legitur ap. Stob. in Ecl. 1, 7, 23. p. 234. Heer.), addit *Orellius* M. Antonin. 9, 28. *ταὐτά ἐστι τὰ τοῦ κόσμου ἐγκύκλια, ἄνω κάτω, ἐξ αἰῶνος εἰς αἰῶνα. — — Ἤδη πάντας ἡμᾶς γῆ καλύψει· ἔπειτα καὶ αὐτὴ μεταβαλεῖ.* Similia collegit *Cortius* ad Sall. Cat. 1, 4. et ad Jug. 2, 3. itemque *Schmidius* ad h. l. De singulis, ut de formula *sub terra* dixerunt Torr. et Gesner., de voc. *proferet,* in quo inest quaedam notio novitatis, Broukh. ad Tib. 1, 11, 1. Mire Jaeckius voc. *nitentia* intelligit vasa. — V. 25. intellige *bene notum* non tam hominem „obscuro loco non natum,“ ut interpretantur Schol. Cruq. ad h. l. et Heindorf. ad Sat. 1, 2, 32., quam eum, qui locis illis saepe se praebuit conspiciendum, ut omnibus fere factus sit notus, hominem vel divitem, vel lautioris vitae cultorem, vel auctoritate gratiaque conspicuum. Ita Senec. Consol. ad Polyb. 29. *Quotidie praeter oculos transeunt notorum ignotorumque funera.* — V. 26. Quam fuerint Romani amantes studiosique porticuum, vid. ad 1, 1, 71. et Loers. ad Ovid. Trist. 2, 285. *Porticus Agrippae* intelligitur vel Panthei a M. Vipsanio Agrippa ingenti sumptu a. 727. exstructa et 729. dedicata publicoque usui permissa (vid. Sachse „Gesch. und Beschreibung der alt. Rom.“ II. p. 83. C. Passov. N. 244. et cf. Frandsen: „M. Vipsanius Agrippa.“ Alton. 1836. p. 163.) vel Neptuni sive Argonautarum eodem anno ab Agrippa condita. Hanc h. l. intelligendam esse post *Massonum* in Vit. Hor. p. 213. et *Penzel.* ad Dion. Cass.

II. p. 486. docuit *Weichertus* in Commentat. de *Medea oestro percita.* Grimae 1824. p. 7. in eam rem laudato Dione Cass. 53, 27. Celebritatem hujus porticus, quam Tacitus in Histor. 1, 31. (ibique Oberlin.) *porticum Vipsaniam* vocat, testantur Juv. 6, 153. (ibiq. Weber. p. 221.) Martial. 2, 14, 5. 6. 3, 20, 11. 11, 1, 11. 12. Cfr. Donat. de urbe Roma 3, 17. Nardin. Rom. vet. 6, 9. De *via Appi,* in qua divites Romani curru vel mannis vecti (Epod. 4, 14. Ovid. ex Pont. 2, 7, 44.) in villas Campanas tendere soliti sunt, post Heind. ad Sat. 1, 5, 6. et Sachse l. l. II. p. 441 sqq. accuratius egit *Beckerus* ad Gall. I. p. 237 sqq. — V. 27. *Ire tamen* etc. i. e. communem moriendi necessitatem effugere nequit potentissimus et optimus quisque. Similiter Ennius ap. Fest. p. 242. ed. Lindem. *Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit,* quem expressit Lucretius 3, 1038. Cf. Peerlk. ad Od. 4, 7, 15. Torr. ad Od. 1, 28, 7. Schmid. ad Epist. 2, 2, 179. Idem addit de simili sententia Gronov. ad Senec. Troad. 406. Horatianis locis usus est Hildeb. in Philos. mor. p. 970 et 992., ut l. l. observat *Peerlkampius,* sed vitiose ille legit: *Ire tamen restat in via, quo devenit et Ancus.* Ad illustrandum mortis euphemismum, quem et servat Propertius 3, 17 (16), 21. 22. *Sed tamen huc omnes; huc primus et ultimus ordo. Est mala, sed cunctis ista terenda via,* *Seebodius,* V. Cl., mihi indicavit „Catull. 3, 10. 11. Ped. Albinov. Eleg. 162. ibiq. Ruhnk. p. 122. et ejusd. dictat. in Sueton. p. 119. Davis. ad Cic. Tusc. 1, 43. Moser. ibid. I. p. 358. Heins. ad Ovid. Epist. 17, 192.“ Heins. et Burm. ad Petron. 42. Aliam *mortis* descriptionem habes Od. 1, 4, 17. ibiq. Mitsch. et Burmann. ad Petron. 71. p. 354. cf. annotat. ad Epist. 1, 4, 13. 14.

V. 28 — 31. *Si latus — deliciis.* Horatius redit ad summam disputationis hac quidem sententia: „Si hanc [v. 1. 2.] bene beateque vivendi normam tibi constitueris, ad eam omnes referas oportet actiones, veluti quum aegrotas, non ea remedia negligenda sunt, quae te faciant sanum. Et si virtutem illud praestare tibi persuaseris, in eam omnibus viribus incumbes.“ Poeta autem pergit, id quod plurimos fefellit interpretes, in Imperativis illis, ut quae comparate dicenda erant, praecipere videatur. Sed hoc illum significare voluisse, satis perspicitur ex simili in summo bono constituendo clausula v. 47. 48. 66. Huc accedit Poetae ratio, qua, uti Aristippus [Schmid. ad Epist. 2, 2, 145.], animi sanitatem cum corporis

componere solet, vid. annot. ad Epist. 1, 1, 37. 2, 38. 39. et cf. Cic. Tusc. 3, 3, 6. At quantus in sententia horum versuum enodanda dissensus! Ad nostram explicationem propius accedunt *Cruquius* et *Gesnerus*. De formula aliqua constituenda *Torrentius* quoque disputat, sed addit rectene dubito: „Bene igitur Horatius finem ac formulam aliquam constitui oportere demonstrat, ad quam vivamus et propositum urgeamus: tametsi non tam virtuti, quam cuicumque voluptati indulgendum sit, ne dolorem sentiamus; idque ex sententia Epicuri, qui tamen sine virtute jucunde posse vivi negabat." Ita vir ille non scripsisset, si de summa Epistolae i. e. de definiendo summo bono recte sensisset. *Orellius*, ut alios omittam, haud scio an argutius *mortis* commemorationi annectat *vivendi* finem aliquem, quem singuli mortales sibi constituant necesse sit. *Groebelius* autem sententiarum ordinem constituit hunc: „Haec animi affectio, de qua agitur, aeque pro morbo habenda est, ac si quis corporis aliquo dolore affectus sit. Jam quemadmodum, qui aegrotat, morbo se laborare studet, medico adhibito et medicina, ita eum, qui animo sanus esse atque beatus vivere cupit, virtutem sequi oportet, quae in rerum humanarum, quarum admiratio et cupiditas homines miseros reddit, despicientia cernitur." At de prioribus vv. equidem facio cum *Wielandio* et *Brieglebio*, qui recte comparant quod dicunt nostrates: „Wer den Zweck will, muss auch die Mittel wollen." — V. 28. Per *latus* et *renes* autem significatur πλευρῖτις et νεφρῖτις, de quibus vid. Cels. 4, 6. et 4, 10. cui etiam πλευριτικὸς *acutus morbus* dicitur. Is est, ut ait idem 3, 1., *qui cito vel tollit hominem, vel ipse cito finitur* vel 3, 2. *ubi sine intermissionibus accessiones et dolores graves urgent.* — *tentantur*, ut Senec. Epist. 107. *intemperies coeli valetudinem tentat.* Verbum hoc medicum (ut πειράζεσθαι, Kühn. Ind. ad. Aelian. V. H.) pluribus illustrat *Schmidius.* Horatium expressit Seren. Samonicus 392. *Si latus immeritum morbo tentatur acuto.* Id. 92. *Portio si capitis morbo tentetur acuto.*

V. 29. *Quaere fug. morbi.* Hunc Imperativum *Groebelius* acute ex vi voc. *acuto* explicandum opinatur, ita ut ille egregie valeat ad periculi magnitudinem exprimendam. At potius dixerim, Horatium in talibus sequi Stoicorum minutis enunciatis praecipiendi rationem. Simile quid de eorum interrogatiunculis observavit *Heindorf.* ad Sat. 2. 3, 97. — Verba *vis recte vivere Wielandius* recte explicat: „du möchtest glücklich leben," quanquam de hac significatione dubitat ad Epist. 2, 2, 213. At ea est ex placitis philosophorum, qui non *putant*

alium sapiente bonoque beatum (16, 20.). Ita Aristot. Ethic. Nicom. 1, 8. *Συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν τὸν εὐδαίμονα, σχεδὸν γὰρ καὶ εὐζωΐα τις εἴρηται καὶ εὐπραξία.* Demophil. ap. Orell. I, 16. p. 38. *αὔταρκες δὲ πρὸς εὐζωΐαν τὸ μηδὲν ἀδικεῖν.* Stob. Eclog. II, 7. p. 138. *λέγοντες* (sc. Stoici), *τὴν μὲν εὐδαιμονίαν σκοπὸν ἐκκεῖσθαι, τέλος δ' εἶναι τὸ τυχεῖν τῆς εὐδαιμονίας, ὅπερ ταυτὸν εἶναι τῷ εὐδαιμονεῖν. Δῆλον οὖν ἐκ τούτων, ὅτι ἰσοδυναμεῖ τὸ κατὰ φύσιν ζῆν καὶ τὸ καλῶς ζῆν καὶ τὸ εὖ ζῆν* etc. Cf. Gatak. ad M. Antonin. 3, 12. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 15, 19, 3. Mitsch. ad Od. 2, 10, 1. et nostra annot. ad Epist. 1, 2, 41. 8, 4. Hinc eadem sententia *bene vivere* v. 56. et 11, 29. 15, 45. Plaut. Mil. glor. 3, 1, 110. Cic. de Invent. 1, 50, 93. cui contrarium est *male vivere*, de qua formula dixit Heindorf. ad Sat. 1, 4, 109. — V. 30. *Si virtus hoc una potest dare.* Rem exposuit et persuasit Cicero in Acad. 2, 43, 134. Tusc. 5, 5, 12. 6, 17. 7, 18. 8, 21. 13, 39. 15, 44. 16, 48. 18, 52. 23, 67. 28, 82. 30, 84. Offic. 3, 3, 11. ibiq. Beier. de Fin. 3, 3, 10. 8, 27. 4, 14, 37. 18, 51. 19, 54. 20, 57. 5, 7. 8. 26. Paradox. 1, 3, 15., cf. Senec. de Vit. beat. 10 sqq. Aristot. Rhet. 1, 5. 6. Ethic. Nicom. 1, 2. 3. Diog. Laert. 6, 11. 7, 128. — *fortis om.* Similis est adhortatio 1, 2, 40: *sapere aude.* Etenim fortis est, spernere oblectamenta sensuum virtuti contraria, „res studii mollioris, quae expeti solent ab hominibus delicatis s. effeminatis.“ *Briegleb.* Fortasse Poeta tetigit Epicureos, quos Cicero de Fin. 5, 25, 74. (cf. Tusc. 5, 31, 88.) *voluptarios* dicit, quibus contraria est Stoicorum *fortis* ac *virilis ratio*, Tusc. 3, 10, 22. Ad illam adhortationem apprime facit formula: *hoc age,* cui contraria est *aliud agere* i. e. non attentum esse. Vid. praeter Schm. ad h. l. et Orell. ad Sat. 2, 3, 152. Ruhnk. ad Terent. Andr. 1, 2, 15. Klotz. ad Cic. Tusc. 1, 20, 46. Wolf. ibid. 1, 38, 91. Arntz. ad Plin. Paneg. 5. p. 28. Peter. ad Cic. Brut. 66, 233. Hess. ad Tac. Dial. 28. p. 191. In sententiam igitur Seneca in Epist. 108.: *Itaque toto hoc agamus animo et omissis ad quae divertimus in rem unam laboremus.*

V. 31 — 33. *Virtutem — perdas.* Transit ad alterum summi boni genus, quod positum est in divitiis v. 31 — 48. (cf. contra disputantem Cic. Tusc. 5, 32.) Connectit autem res diversas poetarum, non philosophorum more, idque per personam secundam (vid. ad 1, 1, 42.) *putas;* quare dissentio tum ab aliis, qui praeceptum

hoc ipsi Numicio, utpote homini mutabili neque sibi constanti, datum censent, tum ab *Orellio,* qui hic homines videt descriptos, qui ambigant de vero fine bonorum, ita ut unusquisque pro sua indole proprium sibi statuat vel virtutem vel divitias etc. Dixit autem, ut vulgo putant, e scriptura partic. *ut:* „Si, quae philosophi de virtute (vid. Cic. Tusc. 5, 5. 12 — 12, 37.) disputant, inania verba putas, ut multi contemnunt religionem luci eumque nihil nisi arbores putant" etc. [ex sententia Acronis ad lemma *putas:* „videtur de his dicere qui laudant philosophiam nec sequuntur, ut sacrilegi dicunt lucum tantum esse ligna."] Rectius autem i. e. ad rationem Grammatices accommodatius verba illa addita opinantur *Gesnerus Groebelius*que, non quo Horatius impietatem quandam notaret, sed ut eos redargueret, qui, ut *lucum lignis,* ita virtutem meris verbis constare crederent, in qua re Epicureos equidem significatos arbitror, cf. Cic. Tusc. 5, 41, 119. et 5, 26, 73. de Fin. 2, 15, 48. Utraque autem ratione evanescit suspicio, quam *Bentlejus* auctore Torrentio illi lectioni movet, ut si religio et Flacco et plerisque aliis inter fabulas numeretur. Neque vero, quod multi faciunt et plus aequo subtiles, pro falsa habuerim scripturam *et,* dummodo sic interpreteris: „si quis, quicquid ab hominibus sanctum habetur ac sacrum, pro re inani atque cassa habet, i. e. in virtute vitam beatam sitam esse negat, is ad aliud confugiat summum bonum" etc. Ad sententiam ipsam faciunt Epist. 1, 17, 41. *Aut virtus nomen inane est Aut* etc. Cic. Lael. 23, 86. (Gernh.) *a multis ipsa virtus contemnitur et venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur.* Laudant imprimis Lambinus et P. Victor (V. L. 23, 11.) vocem morientis Bruti ap. Dion. Cass. 47, 49. ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ' ἦσθ'· ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ. Eosdem Herculis senarios a Bruto usurpatos repetiit usque ad verb. ἤσκουν Plutarchus de Superst. VI. p. 628., respexit Florus 4, 7. *Sed quanto efficacior est fortuna quam virtus? et quam verum est, quod moriens efflavit, non in re, sed in verbo tantum esse virtutem.* Aliter de Catone Uticensi Cicero Tusc. 5, 1, 4. (ibiq. Klotz.): *Illa enim* (*virtus*), *si modo est ulla virtus, quam dubitationem avunculus tuus, Brute, sustulit* etc. Id. 5, 26, 73. *quum praesertim Epicurus — haec nostra, honesta turpia, irrideat dicatque nos in vocibus occupatos inanes sonos fundere.* Id. 5, 41, 119. *Quod si his philosophis, quorum ea sententia est, ut virtus per se ipsa nihil valeat, omneque quod honestum nos et laudabile dicamus, id*

illi cassum quiddam et inani vocis sono decoratum esse dicant. Senec. Epist. 123. *Virtutes et philosophia et justitia verborum inanium crepitus est.* Cf. ibid. 16. 20. Plutarch. de Fortit. vel Virt. Alex. VII. p. 288. *τούτοις γὰρ ὁρίζουσι φιλοσοφίαν οἱ λόγον αὐτὴν οὐκ ἔργον νομίζοντες.* Diog. Laert. 6, 11. De philosophis suae aetatis Lucianus in Nigrin. 25. *ἐμέμνητο τῶν ἐπὶ μισθῷ φιλοσοφούντων καὶ τὴν ἀρετὴν ὤνιον ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς προτιθέντων.* Ascripsimus haec exempla, ut *virtutem* et *verba* non una ratione contraria esse appareret. Alia de sententia illa, *virtutis* laudem in *actione* consistere, collegit *Friedemannus*, V. Cl., in „Deutschen Schulreden" Giessen 1829. p. 30 sq. Ceterum similes sunt voces Propert. 4, 5, 54. *Versibus auditis quid, nisi verba, feres?* Id. 4, 6, 50. *Nec te, quod classis centenis remiget alis, Terreat —— Tigna cava et pictos experiere metus.* Liv. 21, 30, 6. *quid Alpes aliud esse credentes quam montium altitudines?* — Ad verba *lucum ligna* i. e. religionem lucorum faciunt Propert. 3, 11 (12), 47. *At nunc desertis cessant sacraria lucis.* Arnob. adv. Gent. 7. p. 216. *numquid erui sacratissimos lucos* etc.? Alia suppeditant Lactant. Placid. ad Stat. Theb. 4, 419 sqq. Almelov. Opusc. p. 21 sq. interpp. ad Quintil. Inst. 10, 1, 88. Becker. ad Ovid. Amor. 3, 13, 7. in Eleg. Rom. p. 175. Rupert. ad Tac. Germ. 9, 7. Lucian. de Sacrifi. 10. et quos laudat Winer. in „Bibl. Realwörterbuch" I. p. 534. ed. 2., quibus adde Movers.: *„die Phoenizier."* I. p. 579 sqq.

V. 32. 33. *cave — perdas*, i. e. „quaere opes vel mercatura vel negotiatione." Illud indicant verba: *cave, ne — alter*, hoc *ne Cibyrathica — perdas.* Illud Persius sic (6, 75.): *mercare atque excute sollers Omne latus mundi nec sit praestantior alter.* Malo autem, quod fere faciunt interpretes, utrumque versum ad unam eandemque rem referre, ut in voc. *perdas* cunctationis culpa insit et tarditatis. Notio enim verbi *cavendi* intenditur repetita particula *ne* in cumulandis iis, quae *κατὰ μερισμὸν* enumerantur, uti particula *per* Epist. 1, 1, 46. et *si* 1, 16, 8. 9. Intellige autem *negotia* negotiatores, honestum illud et late divulgatum hominum quaestui deditorum genus, quorum sedulitas quaestuosa hic [cf. Cic. pr. Leg. Manil. 6. 7.] apprime describitur, non (uti *Doeringius* aliique) mercatores, qui multum differunt, vid. quem laudat Heindorf. ad Sat. 1, 7, 4. Ernest. in Clav. Cic. v. *negotiator* et in Opusc. philolog. p. 8. sqq., alios complures citat Beier. ad Cic. Fragm. Orat. p. 194. Avien. Or.

marit. 560. de commerciis quidem mutuis: *hicque Massiliae incolae Negotiorum saepe versabant vices.* De verbo *occupandi, φθάνειν,* Od. 2, 12, 28. dixerunt Schm. ad h. l. Heind. ad Sat. 1, 9, 6. Torrent. ad Epist. 1, 7, 66. et Fabri. ad Liv. 21, 39, 10. Quapropter *Dacerius* recte improbavit interpretationem: „portoria conducere.“ Talia, i. e. Bithynica vectigalia h. v. significata opinatus est *Rappoltus* p. 594. laudato Cic. in Epist. ad Div. 13, 9. — *Cibyratica* negotia dicuntur a *Cibyra*, urbe Phrygiae majoris, civitatum XXV conventu nobili, non Ciliciae, ut opinantur *Lambinus, Rodellius*, alii. Vid. quos laudant Wieland. ad h. l. et Rupert. ad Tac. Ann. 4, 13, 1. Cf. Mannert. Geogr. Kleinas. VI. 3. p. 143 sqq. et Onomast. Tull. p. 146. De *Bithynia* Asiae minoris inter Propont. et Pont. Eux. regione non solum multis urbibus insigni, verum etiam mercatura nobili dixit idem Wielandius. Cf. Mitsch. et Orell. ad Od. 3, 7, 3. et 1, 35, 7. Onomast. Tull. p. 95. Mannert. VI. 3. p. 545 sqq. Hoc quidem tempore i. e. anno 734. Augustus ipse in Bithynia affuit, vid. Walth. ad Tac. Ann. 1, 74, 1.

V. 34. 35. *Mille talenta — acervum.* Describit Hor. in his suae aetatis Rothschildios, qui in multiplicando censu omnem ponunt operam. Sunt qui hos versus ad antecedentes referant, at potius crediderim, Poetam vel ad solam, ubicumque sit facta, rem fenebrem vel ad redemptores publicorum progredi. Vid. Epist. 1, 1, 52 — 56. 80. 77. Apte autem utitur verbo *rotundandi* ob millenarii numeri perfectionem, ut bene observat *Torrentius;* alii enim translationem putant sumptam a forma rotunda vel pecuniae vel acervi; quare ridiculus est *Ascensius*, quum dicit: „*talenta* i. e. pondera aeris, *rotundentur* i. e. accipiant formam pecuniae, quae rotunda est.“ Petron. 76. (ibiq. interpp. in ed. Burm. p. 381.) *Cito fit, quod Dii volunt: uno cursu centies sestertium corrotundavi.* — *totidem altera.* Laudant Catull. 5, 6. *Da mihi basia centum; da deinde altera centum.* Terent. Heaut. 4, 4, 3. *Minas quidem jam decem habet a me filia — Hasce consequentur alterae.* Virg. Eclog. 3, 71. *Aurea mala decem misi; cras altera mittam;* recte autem observat *Hochederus*, hic propter adjectum *totidem* tantum *talenta* intelligi. — V. 35. *et quae pars quadrat acervum.* Haec verba, in quibus haeserunt multi, nihil aliud indicant praeter hoc: „sensim accedat quod complet quatuor millium talentorum acervum, ut Sat. 1, 1, 44. *constructus acervus* et 2, 5, 22. *aerisque ruam — acervos.* In rem laudat *Groebel.* Plaut. Stich. 3, 1, 3. *Simul*

Mercurio, qui me in mercimoniis Juvit lucrisque quadruplicavit rem meam (*grates habeo*). Quapropter dissentio a *Torrentio* et *Hochedero*, qui hic quoque perfectionem quaternarii opinantur significatum, quorum ille ad id nos revocat, quod de quadro seu tetragono et cubo tradant geometrae. *Cruquius* respici putat acervum Chrysippeum, qui non rotundetur, i. e. in se redeat nisi post multas ambages in hanc rem laudans Pers. 6, 78 — 80. Eundem locum, cui de progressione orationis addi potest Juv. 14, 323 — 26., cum Horatiano comparat *Casaubonus* p. 558. Cf. Beroald. annot. append. c. 9. in Grut. Lamp. crit. I. p. 318. Contra *Perizonius* ad Sctii Minerv. 3, 3. I. p. 515. B. *quadr. acerv.* dicit quartam ejus partem constituere seu facere, ut quatuor partibus constet. *Dorighello*, cui naves ob oculos obversatae sunt, sic: „una navis tibi 6200 denarios suppeditet (v. 34), et quarta navis quadret cumulum pecuniae numeratae.“ Tales argutias indicasse satis habeo. Quae de *talentis* hic disputat *Desprezius*, parum habent fidei; accurate autem de tota re egit *Boeckhius* in „Metrolog. Untersuchungen über Gewichte, Münzfüsse“ etc. Berl. 1838. p. 298. 299., quocum cf. *Hartmann*: „Tabellarische Uebersicht der gewöhnlichsten altröm. Münzen“ etc. Leipz. 1828. p. 58. Ex nostra igitur computandi ratione *mille talenta* efficiunt 1,225,000 thaleros boruss. Paulo differt *Fr. Schultze* in Passov. Lexic. gr. II. p. 76. append. cf. Orell. ad Sat. 2, 7, 89.

V. 36 — 38. *Scilicet — Venusque.* Sententia: „Magna scilicet sunt divitiarum commoda, at quae illae praebent, non nobis (quod planius dicit Juvenalis 5, 136.), sed divitiis ipsis exhibentur.“ — *uxorem cum dote*, est *beata uxor* Epist. 1, 2, 44. ubi vide. De uxore quidem negata Petron. 137. *Quisquis habet nummos — Uxorem ducat Danaën* etc. ibiq. Wernsd. III. p. 64. — *fidemque, quia*, ut ait Sat. 1, 1, 62., *tanti, quantum habeas, sis.* Juven. 3, 143. *Quantum quisque sua nummorum servat in arca, tantum habet et fidei.* Philem. Fr. XV. *Πρόσεστι δὲ τῷ πένητι ἀπιστία· — ἀνὴρ δὲ πλουτῶν, κἂν ἄγαν ψευδηγορῇ, δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν ἀσφαλές.* — *et amicos.* Plaut. Stich. 4, 1, 16. *Ut cuique homini res parata est, firmi amici sunt.* Philem. Fr. Πτερυγ. I. *τοῦτο (τὸ ἀργύριον) δ' ἂν ἔχῃς, λέγε πρὸς τοῦθ' ὅ βούλει, πάντα σοι γενήσεται, φίλοι, βοηθοὶ, μάρτυρες, συνοικίαι.* Menandr. Fr. 165. *Ἐὰν δ' ἔχωμεν χρήμαθ', ἕξομεν φίλους.* Ibid. 500. 558. Id. inc. Fab. Fr. X. p. 56. (Dübn.) et Theogn. 929. ed. Lips.

— V. 37. *Et genus.* Senec. Epist. 115. *Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.* Eurip. Phoen. 449. τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα, δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει — — πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ. Cf. annot. ad 1, 1, 59. — *regina Pecunia.* Ita Sympos. Aenigm. 89. *Terra fui primo latebris abscondita terrae; Nunc aliud regnum flammae nomenque dederunt,* ubi vid. Wernsd. VI. p. 565. Eadem fere sententia χρήματα Hesiodo Op. et D. 686. sunt ψυχὴ δειλοῖσι βροτοῖσι. Inde Epist. 1, 10, 47. *Imperat aut servit collecta pecunia cuique* et Sat. 2, 3, 94 sqq. *omnis enim res, Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris Divitiis parent* etc. ad quem loc. vid. Lambin. De *dea Pecunia,* quae per jocum vel ironiam dicebatur, locos attulerunt Schmid. et Orell., de tota autem sententia cf. Lambin. ad Od. 3, 16, 1—16. Muret. ad Arist. Ethic. 1, 4. p. 167. et ad Rhetor. 2. III. p. 767. Cort. ad Sall. Cat. 12, 1. Stob. Serm. LXXXIX. Senec. Epist. 115. Ceterum *regina Pec.* dicitur ut ap. Cic. de Orat. 2, 44. *omnium regina rerum oratio.* Atque haud scio an Horatium ante oculos habuerit *Boileau* (Sat.) in versibus, quos huc transscripsit *Daru:* „Quiconque est riche, est tout. Sans sagesse il est sage: Il a, sans rien savoir, la science en partage: Il a l'esprit, le coeur, le mérite, le rang: La vertu, la valeur, la dignité, le sang: Il est aimé des grands, il est chéri des belles; Jamais surintendant ne trouva des cruelles. L'or même à la laideur donne un teint de beauté: Mais tout devient affreux avec la pauvreté."

V. 38. *Ac bene — Venusque.* „Qui dives est, in ejus labris quasi sessitat Suada eumque, ut venere gratiosus sit, ornat Venus." Ex eodem fonte promanavit sententia illa: *Audieras, cui Rem di donarent, illi discedere pravam Stultitiam.* Epist. 2, 2, 151. ibiq. Schm. Cf. Eurip. Heraclid. 726 sqq. Quapropter non facio cum *Turnebo* (Adv. 22, 8.), *Desprezio, Fea,* aliis, qui, quum hae deae matrimoniis conciliandis adesse dicantur (Plutarch. Praec. conjug. 138. VI. p. 523. R. Id. Qu. Roman. VII. p. 72. cf. Orell. ad Od. 1, 30, 8. et D. T. Müller de causis conviviorum nuptialium in Bidermanni Select. Schol. II. 2. p. 748.), felicitatem intelligunt *bene nummato* (Cic. Epist. ad Div. 7, 16. Leg. Agrar. 2, 22.) conciliandi nuptias opulentas, quibus intentos fuisse juvenes Romanos constat, Epist. 1, 2, 44. At de uxore antea dixit, quam ob rem *Torrentius* haec de Suadela et Venere verba generatim exponi mavult, „ut quisquis scilicet nummatus est, ita quamcumque rem

aggrediatur, deas hasce habere propitias ac proinde se felicem credat etc. Similia conjecerant alii, et ita, ut has deas facile homines, quibus faverent, suis muneribus benevolentiae et amicitiae aliorum tradidisse dicerent, cf. Turneb. Adv. 9, 30. Quae sententia, dummodo iis, quos supra posuimus, limitibus includatur, facile assensum feret. At invitis illis deabus *Bothius* in ed. Gesn. Nominibus appellativis contra hominum antiquorum opinionem fidemque positis maximam irrisionis vim infregit. Vide igitur de *dea Suada*, quae Graecis *Πειθὼ* est, Cic. Brut. 15, 59. Quintil. Inst. 10, 1, 82. Gesn. ibi et ad Plin. Epist. 1, 20, 17. Politian. Miscell. 91. in Gruter. Lamp. crit. I. p. 121. Fr. Jacobs. ad Delect. Epigr. gr. 4, 29, 3. 5, 28, 1. Creuzer. in Wiener Jahrbb. 1834. LXVI. p. 204. Boekh. Expl. ad Pind. Pyth. 9, 40. p. 322. et quae de utraque dea junctim culta disputant Schneidewin. ad Jbyc. Rheg. Carm. Reliq. p. 111. et K. W. Bouterwek. in Tübing. Kunstbl. 1833. N. 97. p. 387. et N. 98. p. 390. Lambin. et Orell. ad h. l.

V. 39. *Mancipiis — rex.* „Rex ipse, nisi est dives nummis, beatus dici nequit.“ Pro hoc posuit Cappadocum regem, qui nisi venalitiorum capita non habuit vectigalia. Praeterea Poeta ante oculos habuisse videtur ipsos servos venales, qui e Cappadocia Romam abducebantur, vid. Fr. Fabric. ad Cic. Orat. pr. red. in Senat. 6. Heyn. Opusc. Acad. III. p. 138. Web. ad Juv. p. 263. De Ariobarzane, decessore ejus, qui tum nomine Archelaus (Rup. ad Tac. Ann. 2, 42, 1.) regnavit, scribit Cicero (a. u. 704) ad Attic. 6, 1, 4. *Nullum aerarium, nullum vectigal habet. Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius.* Ibid. 6, 3, 5. *Ariobarzanes, rex perpauper.* Quapropter in errore versantur, qui (fortasse propter locum Pers. 6, 77.) Cappadocum regem pro quovis domino mancipiorum vel venalitio, mangone habent, ut, excepto *Glareano, Beroaldus* (Gruter. Lamp. crit. I. p. 200.), *Sabellicus*, *Ascensius, Britannicus, Lambinus, Turnebus* (Adv. 22, 8.), alii. Neque melior est sententia eorum, qui venalitiarios fere parum pecuniae habere, nec ei qui pecuniosus velit esse, hoc genus quaestus esse sectandum affirmant, vid. Turneb. 26, 16. Aliam explicationem et eam absurdam facillimo negotio refutat *Lambinus.* De Cappadocibus ipsis multa collegit *Schmidius.*

V. 40 — 46. *Ne fueris — furibus.* Sententiarum ordo: „Pauperrimo isti regi similis esse noli, sed diviti Lucullo, qui nulla re egens quantas haberet opes, ipse ignoraret. Eae autem sunt divitiae,

non tam habere ad vitae usum necessaria, quam supervacanea.“ Alii, ut *Xylander, Gesner.* et *Charpentier.* hoc praecipi opinantur: „ne quis una re dives, ceteris egens, velit esse, sed id unicuique faciendum, ut, quemadmodum Crasso, omnium generum copiae supersint.“ Sententiam commode expedivit *Hochederus,* quum diceret, Poetam id spectasse, ut hic rationem modumque divitiarum et quasi exemplar proponeret. At cur Poeta mentionem fecerit regis Cappadocum, id haud scio an ex rebus tum actis (Dio Cass. 54, 9.) facile intelligatur. — *Ne fueris hic tu*, ut 15, 42. *Nimirum hic ego sum* et Juv. 4, 36. *ne hic tu sis*, si quidem recte conjecit *Heinrichius.* *Schmid.* comparat Graecorum *μὴ σύγε!* collato Valcken. ad Eurip. Phoen. 534. — *Chlamydes Lucullus* etc. Eandem rem hujus loci memor enarrat Plutarchus in *vita Luculli* 3. 9. *Στρατηγοῦ δέ ποτε φιλοτιμουμένου περὶ θέας καὶ χορῷ τινὶ κόσμον αἰτουμένου πορφυρᾶς χλαμύδας ἀπεκρίνατο σκεψάμενος, ἂν ἔχῃ, δώσειν. Εἶτα μεθ' ἡμέραν ἠρώτησεν αὐτόν, ὁπόσων δέοιτο· τοῦ δὲ ἑκατὸν ἀρέσκειν φήσαντος, ἐκέλευσε λαβεῖν δὶς τοσαύτας· εἰς ὃ καὶ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιπεφώνηκεν, ὡς οὐ νομίζει πλοῦτον, οὗ μὴ τὰ παρορώμενα καὶ λανθάνοντα πλείονα τῶν φαινομένων ἐστιν.* In qua lepida quidem historiola Plutarchum, quod ducentarum tantum chlamydum mentionem fecisset, *Groebelius* ἁμάρτημα μνημονικὸν admisisse dicit, quod secus videtur. Plutarchus enim, qui sine dubio aliunde quoque rem novisset, ducentas a Lucullo reapse missas scribit, Horatius autem, quot dives Lucullus omnino habuerit. Quanquam infitias ire nolo, Poetam pro sua ratione rem ipsam in majus extulisse videri. Num autem praeter hunc locum et Anth. gr. III. p. 176. ed. Jacobs. summorum poetarum Virgilii et Horatii quisquam Graecorum mentionem injiciat, me nescire fateor. Ceterum chlamydes, quae proprie erant vestes Graecorum militares, quanquam postea iis et Romani vel imperatores vel nobiliores et ipsae mulieres utebantur, (Ernest. Clav. Cic. v. Chlam. Wernsd. ad Poet. Lat. min. I. p. 256. Forbig. ad Virg. Aen. 3, 484. Boettig. Sabin. I. p. 72. 98.) scenae commodatae videntur, vel ut histriones splendidam aliquam pompam in tragoedia sive triumphum (Epist. 2, 1, 190.), vel ut comoedi, uti *Baehrius* opinatur in Heidelb. Jahrbb. 1830. Nr. 32. p. 506, graecos homines imitarentur, cui opinioni haud scio an obstet chorus a Plutarcho commemoratus. Ad voc. *tolleret* intelligendus praetor est vel aedilis, qui spectacula edebat. — V. 45. *Exilis domus,* cui contraria est *plena,* ut Od. 2, 12, 24. cf. Bentl. ad Od. 1, 4, 17.

— *dominum fallunt*, Plutarcho interprete, *τὰ παρορώμενα καὶ λανθάνοντα* — *prosunt furibus*, imprimis servis; vid. Schm. ad Epist. 2, 2, 134. Cic. de Orat. 2, 61, 248. Terent. Eun. 4, 7, 9. Plaut. Fr. Aul. 39. ed. Both. Locus autem, quem afferunt Virg. Ecl. 3, 16. *Quid domini faciant, audent quum talia fures!* dubito num aliter explicandus sit. Vide ibi Forbigerum. Neque facile dijudices, utrum *dominus* hic significet possessorem an herum, penes quem est imperium in familiam. Cic. de Offic. 1, 39, 4. Liv. 22, 42, 11. Juv. 3, 131. ibique Heinr. Equidem praefero illud. In sententiam apprime laudat *Lambinus* Scopae Thessali, hominis copiosi dictum, quo, quum ab eo quidam posceret quae superessent quaeque supervacanea viderentur: *ἀλλὰ μὲν*, ajebat, *τούτοις ἐσμὲν ἡμεῖς εὐδαίμονες καὶ μακάριοι τοῖς περιττοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις τοῖς ἀναγκαίοις.* Rem narrat Plutarchus de Cupid. Divit. VIII. p. 91. Rsk. Neque ab hac re abhorrent loci a Schmidio allati Ovid. Met. 13, 824. *Hoc pecus omne meum est* — *Nec si forte roges, possim tibi dicere, quot sint. Pauperis est numerare pecus*, et Petron. 37. *Ipse nescit, quid habeat, adeo zaplutus est.* Talibus contraria leguntur ap. Plaut. in Aulul. 44. ed. B. *Nam hic apud nos nihil est aliud quaesti furibus. Ita inaniis sunt oppletae (aedes) atque araneis.* Cf. Tib. 4, 1, 186.

V. 46 — 48. *Ergo Si res sola* — *omittas.* Hanc clausulam et quasi quandam conclusionem non eo quo v. 30. 31. modo rationeque Hor. addidisset, si unum summum bonum v. 1 — 31. proponere et quae sequuntur per ironiam quandam sententiae tantum priori adjungere voluisset. Ironia potius in eo cernitur, quod Poeta uti abnormis sapiens divitias aliasque res ad legem illam summi boni refert ejusque quasi quadam formula includit. Quod in hac re longior est quam in reliquis, nemo mirabitur qui novit *F. A. Wolfii* annotata ad Sat. I. p. 9.

V. 49 — 55. Progreditur ad aliud summum bonum, quod in honore positum est. Inde v. 49. *species* et *gratia.* Illa enim h. l. splendor et magnificentia imprimis summorum magistratuum, ut Cic. in Pison. 11. *Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas consulis.* Id. in Epist. ad Div. 1, 9, 41. *Hic meae vitae cursus offendit eos fortasse, qui splendorem et speciem hujus vitae intuentur.* Similiter Sueton. in Calig. 22. *speciem principatus in regni formam convertere* dixit. Tac. Ann. 4, 6, 1. (ibi Rup.) *Sua consulibus, sua praetoribus species.* Senec.

Octav. 489. (ibiq. Baden.) *orbem tu sacra specie regis, Patriae parens.* Claudian. 4. Cons. Honor. 83. *Amissa specie raptisque insignibus ambo In vultus rediere suos.* Lucian. Nigrin. 15. Ὅστις — πορφύρᾳ καὶ δυναστείᾳ μετρεῖ τὸ εὔδαιμον. Haec autem *aura popularis, commendatio in vulgus, favor populi,* quo *mobilium turba Quiritium* suos *certat tergeminis tollere honoribus,* et quo quis *descendit in Campum petitor.* Contra disputat Cicero in Tusc. 5, 36., ubi contraria sunt *ignobilitas, humilitas* et *popularis offensio.* Totum locum perperam interpretatus est *Torrentius,* quem impugnat *Dacerius,* cui *species* est „la belle apparence, comme la magnificence dans les habits, dans le train, l'éclat des Charges etc.; *gratia,* l'autorité, le credit.“!?

V. 50. *Mercemur servum, qui dictet nomina.* Ut Romae maximae civilitatis erat, sine nomenclatore obvios salutare (vid. Cort. et Fabr. ad Sallust. Jug. 4, 3. Burm. ad Petron. 44.), divites enim et fastuosiores salutabant, ut ait Lucianus in Nigrin. 21. τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀλλοτρίᾳ φωνῇ: ita candidati nullam praetermittebant occasionem testandae suae in eos, a quibus juvari se posse sperabant, reverentiae, quod quo facilius facerent, mercede conducebant servum, qui obviorum nomina sibi indicarent. Is est *nomenclator, monitor, fartor,* ὀνοματόλογος. Vid. Casaub. ad Suet. Aug. 19. Dac. ad Fest. p. 429. ed. Lindem. interpp. ad Lucian. de merced. conduct. III. p. 530. Bip. Becker. ad Gall. I. p. 114. 249. et quos hic congesserunt locos *Lambinus, Wielandius, Schmidius.*

V. 51. *laevum Qui — porrigere.* Nomenclator igitur admonendi causa (Ruhnk. ad Terent. Hecyr. 3, 5, 17. Rupert. ad Juv. 7, 108.) candidati pungit latus et *laevum,* utpote quem laevum incedere deceret, de qua re vid. Lips. Elect. 2, 2. Heind. et Orell. ad Sat. 2, 5, 17. Heinr. ad Juv. 3, 131. Quum hoc, tum contraria illa joci plena: *laevum — dextram* non senserunt aut qui varia ratione [vid. Fabric., Torr. et Baxt.] scripturam *saevum* tuerentur, aut qui, ut *Landinus* et *Ascensius,* intelligerent latus suffragatoris vel populi excitandum, ut is porrigeret dextram et promitteret suffragationem vel, uti *Acron, Bonfinis* et *Britannicus* latus populi loco non cedentis et ob eam causam fodicandum, ut hero via daretur. Neque audiendus est *Lambinus,* quum in verbis *dextram porrigendi* coll. Tibull. 1, 5, 64. hanc inesse opinatur sententiam: „nomenclatorem cogere herum suum, trans saxa aut trabes magni ponderis (Prop. 3, 1, 62.), quae vel plaustris vehantur, vel

machinis attollantur, in viis dextram porrigere ad aliquem civem apud tribules suos gratiosum, in via saxis impedita laborantem sublevandum.“ Cum Lambino facit *Dacerius* atque haud scio an locum aeque intellexerint *Acron* et *Cruquius* et *Huschkius* (hic ad Tib. l. l.). At nemini non dictio illa ad salutantis potius manuque prensantis gestum referenda videbitur, ut indicat similis Plutarchi locus a Lambino ipso laudatus „An Seni sit gerenda Resp.“ IX. [IV. Moral.] p. 171. οὐ γάρ, ὡς Τιβέριος ὁ Καῖσαρ ἔλεγε, τὸ τὴν χεῖρα τῷ ἰατρῷ προτείνειν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας, αἰσχρόν ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τὴν χεῖρα τῷ δήμῳ προτείνειν, ψῆφον αἰτοῦντας ἢ φωνὴν ἀρχαιρεζιάζουσαν. Adde Cic. pr. Muren. 36, 77. pr. Planc. 18, 45. 19, 47. de Orat. 1, 24, 112. Rupert. ad Liv. 2, 61, 4. Val. Maxim. 7, 5, 2. p. 370. Bip. Mamertin. Paneg. 16. Auson. Paneg. 5. et cf. Ovid. A. A. 2, 254. Maxime autem interpretes explicatio verborum *trans pondera* torquet. Sed concludamus in unum locum perdifficilem. „*Nomenclator igitur herum manu feriendo laevum ejus latus cogit, ut hunc vel illum, utpote qui in tribu Fabia vel in Velina multum valeat, salutet ipsiusque manum porrecta dextra et vel adeo trans pondera prehenset*“ i. e. trans impedimenta quaedam sive sunt saxa ponderosa sive trabes per vias latae vel vectae. Ita quidem sentiunt praeter alios *Glareanus*, auctore Erasmo, *Minos*, *Baxt.*, *Dac.*, *Sanad.*, *Dorigh.*, *Wieland.*, *Haberfeld.*, *Both.*, *Doering.*, *Schmid.*, *Hoched.*, *Campenon.* Quodsi contra disputat *Torrentius*, in Comitio moles vel machinas aliaque prensationi impedimenta non fuisse, nihil agit, quum non de comitio, sed de quavis viae parte agatur. Et quis est qui nesciat, in quavis urbe talia inveniri impedimenta? Ipsis verbis testantur Horatius (Epist. 2, 2, 73.) et Juvenalis (Sat. 3, 245 — 260. ibiq. Rupert.). At quum poetae summa sequantur et Horatius rem plane singularem commemorare videatur, equidem non improbaverim *Rodellii* explicationem (a qua non dissentire videtur *Sanadonus*), qua *herus per media plaustra saxis, trabibus aliaque mole onusta magna cum difficultate magnoque saepe periculo adire suffragatores cogitur eorumque manus prehendere*, cujus officii observantia et officiosa sedulitate haud scio an quicquam cogitari possit majus. *Trans pondera* igitur est jocosa breviloquentia, quam ii misere turbant, qui ut *Turnebus* (Adv. 22, 8.) et *Juvencius* manum trans plaustra illa et rhedas porrigi faciunt vel, si senserint rei incommoda atque miram fidem, *porrigere manum* pro significatione salu-

tandi habent. Inde, quod ad naturam accommodatius est, candidatum pondera transilientem faciunt *Desprezius* et *Zurckius*. At ne nobis neve aliis deesse coarguamur, varias virorum doctorum de hoc loco sententias quam brevissime fieri potest recensebimus. *Acron pondera* intelligit „lapides qui porriguntur per vias (Schol. Cruq.: qui per vias dantur in opera), vel qui ad latera expositi altiores sunt (Schol. Cruq.: aut [ad] latera viarum expositi altiores eriguntur) et est sensus: qui manum porrigant (Schol. Cruq.: porrigat) transituro.“ *Cruquius* igitur loco Epist. 2, 2, 71. male abusus significari opinatur saxa ponderosa, quae Hesychius σπήλωνες vocet, pontis loco in hieme praesertim itineribus projecta. *Britannicus* cum aliis quidem hac in re consentit, ut *pondera* esse dicat lapides aut magnae materiei acervum, sed servum dominum suum trans ea porrecta dextra ab altera viae parte in alteram ducere ait, ut per hoc intelligas servum procerum ac robustum ad quandam ambitionis ostentationem. In illum quidem magnopere invehitur *Floridus*, sed lectica ipsius, pro qua propugnat vehementer, assensum multorum non tulit. Quapropter *Torrentius*, praeeunte *Ascensio*, *pondera* indicare sibi persuadet prementis populi, ut in tanta multitudine fieri soleat, onus atque molestiam atque adeo quicquid accedere et prensare volenti obstet, ut id omne propulsare eum compellat nomenclator, ne quovis pacto is, qui apud tribus gratiosus sit, a candidato negligi videatur. Laudat in suam rem Sat. 2, 6, 28—30. Similiter *Doeringius* in ed. min. „artam hominum turbam“ intelligit. At *Th. Marcilius* verba illa idem esse docet ac „corrumpere cives largitionibus sive largitione sua excedere publica pondera,“ fretus auctoritate Festi, qui tradit, lege Silia ponderibus publicis modum praefinitum magistratusque vetitos esse majora minorave facere. Sic *Bonfinis pondera* esse dicit „gravia munera ac dona,“ sed servum mire facit cogentem dextram non candidati illius quidem, at „clientium vel subditorum transporrigere talia munera.“ Contra *Jo. Talentonius* in illis verbis inesse putat hoc: „manum a toga expedire et emittere, ut eam huic illive porrigere possit candidatus.“ Simile quid senserunt *Sigonius* et *Octav. Ferrarius*, a quorum partibus *Feam* et *Charpenterium* stare valde miror. Contra Sigonii interpretationem surrexit *Graevius*, qui suam fecit Angelii Bargaei sententiam, quae haec est: „cogit servus ille *porrigere dext. tr. pond.*, h. e. ineptum esse sic, ut neque gravis neque prudentis hominis dignitatem tueatur.“ *Pondera* igitur sunt graves et magnae auctoritatis viri, ut ap. Cic. ad Attic. 11, 6. et ap. Salej. Bass. in carm. ad

Pison. 56. Quod Graevius de animi pondere dictum putat, id *Gesnerus* ad corporis pondus refert, ut sit *trans pondera* ultra aequilibrium corporis cum periculo cadendi, in quam rem laudat Ovid. Met. 1, 13. [adde Cic. Arat. 22.] Ei assentiuntur *Bothius* (in Annot. ad Feam, sed mentem mutavit in ed. Gesneri), *Groebelius* (laudans Cic. pr. Planc. 10.), *Schirachius* et *M. A. Fritzschius* (in Commentat. in Horat. Lib. I. Epist. VI, v. 51. Dresd. e typographeo C. G. Gaertneri. sine anno.). *Brieglebius* extremae conditionis homines ut bajulos significatos opinatur. Similiter *Jahnius* sentit ea, „quae ejusmodi homo humeris fert.“ Cf. Leipz. Lit. Zeit. 1825. N. 180. A quibus non multum dissidet *Seebodius*, tribulem quendam intelligens rusticum, quem, quum fructus ex rure in urbem portatos venum proponat, candidatus ille perofficiose adeat atque humiliter. In promptu autem est, qua mente *Wissius* verba sic ordinet: „*cogat tr. pond.*, i. e. servus agat candidatum trans pondera.“ *Orellius* autem omnium simplicissimam habet eam explicationem, in quam inciderit *Lupius*, ut *pondera* intelligantur propolae cujusdam in taberna sedentis apparatus ponderum ac mensurarum; ceteras enim refutari dicit primo aspectu tabernae Pompejanae in Mus. Borbon. Vol. X. post voluminis indicem. Cum his cf. *Ascensius* ad h. l., *Luisinus* (Parerg. 3, 41. in Grut. Lamp. crit. III. p. 509.) et *Titius* ad Nemes. Ecl. 1, 51., ubi *Burmannus* locum Horatianum se intelligere negat. At quum difficile sit, rem tam obscuram et antiquitate obrutam illustrem reddere, ejus explanationi quaecumque est ex ingenio quisque vel demat vel addat fidem!

V. 52—54. *Hic multum — ebur.* Tribus *Fabiae,* in quam adoptatus erat Augustus, mentio fit a Sueton. in Vit. Aug. 40., *Velinae* a Cicerone ad Attic. 4, 15, 7. et a Persio 5, 73. (ibiq. Hauth. p. 330.) *Libertate opus est; non hac, ut quisque Velina Publius emeruit.* In verbis seqq. describitur tertius quidam et homo plebejus, qui ad arbitrium summos magistratus cui libet aut dat aut negat, ob hanc quidem rem *importunus*, i. e. non tam „sui juris, ferus, fier,“ ut explicat *Bauer.* ad Sanct. Minerv. II. p. 317., vel „assiduus, sedulus,“ ut *Juvencius*, quam incommodus, inhumanus; C. Passov: „unerbittlich;“ Orell.: „propter morositatem incommodus et inexorabilis, Trotzkopf.“ De hoc voc. dixerunt *Schmidius* ad h. l. *Lamb.* ad Od. 3, 16, 37. et *Klotz.* ad Cic. Lael. 15, 54. ed. B. Cf. Cort. ad Sallust. Jug. 31, 22. ad Cic. Epist. ad Div. 12, 12, 5. 15, 4, 11. Similiter Cic. pr. Sext. 13, 29. *Quid hoc ho-*

mine facias? aut quo civem importunum — reserves? Quanquam recte indicat *Orellius,* Poetam hic loqui omnino quasi vetere re publica, et sane per Augusti in Oriente absentiam, praesertim a. u. c. 735. multas turbas maxime in comitiis quaestoriis ortas et compressas esse a C. Sentio consule, nescio tamen an voluerit omnino *sumptas aut positas securis Arbitrio popularis aurae* describere Od. 3, 2, 19. Sic Sat. 1, 6, 15. *populo, qui stultus honores Saepe dat indignis et famae inservit ineptus.* Eandem rem respicit Epist. 1, 16, 34. *ut si Detulerit fascis indigno, detrahet idem.* Cf. Od. 1, 1, 7. Neque aliter de suae aetatis hominibus judicat Cicero in Or. de Planc. 3, 7. *quod ad populum pertinet, semper dignitatis iniquus judex est, qui aut invidet aut favet* et 4, 9. *Non enim comitiis judicat populus, sed movetur plerumque gratia; cedit precibus; facit eos, a quibus est maxime ambitus* etc. Tusc. 5, 36, 104. *an quicquam stultius, quam, quos singulos sicut operarios barbarosque contemnas, eos aliquid putare esse universos?* De consuetudine dicendi cf. Sat. 1, 6, 86. *honestos Fascibus et sellis nollem mihi sumere.* Ovid. Fast. 5, 51. *Illa datos fasces commendat eburque curule.* Juv. 10, 91. *illi sellas donare curules?* Ceterum recte vertit *Wielandius eripiet:* „und wem er übel will, der mache sich nur keine Hoffnung zum curulischen Throne.“ Ita Petron. de Mutat. Reip. Rom. 46. *fascesque pudet rapuisse Catoni* i. e. non dedisse, et ap. Cic. in Lael. 23, 87. *hominis omnino aspiciendi potestatem eripere.* Sic Coelius ap. Cic. in Epist. ad Div. 8, 14, 3. de repulsa Domitii: *quod per injuriam sibi putat ereptum, cujus ego auctor fuerim.*

V. 54. 55. *Frater — adopta.* Sic Spartianus quidem de Did. Julian. 4. *Atque unumquemque, ut erat aetas, vel patrem vel filium vel parentem affatus blandissime est;* et Capitolin. de M. Antonin. 18. *Quum in omnium amore imperasset, atque ab aliis modo frater, modo pater, modo filius, ut cujusque aetas sinebat, diceretur;* ex quibus locis a Torrentio allatis conjici licet, versu 55. novum quoddam praeceptum, ut: *adopta filium,* datum esse. Festive autem illud homines sibi conciliandi studium *adoptationi* comparatur, ut Petron. 127. *concilio tibi, o juvenis, sororem. Habes tu quidem et fratrem, neque enim me piguit quaerere: sed quid prohibet et sororem adoptare?* Quod dicit *facetus,* non est, ut interpretatur *Rodellius,* „per jucundum jocum,“ sed urbane, festive, ut Voss: „mit Artigkeit“ sive ut Passov: „fein.“ Cf. Heind. ad Sat. 1, 10,

44. et Doederl. Syn. V. p. 217. *Brieglebii* autem annotatio: „conjuncta potius requirere videbantur *blande;* sed nimirum facetum dixit ludens eundem, quem Cicero serio agens *ineptum,*" parum commoda videtur. Epitheton ipsum per omissum *ut* explicandum censet *Bauer* ad Sanct. Minerv. II. p. 317., ut alii infra v. 63., sed vide annotata ad Epist. 1, 2, 42. Ceterum de hac blanda et *patris* et *fratris* compellatione vid. praeter interpp. ad h. l. Heind. ad Sat. 2, 1, 12. Broukh. ad Tib. 3, 1, 23. Ruhnk. ad Terent. Heaut. 3, 1, 50. Rupert. ad Juv. 5, 135. Dorvill. ad Charit. 4, 3. p. 433. interpp. ad Lucian. Menipp. 21. Cf. infra 7, 37. et de tota sententia Q. Cic. de Petit. consul. 11, 32 — 35. Locum in suam rem convertit Mazois in „Palast des Scaurus" p. 43. 54.

V. 56 — 64. *Si bene — voluptas.* Transit Hor. ad tertium summi boni genus, quod continetur gulae deliciis. Inde Persius 4, 17. *Quae tibi summa boni est? uncta vixisse patella Semper et assiduo curata cuticula sole?* Cf. Sat. 2, 2. 4. 8. et 7, 102—111. Epist. 1, 2, 28. 29. Od. 2, 14, 28. Lucil. Fr. 4, 1 — 9. Pers. 3, 88 sqq. Juv. 11, 3 — 56. Id. 4, 46 sqq. ibiq. Rupert. Senec. Consol. ad Helv. 9. Epist. 89. Controv. V. prooem. p. 223. Macrob. Saturn. 2, 9. Petron. de Mutat. Reip. Rom. 33 sqq. Lucian. Nigrin. 15. 16. 33. Becker. ad Gall. II. p. 130 sqq. Contra disputat Cicero in Tusc. 5, 34, 97 sqq. Aeque salse ac ridicule *gula* perhibetur *dux,* quem lauti homines sequantur in quaerendis dapibus. Sic qui *ducitur libo fumante* vocatur *gulae parens* Sat. 2, 7, 102. 111. Hinc *irritamenta gulae* ap. Tac. Hist. 2, 62., *instrumenta gulae* ap. Macrob. Sat. 2, 13. et *homo non profundae modo, sed intempestivae quoque et sordidae gulae* ap. Sueton. Vitell. 13. Lucian. Nigrin. 33. *ὑπέφαινε γοῦν τεσσάρων δακτύλων αὐτοῖς εἵνεκα πάντα πονεῖσθαι τὸν πόνον, ἐφ᾽ ὅσους ὁ μήκιστος ἀνθρώπου λαιμός ἐστιν.* Festinatione autem ad res bonas opus est, ut primo mane, *si lucet,* cogites, quomodo gulae satisfiat. Sic ille conviva luxuriosus ap. Petron. 41.: *Dies, inquit, nihil est, dum versas te, nox fit: itaque nihil est melius, quam de cubiculo recta in triclinium ire.* Mira igitur est *Bothii* interpretatio: „sol nondum occidit, quo tempore coenabant frugi." Intellexit V. D., uti *Charpenterius,* convivia tempestiva. Rursus ad venationem *lucendi* verbum *Orellius* refert, quod factum nollem. Illud enim verbum generatim, ut v. 20. *mane forum,* 32. *cave ne occupet,* v. 48. *Hoc primus* dicitur, cui festiva subjungitur sententia haecce: *piscemur,*

venemur idque in foro, seu quocumque loco pisces, apri etc. venumdantur, ad exemplum Gargilii illius, qui pro sua mollitie et vanitate venationem simulavit aprumque emit. Solet autem Hor. interdum sententiae suae immiscere narratiunculas, quae ut suis circumscribantur limitibus magnopere curandum est, ut v. 21. 22. Epist 7, 14 sqq. 50 sqq. 15, 26 sqq. 17, 55 sqq. 18, 15 sqq. 30 sqq. 19, 15 sqq. 2, 2, 26 sqq. 87 sqq. Similem autem dolum comparat Beier. ad Cic. Offic. 3, 14, 58. Rem ipsam tetigit *Klippgen* de *Venatione Romanis solemni* in Bidermanni Select. Scholast. II, 2. p. 760. Nescio autem, cur *Gargilium* istum, hominem aliunde ignotum, faciat equitem Romanum. Commemoratur *C. Gargilius Haemon* filius Proculi Philagri divi Augusti libertus in inscr. quadam ab *Osanno*, V. Cl., in Zimm. Zeitschrift etc. 1835 p. 289. explicata. Ceterum ad v. 56. ad formulam *bene coenat Muretus* (Opp. III. p. 531.) confert Platonis εὐωχίαν παρὰ τὸ εὖ ἔχειν. — V. 57. *mane.* Prima quidem luce venatos esse veteres Romanos testantur loci a Wernsdorfio ad Grat. Cyneg. 223. et ad Nemes. Cyneg. 324. citati, cf. Schm. ad h. l., sed Horatius non dicit, Gargilium mane venatum exisse et paucas post horas pleno etiam tunc hominum foro redisse, ut opinantur *Sanadonus, Orellius*, alii, neque eum jussisse *mane* servos suos cum apparatu venatorio plenum forum transire ad aprum unum eumque emptum *vesperi* referendum, ut interpretantur *Dacerius*, *Gesnerus*, *Daruus*, sed, ut recte vidit *Bentlejus* (atque approbant Fea, Groebel, Charpent.), Gargilium *mane* sive ante meridiem pleno tum foro a venatione redisse, ita ut jusserit, servos per forum transire, ut populo spectante mulus aprum referret. Quando exierit, quaerere hic non attinet, quanquam *Fea* de nocturna aprorum venatione laudat Od. 1, 1, 25. Sat. 2, 3, 234. — *plagas, venabula, servos Transire jub.* dicitur, ut ap. Virg. Aen. 4, 131. (ibiq. Wagn. et Forbig.) *Retia rara, plagae, lato venabula ferro Massylique ruunt equites et odora canum vis.* De tali apparatu Grat. Cyneg. 218. *nec sibi turbam Contraxit comitem nec vasa tenentia longe*, ubi Wernsd. praeter hunc locum laudat Nemes. Cyneg. 300. Ovid. Met. 7, 806.

V. 59. *Differtum forum,* ut *frequentes vici* et *forum frequens* ap. Liv. 10, 11, 1. (ibi Rupert.), quibus verbis notio singularis *populi* subjungitur, ut Od. 3, 6, 20. *clades In patriam populumque fluxit* et Juv. 1, 72. *per famam et populum.* Similia collegimus ad Epist. 1, 2, 60. *Ouwens,* cui dictio est idem quod *forum dif-*

fertum populo, confert Od. 1, 1, 16. Sat. 1, 6, 126. Epist. 1, 7, 58. Virg. Ecl. 3, 10. Juv. 10, 10. Flor. 3, 3., quibus adde Weber. ad Juv. 14, 70. p. 366. Wagn. ad Virg. Ge. 1, 335 et Qu. Virg. XXXIII, 4. ac de Substantivis cognatae significationis particula *que* ab Horatio junctis Seebod. in „Scholien zu Qu. Hor. Fl." Heft 1. p. 25 sq. Rupert. ad Tac. Opp. IV. p. 820. v. Hendiadyoin. De ipsa ἓν διὰ δυοῖν formula assentior *Klotzio* ad Cic. Tusc. p. 504. et *Vossio* locos Tacitinos in Progr. schol. Altenburg. 1837. p. 9. accurate persecuto. *Transire* autem *populum* dicitur ut Catull. 68, 60. Liv. 21, 57, 3., quos locos contulit *Eichstadius*. Cf. Fabri. ad Liv. 22, 50, 9. Festive repetitur v. 60. *populo spectante*, ut vanitas ipsa appareat, qua Gargilius ille pompam venatoriam populo praebuerit conspiciendam. De repetitione talium dixi ad Epist. 1, 1, 21., adde *Ouwens*. l. l. p. 369. et Heinr. ad Juv. 1, 58. Haec omnia propter *Tanaq. Fabri* et *Bentleji* argutias erant indicanda. Ad illam vanitatem multitudo quoque mulorum pertinet, quapropter errat *Klippgen*, quippe cui *Unus de multis* visus sit esse *insignis*, *omnium nitidissimus*. At nisi hoc ex usitata dicendi ratione, quam *Burmannus* ad Petron. 44. illustravit, esset ut Od. 3, 11, 33. Epist. 1, 16, 55. 2, 2, 212., notio quaedam si non contemptus, at saltem vulgaris talium animalium generis illi dictioni adhaereret ut Sat. 1, 9, 71. Cic. Brut. 79, 274. de Offic. 1, 30, 15. Plin. Paneg. 2, 4. et Sillig. ad Virg. Cir. 90.

V. 61. *Crudi tumidique lavemur.* Tangitur summa luxuria atque voracitas, qua pleni adhuc et cibo tumidi in balnea ibant. Sic Pers. 3, 98. *Turgidus hic epulis atque albo ventre lavatur.* Juven. 1, 142. *Poena tamen praesens, quum tu deponis amictus Turgidus et crudum pavonem in balnea portas.* Cf. Lamprid. Heliogab. 30. Petron. 72. ibiq. Reines. p. 357. et Plin. H. N. 29, 1. Res ipsa M. Antonino 1, 16. dicitur οὐκ ἀωρεὶ λούστης, ubi *Gataker* illos locos contulit. A *Schmidio* meo, utpote qui causam talis lavationis inde repetendam censuerit, quod Romani ad cruditates expellendas uti consuessent Laconicis laudato loco e praefat. Columell. 1, 16. *ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus,* coll. Cels. 2, 17., dissentit *Groebelius* et verens, ne eorum usus, licet Dio Cassius 53, 27. Laconicum πυριατήριον ab Agrippa exstructum commemoret, posterioribus demum temporibus ad digerendas cruditates invaluerit, hujus loci turpitudinem non in lavando putat positam esse, sed in novis epulis, ad quas gulosi se

lavatione paraverint non tam concoctionis, cui perniciosam esse lavationem constet quam munditiae causa ad abigendum vel minuendum odorem, qui sub alis nascatur, in quam rem affert locos ad Epist. 1, 5, 29. laudatos. De hac quidem re dubito, de illa assentior Viro doctissimo, assentiuntur medici, quum talia balnea ad excitandum ciborum appetitum comparata existimant, vid. *G. H. Ritter* in Encyclop. Halens. VII. p. 51. Praeterire tamen nequeo, aliis, ut *Octav. Ferrario* (in Dissertat. de Baln. p. 8. ed. Fabric.), *Burmanno* ad Petron. 41. et *Wichelhausenio*, ipsi medico („Ueber die Bäder des Alterthums“ p. 60.), hanc alieno tempore balineis ardentibus lavandi consuetudinem a sola vel cibos conficiendi vel cruditatem et ebrietatem discutiendi causa repetendam videri. Cf. *Heinrich.* ad Juv. 1, 142., qui ablegat ad *Wyttenbach.* Animadv. in Plutarch. I. p. 826. De tempore autem paulo ante coenam lavandi legitimo disputat Becker. ad Gall. II. p. 49 sqq. quocum cf. Rupert. et Heinr. ad Juv. 11, 204. et *Böttiger.* Aldobrand. Hochz. p. 152 sqq. laudatus ab *Heinrichio* ad Juv. 3, 261.

V. 62. *Quid deceat — obliti.* Recte quidem *Dacerius:* „Car ces bains après le repas étoient non seulement contre la côutume, mais aussi contre les bonnes moeurs,“ haud scio tamen, an Poeta et alia quaedam spurca, ad quae facienda talibus hominibus opus esset sordido ministerio, significare voluerit. Rem obscoenam illam quidem eleganter illustrarunt *Boettiger.* in Sabin. p. 35 sq. et *Seebodius* in „Scholien“ etc. p. 21. Cf. *Wichelhausen* l. l. p. 63. et Plin. H. N. 14, 22. An improbans tale quid significavit, quod Ennius dixit ap. Cic. in Tusc. 4, 33, 70. *Flagiti principium est nudare inter civis corpora?* Vid. ibi Klotz. et ad orat. pr. Cluent. 51, 141. Quicquid est, huc quoque pertinent verba Ciceronis de Fin. 2, 8: *qui in mensam vomunt et qui conviviis auferuntur crudique postridie se rursus ingurgitant* etc. et Senec. in Consol. ad Helv. 9.: *Vomunt, ut edant, edunt, ut vomant.* — *Caer. cera digni,* i. e. *Caeritibus tabulis,* quas vocat Gellius 16, 13., digni, qui suffragandi munere privemur, quod est ex interpretatione Schol. Cruq.: *nota infamiae et omni ignominia digni sumus.* De hac nota censoria dixit Asconius ad Cic. Divinat. 3. p. 103. Bait. Historia illarum tabularum, de quibus hic multi sunt plerique interpretes parum faciunt ad hunc locum recte intelligendum, in quo Horatius mihi quidem eos notasse videtur, qui aut prodigi agnatorum curationi subjiciendi aut luxuriosi propter violatas leges sumptuarias

poena civili afficiendi erant; de illis Ulpian. Fragm. 12, 2. *Lex XII tabularum furiosum itemque prodigum, cui bonis interdictum est, in curatione jubet esse agnatorum;* de his Gell. 2, 24. Macrob. Sat. 2, 13. et qui illas leges recensent Creuzer. in Abriss der Roem. Antiq. §. 107 et 283. Weichert. Reliq. Poet. lat. p. 47 sq. Onomast. Tull. III. p. 273 sqq. Ceterum *Caer. cera* ut Juv. 1, 63. *ceras implere capaces*, ad quem loc. vid. Heinrich. et ad 4, 19. cf. Heind. ad Sat. 2, 5, 53.

V. 63. 64. *remigium — voluptas.* In his Hor., qui nihil molitur inepte, eos castigat, qui gula illecti res honestas postponunt deliciis; in quam rem commemorat, ut recte vidit *Lambinus*, Ulixis socios, qui proposito naufragii periculo Solis boves mactare quam in patriam reverti maluerunt; hinc Epitheta *interdicta* et *vitiosum*. Hom. Od. 11, 104 sqq. 12, 345 sqq. *Xylander* autem hic lotum gustatam intelligit Od. 9, 94 sqq., *Doeringius* Porphyrionem secutus Ulixis monitum, quo ne socii Circes poculis et Sirenum cantibus se capi paterentur, cavisset, quam interpretationem sententia Lambini approbata jure improbavit *Fr. Jacobs.* in Seebod. „Archiv“ 1826. fasc. 1. 2. p. 155. Quod *Harduinus* de hoc loco proposuit commentum recte rejecit *Sanadonus.* De simili comparatione cf. Epist. 1, 2, 22. Ceterum *remigium* pro remiges, cujus rei exempla attulerunt Gronov. et Drakenb. ad Liv. 26, 51, 6. Forbig. ad Virg. Aen. 3, 471. et Rupert. ad Tac. Ann. 2, 13, 2. Eodem modo explicandum Soph. Aj. 244. ed. Herm. *θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν* non infeliciter coll. hoc loco demonstratum ivit *Huthius* in Progr. Altenburg. 1838. p. 36.

V. 65 — 68. *Si Mimnermus — mecum.* „Denique summum bonum in amore est teste Mimnermo.“ Is enim (Fragm. ed. Bach. p. 27.): *Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσέης Ἀφροδίτης; Τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι, Κρυπταδίη φιλότης καὶ μείλιχα δῶρα καὶ εὐνή.* Qua quidem in re plurimos hominum antiquorum consensisse apparet ex Plat. Phaed. p. 65. A. (ibiq. Stallb. 9. p. 49.) *δοκεῖ γέ που — τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις, ᾧ μηδὲν ἡδὺ τῶν τοιούτων μηδὲ μετέχει αὐτῶν, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν, ἀλλ' ἐγγύς τι τείνειν τοῦ τεθνάναι ὁ μηδὲν φροντίζων τῶν ἡδονῶν, αἵ διὰ τοῦ σώματος εἰσιν.* Quid autem *magistri virtutis,* philosophi, senserint de venereis voluptatibus declarat Cicero in Tusc. 4, 32 — 35. ibiq. Davies et Klotz. Cf. ibid. 5, 33, 94 et annot. ad Epist. 1, 2, 55. Ceterum cur princeps ille elegiae amatoriae scriptor (vid. Schol. ad

Epist. 2, 2, 101.) hujus praecepti quasi auctor perhibeatur, accurate enodavit *N. Bachius* et in edit. p. 20. et in Zimmerm. „Allgem. Schulz.“ II. 1833. p. 561 sqq., ubi simul eorum explosum est commentum, qui, ut *Wielandius* ad h. l. N. 10., poetam illum in citharista quadam sexagesimum annum agentem arsisse opinati sunt; cf. *Paldamus* in „Roem. Erotik“ p. 12. et *G. H. Bode* in „Geschichte der Hellenischen Dichtkunst“ II. p. 247 sqq. imprimis p. 250. N. 1. p. 251. N. 4. *Porphyr.* ex ms. Monac. rectius quam in vulg. edd: „Mimnermus elegiarum scriptor fuit, qui in quadam ecloga Hieronymi sectam commendans summum bonum indolentiam ait, quam Graeci ἀναλγησίαν nominant“ etc. Laudant plerique omnes Prop. 1, 9, 11. 12. *Plus in amore valet Mimnermi versus Homero; carmina mansuetus lenia quaerit Amor.* Quod addit Horatius *jocisque,* est ut Epist. 2, 2, 56., ubi *jocos, venerem, convivia, ludum* conjungit. In eandem sententiam Epist. 1, 14, 36. *Nec lusisse pudet, sed non incidere ludum.* De Horatii ipsius amoribus, quibus se *militasse non sine gloria* profitetur Od. 3, 26, 1., nuper docte exposuit *Teuffel* in Seebod. „Archiv“ 1840. VI. 3. p. 325 sqq. — V. 67. *Vive, vale.* Ita Auson. Epist. 20, 13. ex usitata valedicendi formula ut Sat. 2, 5, 110. *vive valeque,* ibiq. Heind. et Forbig. ad Virg. Ecl. 8, 58. Burm. ad Anth. lat. II. p. 196. — *rectius istis.* Sunt qui *his* proprie dicendum fuisse opinentur, vid. Heind. ad Sat. 1, 2, 73., sed voc. *istis* suum hic obtinet locum, quum uti *Orellius* interpreteris: „quae tu nunc ipsum legis.“ Cf. Wagn. Qu. Virg. XVIIII. — *candidus,* ut *candidus judex* Epist. 1, 4, 1., i. e. qui simplici animo sententiam suam declarat. In totius sententiae similitudinem laudant Isocr. ad Nicloi. 86. χρῶ τοῖς εἰρημένοις, ἢ ζήτει βελτίω τούτων, Isidor. Pelusiot. 3, 95. *Καὶ ταῦτα μὲν παρ' ἡμῶν. Εἰ δέ τις ἔχοι βελτίον λέγειν, καὶ ἀκουέσθω.* Plaut. Epid. 2, 2, 80. *Immo, si placebit, utitor Consilium: si non placebit, reperitote rectius.* His adde Plat. de Legg. 7, 796. (quem locum contulit *Grosmannus*, V. Exc., in Epistola etc. p. 10. coll. van Heusd. et Stallb. ad Phileb. 60, d.; Republ. 430, b. 497, a.) εἰ δὲ τινὰ ταύτης ὑμεῖς ἔχετε βελτίω, θέντες εἰς κοινὸν λέγετε. Cic. Tusc. 5, 28, 82. *Habes quae fortissime de beata vita dici putem: et quo modo nunc est, nisi quid tu melius attuleris, etiam verissume.* [Ex hoc loco et ex omni genere summi boni, quod proposuit Poeta, haud scio an liceat conjici, eum recentem lectione libri quinti Tusculanorum fuisse.] Horatianum locum imitatus videtur Hie-

ronymus in Apologia adv. Jovin. ed. Frkf. et Lips. 1684. II. p. 76. E., ubi Erasmus p. 78. N. 4. hunc quidem confert: *Si autem non edisserunt, quod a me propositum est, velint nolint, suscipient. Aut profer meliores epulas, et me conviva utere aut qualicumque nostra coenula contentus esto.* Horatius autem in hac ipsa clausula, in qua ad Numicium redit, suum sequitur ingenium, quod pro varia hominum, ad quos scribit, conditione hic aliquid habet gravitatis joco immixtae. Cf. annot. ad Epist. 1, 1, 106. 2, 70. Quapropter *Dacerii* et *Sanadoni* philosophas de hoc loco sententias neque affirmare neque refellere in animo est. *Bouherius* quasi ἐν παρόδῳ addidit haec: „Tous les interprêtes se persuadent, que cela a été dit „„en se moquant““ [haec verba sunt Dacerii ad v. 66. *vivas — jocisque*]. Mais cela est placé en un endroit et dit d'une manière qui empêche de le croire; et cela d'autant plus qu'il fait connaître par la conclusion, que c'est sa manière de vie: His utere mecum. Et quand il ne dirait pas, qui ne sait que c'est ainsi qu'il a passé toute sa vie?“ At quis est, qui non videat, verba: *his utere mecum* ad totam de summo bono disputationem referenda esse? Recte Campenon: „Si vous connaissez un meilleur système que celui-ci, faites m'en part avec franchise“ etc. Nec conferre pigebit Boeth. Consol. philos. 3. Pros. 2. p. 51. (ed. Lugd. Bat. 1656): *Habes igitur ante oculos propositam fere formam felicitatis humanae, opes, honores, potentiam, gloriam, voluptates.*

HORATII

LIBRI I. EPISTOLA VII.

AD MAECENATEM.

Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem totum mendax desideror. Atqui
Si me vivere vis sanum recteque valentem,

Ad Mecenatem. Ms. Dess. 2. Lips. 2. Mon. l. *Quintus Hor. Flaccus Mecoenati.* Ms. Gott. 2. *Ep. VII. ad Mecenatem.* Ms. Ber. 2. *Ep. 7. ad Mecen. scribit.* Ms. Mon. c. *Ad Maecenatem. Excusat se, quia diutius moratur in agris.* Ms. Lips. 3. et Graev. (Sed hic *Mec.* — *quod* omissis vv. *in agris*). *Ad Moecenatem* — *Mecoenatem.* Aberrationes in edd. vett. — V. 2. *Atquin.* Ms. Fe. 1, a. Berol. 1. *Atque.* Ms. Cruq. complur. Torr. quinque. Bersm. un. Jaeck. 1. Guelf. 3. 4. Mon. b. (a 2. m.) Vid. annot. ad 2, 33.

V. 3. *sanum recteque valentem.* Mss. Lamb. alqt. Pulm. et Cruq. omn. Torr. omn. praeter. un. Bersm. omn. praeter un. Talb. plur. Oberl. C. D. (a 2. m.) Comb. B. C. G. Pott. plur. [Val. tacet] Fe. plrque. Jaeck. omn. Hoched. omn. praeter un. Orell. bSc. Guelf. 1. 3. 4. Dess. 1. 2. Goth. Gott. 2. Lips. 1. 2. 3. Dorv. 1. 2. Corbei. Berol. 1. Altd. ap. Haberf. (sed scripsit *si me vis vivere san.*) Ed. princ. ap. Comb. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. et edd. quae sequuntur familiis quibusdam exceptis usque ad Gesner. post hunc edd. Francis (756), Bask. 762 et 77. Val. Dorigh. Darn. Hunt. Praedic. Camp. Orell. (qui vindicat) Charpent. *vis, sanum recteque val.* Sic dist. Haberf. et Ernest. *vis recteque sanum valentem.* Ed. Ven. 481. *recteque videre valentem.* Mss. Lamb. 1, duo. 2. 6. 7. 9, un. 8, a. b. 10. Torr. un. Bersm. un. Talb. 3. 4. Bentl. 4. cum aliis vetustis, ut ait in Curis novissimis. Oberl. C. D. (a 1.

Quam mihi das aegro, dabis aegrotare timenti,
Maecenas, veniam, dum ficus prima calorque
Designatorem decorat lictoribus atris,
Dum pueris omnis pater et matercula pallet,
Officiosaque sedulitas et opella forensis
Adducit febris et testamenta resignat.
Quodsi bruma nives Albanis illinet agris,

m.) Comb. A. F. Bad. 1. (ut videtur) Fe. 1, a. c. i. 2, b. c. f. 5, a. 6, a. 9, a. (a 1. m.) notatum ex ms. in ora ed. Ald. 501. in Bibl. Vat. Pott. 3. 9. 13. et ex nostris Guelf. 2. [*si me vis vivereque videre valentem* corr. in *si me vivere vis recteque vid. val.*] Berol. 2. Gott. 1. Graev. Mentel. Rudolst. Mon. l. Edd. Med. 476. 77. 502. Ven. 478. (teste Fea) 479. 83. 86. 92. 98. et, teste Fea, 490. 95. 514. 546. itemque Flor. 482. Loch. 498. Asc. 519. Lips. 492. 98. 99. 502. 13. 14. 16. 19. revocavit Gesn. quem seq. Oberl. Comb. Zeun. Wakef. Bad. Wetz. Fe. Jaeck. Both. Pott. Jahn. Doer. Zell. Schm. Hoched. Web. Groeb. Pass. Meinek. Braunh. Lips. 837. ap. G. Wig. et Bip. 828. *Si me vis vivum, sanum, recteque valentem.* Ed. Cuning. *recteque vigere.* Conj. Bentl. in Cur. noviss. *Si me vis vivum, recteque videre valentem.* Conj. Haberf. Scripturam receptam olim vindicavit Torrentius cll. Epist. 1, 16, 21. et hodie restituit Orellius utpote sermonis quotidiani formulam. Exemplis ab eo allatis adde Cic. Acad. 2, 7, 19. *si sensus et sani sunt et valentes.* Senec. de Ir. 2, 35. *Animi motus, eos putemus sanissimos validissimosque qui* etc. Altera autem scriptura a Gesnero non male defensa mera videtur esse correctio eorum, qui vv. *sanum et recte val.* pro tautologia habuerunt.

V. 5. *ficus dum pr.* Ed. Cuning. *calorque.* Mss. Cruq. 1, antiquissim. 7. 6. 3. Oberl. C. (a 1. m.) Guelf. 1. (a 2. m.) Gott. 1, (sed supersc. *a*). Ed. Cruq. — V. 6. *Dissignatorem.* Sic. mss. Torr. duo. Pott. omn. praeter 7. 15. 16. Jaeck. 1. Orell. c. Gott. 1. Lips. 2. 3. Mon. b. f. l. Graev. *Disignatorem.* Ms. Dorv. 1. Cf. annot. ad 5, 16. et Bentl. ad Od. 1, 35, 38. — *decorant.* Ms. Mon. e. *litoribus.* Ms. Berol. 1. *lectoribus.* Edd. Ven. 479. 86. 90. 98. Flor. 482. (ubi verbum explicat Landinus) Loch. 498. Glar. 543. Lips. 513. Cf. Beroald. in Grut. Lamp. I. p. 200. Nann. ibid. p. 1286.

V. 9. *Adducint — resignant.* Ms. Comb. G. *Adducet.* Mss. Bad. 1. Ik. 1. Dess. 1. 2. Dorv. 2. Lips. 1. Cf. 6, 57. — *ac test.* Edd. Cun. Merv. Francis. Bask. — V. 10. *Quid? si br.* Sic ex conjectura scripsit Groebel. et conjecit praeterea *Quin si.* Contra disputavi in „Allg. Schulz." II. 1833. p. 1230. Ceterum conjunctim scribendum est *Quodsi*, vid. Dillenburg. Qu. Hor. I. et II. p. 54. et Kritz. ad Sall. Cat. 2, 3. — *nivcis* sive *nivis.* Edd. Lamb. Cruq. Bersm. Cun. al. At in Substantivis in x desinentibus dubia est secundum Priscian. 7, 17. haec forma. Sobrie igitur Bentlejus et Schmidius scr. *nives.* Cf. Kirchn. ad Sat. p. LXXXIV. — *Albanos ill. agros.* Ms. Bersm. un. —

Ad mare descendet vates tuus et sibi parcet
Contractusque leget, te, dulcis amice, reviset
Cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima.
Non quo more piris vesci Calaber jubet hospes,
Tu me fecisti locupletem. „Vescere sodes!"
„„Iam satis est."" „At tu quantum vis tolle!"
„„Benigne.""
„Non invisa feres pueris munuscula parvis."
„„Tam teneor dono, quam si dimittar onustus.""
„Ut libet; haec porcis hodie comedenda relinques."

inlinet. Sic mss. Dess. 1. omn. Lips. et Graev. *illinat.* Ms. Mon. c. *allinet.* Ms. Ik. 4. Ed. Lips. 502. 10. Hunc versum et qui seq. tres delet Guyetus. Ceterum v. laudant Schol. Cruq. ad Sat. 2, 3, 10. et Acron ibid. v. 5. — V. 11. *descendat.* Ms. Ik. 5. Mon. l. — V. 12. *Conjunctus.* Cod. Mentel.?! — *reviset amice.* Ms. Lips. 3.

V. 13. *Zephiris.* Sic mss. Dss. 1. 2. Gott. 1. Goth. Lips. 2. — *concedes.* Mss. et edd. vulg., inter qu. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. *concedas.* Ms. Pulm. 4. Oberl. D. Comb. F. Fe. 1, a. e. 2, a. (a 1. m.) f. 3, a. d. 7, a. notatum ex ms. in ora ed. Ald. 501. in Bibl. Vat. Guelf. 1. 3. Berol. 1. (a 2. m.) 2. Gott. 1. Mon. e. l. Rudolst. Ed. princ. ap. Comb. et Fe. et multae al. quas laudat Fea, adde Lips. 492. 98. 502. 8. 10. 13. 14. 16. Erfurt. 517. et Ven. 498. 520. Loch. 498. Asc. 519. *concedat.* Mss. Bersm. tres. *concedis.* Ms. Pulm. 1. Fe. 2, h. 5, c. Ik. 2. Guelf. 2. Mon. b. — V. 14. *quo modo.* Ms. Guelf. 4. (a 1. m.) — *piris.* Sic mss. Jaeck. 4. Dess. 1. 2. Gott. 1. Graev. Rudolst. Orthogr. *pyris* recte improbat Schneider. in Elemntrl. p. 46. — *Calabris.* Ms. Mon. c. *Calaber vesci jubet.* Mss. Fe. 1, o. 2, c. Berol. 1.

V. 16. *Ast tu.* Ms. Guelf. 4. *O tu.* Ms. Mon. c. — *quantum vis.* Sic edd. Cruq. Torr. cum al. etiam Fe. Jahn. Schm. Meineck. Braunh. Orell. *quantumvis* conjunctim edd. Lamb. Pulm. cum al. etiam Bentl. Gesn. — *attolle.* Ms. Mon. b. — *tolle! Benigne*, vel alia interpunctatione edd. Lamb. Cruq. Torr. et seqq. *tolle benigne.* Edd. Ven. 481. 520. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Asc. 519. et al. multae. —

V. 17. *Tam teneor, dono qu.* Sic distinxit Groebel. At conf. nostra annot. in „Allg. Schulz." II. 1833. p. 1231. et Jahn. in NJbb. 1832. I. 4. p. 474. — *dimittor.* Ms. Guelf. 2. sed supersc. *a.* — *honustus.* Sic mss. Guelf. 1. 2. Berol. 2. Dess. 2. Santen.

V. 19. *haec hodie porcis.* Ms. Mon. e. *hoc.* Ms. Guelf. 1. — *relinques.* Mss. Lamb. Pulm. Cruq. Torr. ut videntur omn. Val. plurim. Comb. omn. Fe. plerique. Pott. omn. praeter tres. Ik. 1. 6. Orell. bSc. Guelf. 1. 2. 4. Berol. 1. Dess. 1. 2. Gott. 1. (a 2. m.) 2. Goth. Lips. omn. Mon. b. c. e. f. l. m. Rudolst. Graev. et ut vid. Dorv. 1. 2. Corbei. cod. Mentel. Schol. Cruq. in lemmate. Edd. Ven. 479. 81. 83. 86. 520. Flor.

Prodigus et stultus donat quae spernit et odit:
Haec seges ingratos tulit et feret omnibus annis.
Vir bonus et sapiens dignis ait esse paratus,
Nec tamen ignorat, quid distent aera lupinis.
Dignum praestabo me etiam pro laude merentis.

482. Loch. 498. Lips. 498. 502. 8. 10. 13. 14. 16. 19. Colon. 510. Schur. 514. Erfurt. 517. Bas. 520. 55. 80. Ald. 519. Junt. 514. 19. Lamb. Pulm. Cruq. Fabr. H. Steph. Bersm. al. mult. etiam Bentl. Val. Both. Jahn. Camp. *relinquis*. Mss. Val. quinque. Oberl. C. D. (ut vid.) Bad. 1. Fe. 2, i. 5, f. Ik. 4. 5. Pott. 2. 3. 6. Gott. 1. (a 1. m.) Edd. Zar. Ald. 501. Cun. San. Merv. Franc. Gesn. Zeun. Dorigh. Oberl. Comb. Wakef. Bad. Wetz. Haberf. Fe. Ik. Pott. Doer. Zell. Schm. Hoched. Web. Groeb. Pass. Meinek. Braunh. Charp. Orell. et Bip. 828. *relinquas*. Ms. Guelf. 3. Berol. 2. Edd. Ven. 492. Lips. 492. et, teste Fea, 99. Asc. 519. At Futurum et auctoritate libror. mss. et consuetudine linguae latinae defenditur, cf. v. 43. et Jahn. l. ad v. 17. laudato.

V. 20. *Prodigus ac stult*. Edd. Cun. San. Merv. Francis. Bask. Dorigh. — *stultus, quae donat, spernit et odit*. Sic dist. Z. Pearce. *stultus, donat quae, spernit et odit*. Sic Mitscherlich. in Racem. Venus. Fasc. III. p. 9. — V. 21. *ingrata*. Ms. Dess. 1. *ingrato*. Mss. Ik. 1. Dess. 2. Dorv. 1. Guelf. 4. Mon. c. f. (cum gl. „absque labore") — *ac feret*. Edd. Cun. San. Merv. Francis. Hunc versum laudat Servius ad Virg. Aen. 3, 142.

V. 22. *ac sapiens*. Ed. Cuning. — *dignis agit*. Mss. Torr. alqt. Pulm. 2. 4. 10. Fe. 1, a. c. (a 1. m.) g. 2, b. 3, d. 5, f. 9, a. c. Berol. 1. Corbei. Graev. Mon. f. (cum gl. „nititur") cod. Mentel. — Pro *dignis* J. Clericus conj. *cuivis* i. e. „dono accipiendo, quod comiter offertur, nec tamen ignorat" etc. *scit esse paratus*. Ed. Praedic. — *paratus*. Mss. Cruq. 1, a — d. 4, a. b. sed duo cum litura literae *s* manifesta. Bersm. un. Bentl. 1. (quod in eodem annotavit Broukhusius). Val. Oberl. Comb. Pott. de suis tacent. Hoched. a. b. Orell. S supersc. „vel paratus." Guelf. 2. Cf. Gu. Canter. Nov. Lect. 6, 30., ita citant h. l. Charis. 4. p. 239. et Serv. ad Virg. Aen. 2, 377. Edd. Cruq. Zurck. Bentl., qui vindicat quemque seq. fere omn. *paratum*. Mss. reliq. et edd. vulg., e recentibus Jones. Exemplis a Bentlejo, Schmidio et Orellio allatis adde Lamb. ad Od. 1, 2, 43. Vulp. Fr. Jacobs. et Sillig. ad Catull. 4, 2. Wagn. ad Eleg. ad Mess. p. 42. ad Virg. Catal. 8, 2. Idem et Forbig. ad Virg. 2, 377. Bach. ad Ovid. Met. 13, 141. Jahn. et Loers. ad Ovid. Trist. 2, 10. Ruhnk. ad Ovid. Her. 5, 83. Passerat. ad Prop. p. 384. Barth. ad eund. 3, 6, (4) 40. Krüger. „Untersuchungen" III. p. 43. 354.

V. 23. *Non tamen*. Var. lect. ap. Minoem. ms. Guelf. 1. Santen. Ed. Biedm. 599. — *quid distant*. Ms. Fe. 3, c. [Bod.] Guelf. 2. Mon. l. Santen. *qui distent*. Ms. Fe. 7, b. Lips. 2. — *erva lupinis*. Conj. Z. Pearce. V. 22. 23. *paratus? — lupinis?* Sic dist. Bentl. Cf. Orell. — V. 24. *me praestabo*. Ms. Gott. 1. — *me, etiam*. Sic

Quodsi me noles usquam discedere, reddes
Forte latus, nigros angusta fronte capillos,
Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum et
Inter vina fugam Cinarae moerere protervae.
Forte per angustam tenuis volpecula rimam

dist. Bentl. Cun. Merv. Franc. Haberf. Ernesti., Mitsch. in Racem. Venus. Fasc. III. p. 9. improbat Orellius. *me porro laude.* Ed. Praedic. *etiam, pro! laude merentis.* Sic conj. Doederlein in „Münch. gel. Anzeigen" 1836. p. 862. comparans Ovid. Her. 3, 98. V. 24—28. delet Guyetus.

V. 25. *noles.* Mss. Lamb. ut vid. omn. Bersm. un. Oberl. C. Fe. pleriq. Ik. omn. Pott. ut vid. omn. Orell. omn. Guelf. 1. 4. Gott. 2. Lips. 3. Mon. b. f. m. Dorv. 1. 2. Corbei. cod. Mentel. Edd. vulg. etiam Lamb. Torr. Bentl. *nolles.* Mss. Cruquii et Pulm., quatenus tacent. Bersm. tres. Oberl. D. Bad. 1. (*noles* corr. in *nolles*) Berol. 1. Dess. 2. Goth. Gott. 1. Guelf. 3. Graev. Lips. 2. Mon. c. e. Edd. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Asc. 519. Ven. 520. Colon. 541. Bas. 531. Glar. 543. Irenic. 567. Cruq. Pulm. Fabr. Min. *nolis.* Ms. Bersm. un. Guelf. 2. Dess. 1. Lips. 1. *unquam disc.* Mss. Lamb. aliqt. Pulm. 1. 7. 10. Dess. 2. Mon. b. c. *noles nunquam*, *nusquam.* Var. lect. ap. Feam. De scr. vulg. *usquam* vid. Orell. — *reddas.* Ms. Oberl. D. Sic etiam conjecit Clericus et hic et in duobus seqq.

V. 26. *augusta* cum gl. nobili. Ms. Berol. 1. — V. 27. *Dulce loqui reddes.* Ed. Cuning. *loqui*; *reddes rid.* Ed. Both., ut *ridere decor.* ad sequentia referatur, vid. infra. — *decore.* Ms. Guelf. 2. *decorum* omissa partic. *et* mss. Bersm. tres. Bad. 1. Ik. 4. 5. Guelf. 1. Mon. c. e. *decorum. Forte* etc. Ed. Parisin. 752. et Valarti indicta causa. — V. 28. *Cinarae, Cyn.* variant mss. et edd.

V. 29. *Volpecula.* Mss. omn. et edd. ante Bentlejum. Sic et hunc locum laudat Acron ad Sat. 1, 1, 53. cum Schol. Cruq. et i.e. *volpeculam* respiciunt Augustinus contra Mendac. ad Consent. IV. p. 340. ed. Ant. 701. et Isidor. Orig. 1, 39. Contra Hieronym. Epist. ad Salvinam 9. I. p. 48. G. ed. Frkf. et Lips. 684, quo loco abutitur Bentlejus, huc non pertinet. Vid. Fr. Jacobs. V. p. 102. Quum volpecula neque frumento vescatur, neque per rimam cumerae quamvis macra irrepere possit, *Bentlejus* ex conjectura *nitedula* posuit remque suam ingeniose multis probavit. Cf. Cuning. Animadv. c. 19. p. 390. Fr. Aug. Wolf. in Hanharti „Erinnerungen an F. A. W." p. 90. et Fea ad h. l. Recte vero *Fr. Jacobsius*, Vir summus, in Museo Rhenano I. p. 297. sqq. primus docuit, in fabulis non omnia ad lapidem Lydium exigenda esse; tribui enim interdum animalibus ea, quae ab eorum natura prorsus abhorreant, dummodo res ipsa explanetur, quam scriptores fabulis sub aspectum quasi subjicere velint. Post Jacobsii igitur luculentam hujus loci expositionem genuinam scripturam reposuerunt Schmidius, Hocheder, Groebel, Weber, Passovius, Braunhardus, Orellius; probavit Morgensternius in

Repserat in cumeram frumenti, pastaque rursus
Ire foras pleno tendebat corpore frustra;
Cui mustela procul, „si vis," ait, „effugere istinc
Macra cavum repetes artum, quem macra subisti."
Hac ego si compellor imagine, cuncta resigno:

Probabil. Critt. p. XXVI. Bentleji autem *nitedulam* servarunt, quod mirum est, Meinekius et Charpenterius. De editore Bipontino (a. 1828) vid. Schmid. in „Schulzeitung" II. 1828. p. 756. Ante Jacobsium a vera scriptura non discesserunt Dac. Maitt. Jon. Phil. Sandb. Dorigh. Praedicov. *Volpeculam* tuetur Clericus quoque, quum intelligit sciurum, quod animalculum tritico quoque vescatur.!? *Valartus* autem Bentleji vestigiis ingressus scripsit *nitelula*. Pro *per ang.* Dorighello indicta causa posuit *per exilem*.

V. 30. *cameram*. Mss. Fe. 1, d. (a 1. m.) 2, e (a 2. m.) 6, c. Ik. 5. Dess. 1. Dorv. 1. Edd. Loch. 498. (cum gl. „granarium") Lips. 514. Erfurt. 517. Glar. 543. H. Steph. Dac. Contra Dacerium, qui sic de conjectura fecerat, recte disputavit Bentlejus ad v. 29. — *rursum*. Ms. Bersm. un. Jaeck. 5. Orell. S, sed supersc. *s*. Dess. 1. Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. 777 (non 762). Doriglı. — V. 31. *corpore. frustra*. Sic ms. Oberl. C. — V. 32. *Quoi*. Ed. Cuning. — *mustella*. Sic ms. Gott. 2. Edd. vett. *nitela*. Sic conjecit Ouwens in Noctt. Hagan. 3, 8. p. 414. approbata Bentleji ad v. 29. conjectura, „ut nitela nitelam moneat, quemadmodum apud Aesopum vulpes *vulpem*." — *fugere*. Ms. Ik. 1. Mon. m. — *istinc*. deest in Guelf. 4.

V. 33. *cavom*. Ed. Cuning. — *repetes*. Mss. et edd. vulg. *repetas*. Mss. Cruq. permult. Fe. 1, d. p. q. 5, e. Guelf. 2. Berol. 2. Mon. e. m. Rudolst. Edd. vett. quas laudat Fea, etiam Loch. 498. Ven. 498. Lips. 492. 502. 8. 10. 13. 14. 16. Colon. 510. Erfurt. 517. Asc. 519. Cruq., tuetur J. Clericus. *repedes*. Mss. Cruq. 6. 3. (non improbat). *repetes, arctum qu.* Sic dist. edd. Junt. 514. 19. — *artum*. Sic mss. Ik. 1. Guelf. 2. 4. Dess. 1. 2. Gott. 1. Berol. 1. Lips. omn. Monac. et Orell. ut vid. omn. *atrum*. Ms. Guelf. 3. *arcum*. Ms. Ik. 4. Guelf. 1. De forma et *arta* et *arcta* commutata cum *atra* vid. annot. ad 5, 29. et Drak. ad Sil. Ital. 7, 280. — *quod macr.* Ms. Orell. S. (quem correct. *quod*)

V. 34. *compellor*. Mss. et aliorum et nostri plerique. Porphyr. in lemmate post v. 73. Edd. vett. Lamb. Cruq. Min. Talb. Bentl. Fe. Pott. al. *compellar*. Mss. Lamb. aliqt. Cruq. ms. 6. cum aliis. Torr. de suis tacet, al. ap. Val. Jaeck. Ms. 5. Fe. 1, c. d. p. 5, e. Guelf. 1. Graev. Mon. e. Edd. Ald. 501. 9. 19. Junt. 514. 19. Schurer. 514. Muret. Pulm. (contra auctoritatem suorum mss.) Xyl. Fabr. Biedm. Torr. Chab. Rod. D. Heins. Zurck. Dac. Maitt. Philipp. Wieland. Haberf. Wetz. Charpent. et mult. al. praeter eas, quas laudat Fea. Perperam. *compeller*. Schol. Acron in lemmate, mss. aliqt. ap. Lamb. (an Bersmanni unus?) Ed. Bersm. Hanc scripturam male improbat Lambinus, quippe qui verbum *compellendi*, non

Nec somnum plebis laudo satur altilium, nec
Otia divitiis Arabum liberrima muto.
Saepe verecundum laudasti, rexque paterque
Audisti coram, nec verbo parcius absens:
Inspice, si possum donata reponere laetus.
Haud male Telemachus proles patientis Ulixei:
„Non est aptus equis Ithace locus, ut neque planis
Porrectus spatiis nec multae prodigus herbae;

compellandi intelligendum censeat. Sed conf. Hoched. *complectar*. Edd. Bas. 531. Colon. 541.

V. 35. *Non somn.* Ms. Santen. *somnum, laudo populi.* Ms. Mon. e. *scombrum.* Conj. J. Clericus, qui piscis vilis pretii melius opponatur lautis cibis, quam *somnus* i. e. securitas. — *plebis lauta satura.* Ed. Praedic. — *altilium, ut.* Ms. Ik. 5. — V. 36. *mitto.* Ms. Bad. 1. Fe. 1, a. (a 1. m.) Santen. — V. 37. *rex paterque* contra metrum ms. Mon. b. Hunc vers. et 38. 39. delet Guyetus. — V. 38. *Audivi coram, nec.* Ed. Praedic. — *neque verbo.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Dorigh. — *laudo parcius.* Ms. un. Val. (quod ei non displicet) Guelf. 3. Dorv. 2. — V. 39. *possim.* Mss. Jaeck. 5. 6. Sic Weichert. in Prolus. prim. p. 22. indicta causa. *possem.* Edd. Lips. 513. 16. — V. 40. *Haut male.* Mss. Orell. bS. Berol. 1. Lips. 2. *At.* Ms. Graev. a 2. m. in textis. *Aut.* Ms. Lips. 1. Mon. e. — *sapientis.* Mss. ap. Fabr. Talb. un. Comb. C. Fe. 6, a. (a 2. m.) Sic conjecer. Markland. in Epist. crit. p. 133. et ad Maxim. Tyr. II. p. 133. Valart. in Praefat. p. XIII, edidit Wakef. Recte refutant Eichstadius ad van Ommer. p. 221. et Groebel. ad h. l. — *Ulixei.* Mss. Orell. bSc., sed b Ulixi superscr. *c.* Guelf. 3. Dess. 1. 2. Berol. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Mon. f. Graev. Rudolst. Edd. Bentl. Pott. Both. Zell. Web. Charp. Orell. — *Ulixi.* Orell. b. (sed corr. *ci*) Guelf. 4. Edd. ut 6, 63. praeter Orell. *Ulyxi.* Ms. Gott. 1. Dorv. 1. Ed. Braunh. ut supra 6, 63. *Ulixis.* Mss. Ik. 4. 5. 6. Guelf. 1. 2. Dorv. 2. Mon. c. *Ulyssei* et mss. et edd. vulg., sed vid. annot. ad 6, 63.

V. 41. *aptis.* Ms. Dess. 2. — *Ithace.* Mss. pleriq., ex quorum tamen consensu certi quid statui non potest, quum litera *e* pro *ae* in plerisque scribatur. Edd. Fabr. duae teste Cuning. Pulm. 581. Bentl. (qui vindicat), quem seq. plurim. etiam Comb. Fe. Pott. Orell. *Ithacae.* Mss. Pott. alqt. Ik. 1. Orell. bc. Dess. 1. Gott. 1. 2. et, ut videntur, Graev. Dorv. 1. 2. Corbei. Cod. Mentel. Edd. vett. Lamb. Cruq. Xyl. Torr. Bersm. al. mult., e recentt. Maitt. San. (qui def.) Merv. Jon. Sandb. Phil. Franc. Bask. Wiel. Dorigh. Haberf. (qui def.) Daru. Camp. Charp. At vide annot. in Schmidii ed. et cf. Orell. — *plenis.* Ms. Berol. 2. Rudolst. Edd. Ven. 479. 83. 86. 90. 92. 98. (non 81. et 520.) Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. reliq. (praeter ed. 519.) Asc. 519. Colon. 510. Erfurt. 517. Ita *plen.* et *plan.* commutantur 2, 4.

V. 42. *nec mult.* Mss. ut vid. Cruq. et Torr. omn. Bersm. quinq. Oberl.

Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.“
Parvum parva decent: mihi jam non regia Roma,
Sed vacuum Tibur placet aut imbelle Tarentum.
Strenuus et fortis causisque Philippus agendis
Clarus ab officiis octavam circiter horam
Dum redit atque foro nimium distare Carinas
Jam grandis natu queritur, conspexit, ut ajunt,
Adrasum quendam vacua tonsoris in umbra

C. D. Comb. omn. Fea de suis tacet, Jaeck. omn. Orell. omn. et nostri. Edd. vett. Pulm. Cruq. Torr., e recentt. Bentl. Cun. San. Merv. Franc. Val. Haberf. Fe. Camp. Schm. Hoched. Web. Braunh. Meinek. Orell. al. *neque*. Edd. Lamb. H. et R. Steph. Bersm. Chab. Talb. Dac. Jon. Sandb. Bask. Gesn. Dorigh. Oberl. Comb. Zeun. Pott. Jaeck. Pass. Charp. al. At haec scriptura neque libris mss. neque consuetudine Horatiana confirmatur; sic *nec* — *nec* v. 35. et Epist. 1, 1, 102. 16, 46. A. P. 8. 41. 146. Od. 1, 7. 10. (Orell.) 37, 22. 2, 9, 10. 17, 2. 7. 13. 3, 3, 25. 4, 75. 14, 14. 15, 15. 16, 33. 27, 15. 4, 1, 29. al. Cf. Seeb. Archiv. 1832. p. 462. — *fertilis*. Var. lect. ap. Zurck. — V. 43. *Atride*. Edd. vulg. *Atreide*. Edd. H. Steph. Chab. Heins. Dac. Camp. *Atridae*. Edd. Ven. 481. Flor. 482. Lips. 513. 14. 16. 19. al. — *relinquo*. Ms. Bersm. un. Fe. 3, a. Ik. 5. Guelf. 3. Mon. e. f. Edd. Bersm. R. Steph. 613. Heins. 629. (non 612.) Cuning. Futurum vindicat Groebel propter locum Homer. Od. 4, 601. sqq.

V. 44. *Parva decent parvum*. Ms. Fe. 2, i. — *non jam*. Ms. Mon. e.

V. 45. *Tib.* vel *Tybur*. Variant mss. et edd. — *inbelle*. Sic. mss. Lips. 1. 2. Berol. 1. Graev. Hic versus non est in omn. mss. ap. Jaeck. — V. 46. *ac fortis*. Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. 777. (non 62.) Dorigh. — Cum hoc versu nova Epistola incipit in ms. Guelf. 4. Berol. 1. cod. Mentel., quod idem in vett. libris se invenisse testatur H. Stephanus in Diatr. de sua Edit. p. 40.

V. 50. *Adrasum*. Mss. aliq. Lamb. Pulm. 1. 2. 3. 4. Cruq. aliq. Torr. ut vid. omn. Bersm. duo vel tres. Oberl. C. D. Comb. A. C. G. Fe. complur. Pott. de suis tacet. Hoched. a. b. c. d. et Victor. e nostris Guelf. 1. 2. 4. Dess. 1. (in 2. non liquet) Goth. Gott. 2. Lips. 1. 3. (et haud dubie 2., nisi est *arrasum*) Dorv. 1. 2. Graev. *Arrasum*. Mss. al. ap. Lamb. aliq. ap. Cruq. Pulm. 7. 10. Fe. 1, a. b. g. q. 2, g. 3, c. f. 5, a. 6, a. 9, c. 7, a. (a 1. m.) Ik. 1. (*arreasum*) Orell. bSc. Guelf. 3. (*aras.*) Gott. 1. Berol. 1. Mon. f. cod. Mentel. — De forma ipsa nunc nolumus disputare, quum utraque habeat, quo se tueatur, vid. C. Schneid. Elementarl. p. 526. sqq. et cf. Kirchn. ad Sat. p. LXXXV. *Adrasum* exhibent edd. vet. ap. Maitt. 474. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Schurer. 514. Asc. 519. Bas. 520—80. Glar. 543. Lamb. Pulm. Cruq. Torr. Bersm. Dac. Bentl. Baxt. Maitt. Cun. San. Gesn. (qui explic.) Zeun. Val. Dorigh. Oberl.

Cultello proprios purgantem leniter unguis.
„Demetri,“ — puer hic non laeve jussa Philippi
Accipiebat — „abi, quaere et refer, unde domo, quis,
Cujus fortunae, quo sit patre natus quove patrono.“

Comb. Wakef. Bad. Both. Camp. Pott. Jahn. Zell. Hoched. (qui def.) Pass. Meinek. Braunh. Charp. (qui explicat) Orell. (qui def.) al. plur., tuentur Schirach. in Clav. p. 7. Vir doct. quidam in Heidelb. Jbb. 1825. IX. p. 141. Baehr. ibid. 1830. N. 32. p. 506. Huth. in Progr. Altenburg. 1839. p. 15. sqq. *Abrasum.* Mss. al. ap. Lamb. tres ap. Bersm. Comb. B. D. F. Alt. ap. Haberf. Bad. 1. Fe. 1, d. (a 2. m.) i. p. 2, a. (a 1. m.) f. (a 2. m.) 3, a. d. 5, a. f. 7, b. 6, b. c. d. Jaeck. 4. 5. 6. (ut vid.) Berol. 2. Mon. e. l. m. Rudolst. Edd. Med. 476. Ven. 478. 79. 81. 83. 86. 90. 92. 95. 98. 509. 14. Brit. 520. Flor. 482. Loch. 498. Lips. 492. 98. 99. 502. 8. 10. 13. 14. 16. 19. Junt. 503. Colon. 510. Erfurt. 517. Rodell. Sandb. Praedic. Fe. (qui def.) Jaeck. Doer. Schmid. (qui erudite def.) etiam in *Epistola ad Obb.* p. 7. Groebel. Weber. Sic etiam legi maluit H. Stephanus in Diatr. p. 68. assentiuntur Jacob. in Seebod. Krit. Bibl. 1829. p. 417. Bach. in Zimm. Zeitschr. 1834. p. 1037. Heinrich. ad Juv. 6, 105. De permutatione voc. *abras.* et *adras.* vid. interpp. ad Plin. Epist. 2, 12, 1. et cf. Drak. ad Liv. 2, 33, 7.

V. 51. *proprio.* Mss. Lamb. aliq. Bersm. un. Mon. e. Ed. Piscat., probant Lamb. Xyland. Bersm. Rappolt. p. 627. et Bothius ad Feam, sed diversa sententia; recte improbant Vir doct. quidam in Paedag.-Philol. Lit. Bl. 1827. II. p. 183. Schmid. et hic et in *Epist. ad Obbar.* p. 8. — *resecantem.* Mss. Lamb. aliq. Pulm. 1. Altd. ap. Haberf. Fe. 2, h. 7, a. 9, a. (a 1. m.) Goth. Dorv. 1. var. lect. ap. Zurck. — *leviter.* Ms. Guelf. 3. Dess. 2. Edd. Lips. 492. Ven. 492. Britannic. 520. (qui explic. „polite“) al. — *unguis.* Ms. Mon. f. —

V. 52. Verba *puer* — *Accipiebat* parenthesi includ. Lamb. Cruq. Pulm. Torr. Bentl. al. plures. *Demetri puer* (*hic n. l. j. Ph. Acc.*) distingui mavult Torr. ex aliq. codd. Idem faciunt Acron et Britannicus. Ita et mss. Dess. 1. 2. Berol. 1. — *laeve* sive *leve.* Mss. et edd. vulg. *levi.* Ms. Ik. 1. Mon. f. cod. Mentel. (*ac*). *leviter.* Ms. Oberl. C. (a 2. m.) Berol. 1. Mon. e. obstante metro. *levia.* Ms. Mon. l. (cum gl. „sinistra“) Ed. Col. 510. *non lenia jussa.* Ed. Cruq. (tacite). *non laevus.* Edd. Cun. San. Merv. Jon. Phil. Franc. Bask. Dorigh. et Paris. 752. *nunquam leve* Edd. Fabr. 578. Pulm. 581. Lazaro Bonamico auctore, ut sit „*nunquam leviter.*“

V. 53. *quaere, refer.* Ed. Cuning. (cf. Animadv. p. 151.) *referes.* Ms. Fe. 1, d. — *domo, qui.* Libri quidam vett. ap. Fabric. Ed. Cuning. — V. 54. *patriae.* Ms. Ik. 4. — *quoque.* Ms. Mon. c. Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. *quique patronus.* Conj. Cuning. *patrono et.* Ms. Guelf. 3. De partic. *ve* in *quove* Groebelius laudat Hand. ad Stat. Silv. I. p. 281. et Jahn. ad Hor. Sat. 2, 3, 157. de Praen. interrog. *quis*, *qui* v. 53. Kritz. ad Sall. Cat. 44, 5. adde Wagn. Qu. Virg. XXII. Bach. ad Ovid. Met. 11, 279.

It, redit et narrat, Volteium nomine Menam,
Praeconem, tenui censu, sine crimine notum,
Et properare loco et cessare et quaerere et uti,
Gaudentem parvisque sodalibus et lare certo

Forbig. ad Virg. Ecl. 1, 19. — V. 55. *Isque redit.* Ms. Mon. e. — *redit, enarrat.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. Dorigh. Cf. Cuning. Animadv. p. 151. — *Vulteium* — *Menam.* Mss. et edd. vulg. *Voltcium.* Ms. Pulm. 1. et sic infra v. 64. et 91. omn. ut vid. ap. Orell. et var. lect. ap. Min. et Zurck. Edd. Bentl. Cun. Oberl. Praedic. Web. Orell. Vid. Kirchn. ad Sat. p. LXXXVI. *Menam.* Mss. Orell. bc. Dess. 2. Mon. f. *Maenam.* Ms. Lips. 1. Sic scribi maluit Torr. Edd. Cun. Sandb. Bodon. Perperam. Vid. Feam ad Epod. 4. Sturz. de *Nominibus Graecorum* tertium praefat. Gerae 1801 p. 10. Car. Keil. Onomatol. Graec. Spec. p. 35. et quos laudat Schmidius in *Epist. ad Obbar.* p. 15. Rectius quoque scribitur *Voltei.*, non *Voltej.*, de qua re dixit Heinrich. ad Juv. 9, 6.

V. 56. *tenuis census.* Ms. Berol. 1. *scnsu.* Ms. Dess. 2. — *notum. Et.* Sic dist. mss. Dess. 1. 2. Mon. l. — *sine crimine notum*, (;) *Et.* Sic edd. vulg. etiam Meinek. *sine crimine notum Et.* Edd. Ald. 501. Both. Jahn. al. *Sine crimine, notum*, (;) *Et.* Edd. Baxt. (contra quem disputat Gesn.) Orell. *sine crimine*, (:) *notum Et.* Edd. Schm. Hoched. Groeb. Web. Braunh. Passov. Doer. (in ed. min. Frenzelio auctore) ed. Lips. 837. ap. G. Wig. comprobant quam distinct. proposuit *Heinrich.* in Wolf. Analect. I. p. 510. et ad Juv. 4, 132. Fr. Jacobs. p. 150. Jacob. in Seebod. Krit. Bibl. 1829. p. 417. A. Grotef. ibid. 1830. p. 183. Praeterea laudat Schmidius Manil. Astron. 1, 32. Sil. Ital. 12, 330. At de Hellenismo non facile dubitabit qui comparaverit exempla a Bentlejo ad Od. 1, 1, 6. et Sat. 2, 3, 313. allata. Adde quos hac de re laudat scriptores Hess. ad Tac. Dial. 16. p. 96. Ab illa paulo differt quam commendavit *Bothius* in Annot. ad Feam p. 170., improbat Vir doct. in Paedag.-Philol. Lit. Bl. II. 1827. p. 183. *sine crimine natum.* Ms. Fabr. et H. Steph. et un. ap. Val. Ed. princ. ap. Fe. ed. vet. ap. Maitt. 476. Fabr. duae. Pulm. 581. (sed in Scholiis est *notum*) Bentl. (qui vindicat) Cun. Traj. ad Rhen. 713. Wakef. Praedic. refutant Fea, Schmid. et hic et in Epist. p. 15. al. multi.

V. 57. *locum.* Ms. Bersm. un. Fe. 1, d. (a 2. m.) 3, c. f. 5, a. (a 1. m.) Guelf. 3. — *uti Gaud.* Sine distinct. cod. Bemb. ap. Talb. Edd. Talb. Dac. Jon. Pass. Orell. diversa tamen sententia. Talbotius enim ita, „ut gaudeat Menas *uti* parvis sodalibus, lare" etc. Marcilio quoque melius: *Gaudentem*, *parvisq.*, ut ἀπὸ κοινοῦ *gaud.* ad omnia illa referatur, *properare loco* — *campo.* At vide A. Grotef. l. l. p. 184. et infra Comment. Ceteri, ut Dac. Pass. Orell., recte explicant, ut sit: *gaud.* et *parv. sod.* et *lar. cert.* — V. 58. *Gaudentem*, cum distinctionis nota aliq. mss. ap. Lamb. qui improbat. — *curto.* Mss. Cruq. 3. 6. (qui probat) Edd. Bentl. (qui vindicat.) Wakef. Praedic. Ita conj. N. Heins. ad Ovid. Fast. 2, 645. Cf. Bentl. ad Od. 1, 12, 43. Bentlejo assentiuntur Burm. ad Anth. lat. I.

Et ludis et post decisa negotia Campo.
„Scitari libet ex ipso quodcumque refers: dic
Ad coenam veniat.“ Non sane credere Mena,
Mirari secum tacitus. Quid multa? „Benigne,“
Respondet. „Negat ille mihi?“ „„Negat improbus et te

p. 498. Markl. ad Stat. Silv. 4, 6, 45., contra disputant Baxt. Jon. Gesn. Haberf. Fe. Schm. al. De commutatis vv. *curt.* et *cert.* cf. Bentl. ad Epod. 13, 15. *lare*: *circo.* Britannic. in Ven. 520. indicta causa. *lare parvo.* Conj. Peerlkamp. ad. Od. 1, 12, 43. p. 68. Ad *lar. cert.* ms. Graev. habet gl. „propria domo.“ Ceterum minus recte *Lare cert.* edd. Lamb. Torr. al. Cf. annot. ad 1, 13.

V. 59. *descisa.* Ms. Goth. Hunc versum delet Guyetus. — V. 60. *sectari.* Ms. Goth. — *licet ex.* Ms. Fe. 2, i. Ed. Zar. ap. Fe. et Comb. 470. Junt. 514. 19. Schurer. 514. — *ab ipso.* Ms. Guelf. 2. *et ipso.* Guelf. 3. — *quodcumque.* Mss. complur. ap. Lamb. Bersm. et Torr. tac. Pulm. omn. Comb. A. F. G. Alt. ap. Haberf. Fe. pleriq. Pott. omn. Ik. 1. 4. 6. Orell. omn. Berol. 1. 2. Dess. 1. 2. Gott. 1. 2. Guelf. 2. 4. Lips. omn. Dorv. 1. 2. Corbei. Mon. b. c. f. l. m. Graev. Rudolst. et cod. Mentel. Edd. vett. Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Asc. 519. Glar. Xyl. Fabr. Torr. Bersm. Talb. Bentl. Cun. San. Val. Fe. Pott. Camp. Schm. Hoched. Groeb. Web. Meinek. Orell. al. mult. *quocunque.* Ms. Guelf. 3. *quaecunque.* Mss. quid. ap. Lamb. et omn. ut vid. ap. Cruq. et Oberl. Comb. B. C. D. Fe. 2, c. Ik. 5. Guelf. 1. Mon. e. Edd. Lamb. Cruq. Min. Chab. H. Steph. de Maroll. T. Fab. Dac. Baxt. Tart. Phil. Gesn. Oberl. Comb. Wieland. Zeun. Bad. Both. Wakef. Wetz. Praedic. Jaeck. Doer. Zell. Pass. Charp. et Bip. 828. — *refert.* Ms. Mon. l. — V. 61. *At cen.* Ms. Mon. l. — *caenam.* Ms. Dess. 1. Lips. 3. Graev. Cf. 5, 27.

V. 62. *benigne.* Sic dist. Dess. 1. 2., de reliq. incertum. Post *benigne* incidunt Muret. ap. Lamb., quod hic comprobat, Xyl. Cruq. Torr. (assentitur Lambino in priore ed.) H.Steph. Bersm. Bentl. et recentt. fere omn. Cf. Turneb. Adv. 5, 13. *benigne Resp.* Ms. Rudolst. Edd. vett. Ald. Junt. Britannic. (qui expl. „sc. nolle aut non posse venire“) 520. Min. Chab. al. mult. etiam Val. Haberf. Passov., sed non eadem sententia. —

V. 63. *Respondit.* Ms. Bersm. un. Fe. 1, d. (a 2. m.) i. 3, c. f. 5, a. Bad. 1. Orell. S. (superscr. *i*) Gott. 1. 2. Lips. 1. Mon. f. Dorv. 1. et Graev. *benigne Responde.* Edd. Bas. 520. Fabr. 578. Pulm. 581. *Rem spondet.* Conj. J. Clericus, i. e. „coenam Philippi puer, quam tamen non accipit Mena.“ — *Negat.* Mss. et aliorum et nostri paucis except. Schol. Cruq. in lemm. Edd. vulg. *Negct.* Ms. Bersm. un. Oberl. ut vid. C. D. Bentl. 1. [Comb. A.] 6. 4. Val. tres. Alt. ap. Haberf. Fe. 1, p. 2, e. 5, a. (a 1. m.) Pott. 2. 3. 6. 8. Orell. S. sed supersc. *e.* Guelf. 3. Lips. 1. 3. cod. Mentel. Edd. Ald. 501. Daventr.

Neglegit aut horret.““ Volteium mane Philippus
Vilia vendentem tunicato scruta popello
Occupat et salvere jubet prior. Ille Philippo
Excusare laborem et mercenaria vincla,
Quod non mane domum venisset, denique quod non
Providisset eum. „Sic ignovisse putato
Me tibi, si coenas hodie mecum.“ „„Ut libet.““
„Ergo
Post nonam venies; nunc i, rem strenuus auge.“

518. teste Cuning. in Animadv. p. 75. Bentl. (qui def.) Traj. ad Rhen. Baxt. Cun. San. Merv. Phil. Franc. Bask. Gesn. Zeun. Oberl. Comb. Wieland. Wakef. Wetz. Haberf. Praedic. Hunt. Both. Pott. Doer. Zell. Schm. Groeb. Meinek. Braunh. Charp. Orell. et Bip. 828. Indicativum def. Fea ad h. l. et Jahn. in NJbb. 1832. I. 4. p. 474. — *michi* — *inpr.* Sic ms. Dess. 2. Goth. hic et v. 92. et saepe. Cf. 2, 46. — *aut te.* Mss. Bersm. tres. Oberl. D. Fe. 2, g. Dess. 2. *ac te.* Edd. Cun. San. Merv. Franc. Bask. 777. (non 62.) Dorigh.

V. 64. *Neglegit.* Mss. Pulm. 1. 2. Ik. 1. 4. 6. Orell. bSc. Dess. 1. 2. Gott. 1. Dorv. 1. Lips. 1. 2. 3. Graev. Edd. Bentl. Oberl. Praedic. Meinek. Orell. — *Volt.* Ms. Pulm. 1. Lips. 3. cod. Mentel. Vid. v. 55.

V. 65. *tunicatum.* Ms. Fe. 7, b. — *ac salv.* Edd. Cun. San. Merv. Francis. Bask. (777.) Dorigh. — *prior jubet.* Ms. Jaeck. 6. Guelf. 2. Ed. Dac. — V. 67. *merecnnaria.* Sic ms. Ik. 1. Berol. 1. Dess. 1. Goth. Lips. 1. 2. Graev. Rudolst. Edd. Flor. 482. Ven. 483. 86. 92. Lips. 492. al.

V. 69. *Providisset.* Mss. et edd. vulg. *Provisisset.* Mss. aliq. ut vid. Lamb. (an un. Bersm.?) Edd. Lamb. (qui explicat: „praevisisset seu antevisisset“) Chab. Bersm. Despr. et, teste Fea, Gryph. Lugd. 566.; improbant Xyl. Cruq. Torr., non improbat Jones. in Not. p. 20. *Praevidisset.* Mss. al. ap. Lamb. Schol. Cruq. pro var. lect. Alt. ap. Haberf. Fe. 2, a. Ik. 4. Guelf. 4. Mon. c. e. Edd. Asc. 519. Glar. 543. Irenic. 567. Xyl. Piscat. Biedm. Zurck. et, teste Pulmanno, Gryphii editio. *Praevisisset.* Ed. Minois. De commutatione h. vv. Schmid. laudat Gernh. ad. Cic. Off. 3, 19, 75. Cf. infra Comm. — V. 70. *caenas.* Ms. Dess. 1. Lips. 3. Graev. — *lubet.* Ms. Berol. 1. *Ut libet! Ergo.* Ed. Wakef. — V. 71. *venias.* Mss. Bersm. duo. Ik. 4. 5. Guelf. 1. Dorv. 2. Corbei. Mon. e. Rudolst. Ed. Chab. *veniens.* Edd. aliq. ut Lips. 513. 14. Col. 510. Erfurt. 517. — *nunc in rem.* Ms. Mon. l. Ed. Ven. 481. 83. (Novimag.) 86. 90. 92. 98. Asc. 519. (qui explic.: ad rem cumulandam. *auge* sc. eam.) *ire* pro *i, rem.* M. Dess. 1. *nunc irem.* Edd. Lips. 508. 14. *nunc irem strennuus, euge.* Ed. Britannic. (Venet. 520. i. e. jam essem paratus ad comedendum, inquit M.; *euge* particula est exsultantis: nam Philippus gaudet, Menam paratum esse.) — *age.* Ms. Jaeck. 1.

Ut ventum ad coenam est, dicenda tacenda locutus
Tandem dormitum dimittitur. Hic ubi saepe
Occultum visus decurrere piscis ad hamum,
Mane cliens et jam certus conviva, jubetur
Rura suburbana indictis comes ire Latinis.
Impositus mannis arvum coelumque Sabinum

V. 72. *Ad cen. ut vent. est.* Ms. Bersm. un. *Ut vent. est ad cen.* Ms. Fe. 1, g. *Ut cen. adventum est.* Ms. Fe. 3, c. *Ut venit ad cen.* Ms. Mon. e. *Ut ductum est ad cen.* Ms. Guelf. 2. *cenam*, *dicenda* omisso verb. *est.* Ms. Guelf. 3. Berol. 1. *caen.* Sic ms. Dess. 1. Lips. 2. Vid. v. 70. — V. 73. *dormitum est.* Ms. Lips. 2. — *dimissus.* Ms. Oberl. C. *demittitur.* Ed. Weber. — *Hic ubi.* Mss. vulg., e nostris etiam Graev., teste Broukhusio, aliter indicante Bentlejo. Edd. vulg. etiam Bentl. Fe. Orell. *Heic ubi.* Edd. Torr. R. Steph. 613. Heins. al. Pro adverbio habent et al. qui scr. *Hîc ubi*, ut Cruq. Pulm. Bersm. At vide Epist. 2, 2, 136. *Hinc ubi.* Ms. Gesn. 1. Rudolst. Mon. l. (cum gl. „ex illo"). Edd. Ven. 483. 86. 90. 92. 95. Loch. 498. Lips. 492. 98. reliq. Colon. 510. Erf. 517. Asc. Glar. Irenic. Xyl. Piscat. Daru. *Hinc* (*uti — hamum*). Conj. Gesn. et ed. Baden. *Ergo ubi.* Ms. Bentl. 4. Edd. Cun. San. Merv. Franc. Dorigh. Haberf. Ernest. Bodon. *Hic tibi.* Ed. de Maroll. *Est ubi.* Ms. Berol. 1. *Aut ubi.* Ms. Mon. c. *Ast ubi.* Ms. Oberl. D. (pr. gl.). Bentl. 2. *Huc ubi.* Ms. Bentl. 15, un. *Post ubi.* Ms. Oberl. C. *Aut ergo.* Conj. Bentl. uti Sat. 2, 6, 16. 106.

V. 74. *visum dec.* Ed. Bersm. *visus est currere.* Ms. Jaeck. 5. — *piscis dec. ad ham.* Mss. Guelf. ut vid. omn., de qua re dubitaverim, ms. Mon. f. Edd. Doer. Schmid. Groeb. Braunh. — *amum.* Sic ms. Dess. 2. Guelf. 3. (*am*). Cf. Osann. ad Apulej. p. 89. *hamum. Mane.* Sic disting. aliq. edd. Ceterum ad v. *visus* Lambinus intelligi jubet *est*, quod in talibus saepe omittitur. Vid. Heind. ad Sat. 1, 2, 42. Both. ad Sat. 2, 8, 2. Wagn. ad Virg. Ecl. 1, 55. Herzog. ad Sall. Jug. 71, 1. — V. 75. *et jam.* Mss. Lamb. omn. Cruq. partim. Pulm. 3. 7. Bersm. tres. Talb. pleriq. Oberl. Comb. Bad. Fe. et Pott. tac. Ik. 4. 5. 6. Orell. S. Guelf. 3. 4. (in 2. deest *jam certus.*) Dess. 1. Goth. Lips. 1. 3. Mon. b. f. l. m. Graev. et Rudolst. Edd. Lips. 498. 502. reliq. Ven. 498. Lamb. Cruq. H. Steph. Min. Chab. Maroll. T. Fab. Dac. Despr. Talb. Tart. Bentl. quem seq. cett. recentt. *etiam.* Mss. reliq. Ed. princ. ap. Comb. et edd. vett. reliq. etiam Ald. 501. 19. Junt. 514. 19. Glar. Xyl. Fabr. (sed probat *et iam*) Pisc. Biedm. Pulm. Torr. Bersm. Heins. Zurck. al. mult. At in talibus ne libris mss. quidem fides habenda est, ita variant 16, 15. et ap. Liv. 1, 47, 9. ibiq. Drak. et Bach. ad Tac. Ann. 13, 19. *etiam serus conviva.* Conj. Bentl. — V. 76. *Rure suburbano.* Var. lect. ap. Zurck. Ed. Heins. 1612. (non 29.) R. Steph. 613.

V. 77. *Inpos.* Sic mss. Lips. 1. 2. Dess. 1. *Impositis.* Edd. Ven. 479. 83. 86. 90. 92. 98. (non 81.) Flor. 482. Lips. 492. Colon 510. Asc. 511.

Non cessat laudare. Videt ridetque Philippus,
Et sibi dum requiem, dum risus undique quaerit,
Dum septem donat sestertia, mutua septem
Promittit, persuadet, uti mercetur agellum.
Mercatur. Ne te longis ambagibus ultra
Quam satis est morer, ex nitido fit rusticus atque
Sulcos et vineta crepat mera, praeparat ulmos,
Immoritur studiis et amore senescit habendi.
Verum ubi oves furto, morbo periere capellae,
Spem mentita seges, bos est enectus arando,
Offensus damnis media de nocte caballum
Arripit iratusque Philippi tendit ad aedis.
Quem simul aspexit scabrum intonsumque Philippus,
„Durus," ait, „Voltei, nimis attentusque videris

(et explicat: vehiculo). *Invectus mannis.* Conj. Cuning. — *arvom.* Ed. Cun. *agrum.* Ed. Doering. *aurum.* Edd. Ald. 501. Junt. 514. Schurer. 514.?! — *caelumq.* Sic ms. Dess. 1. Graev. Cf. Apulej. de Diphth. p. 135. — V. 78. *rideturque.* In hoc errato consentiunt edd. Ven. 490. 92. Lips. 492.?! — V. 80. *Dum* superscr. *Tum.* Ms. Orell. S. *Jam scpt.* Ed. Praedic. — *sextertia* (*cia*) Ms. Bad. 1. Guelf. 2. 3. 4. Dess. 2. Gott. 1. Berol. 1. Edd. Ald. 501. 19. al. — *mutuo.* Ms. Dorv. 2. — v. 81. *Promittit* superscr. *Permittit.* Ms. Mon. f. — *vel suadet.* Ms. Jaeck. 6. — *agellum et.* Ms. Guelf. 3.

V. 82. *Mercatus* (*ne — morer*) *ex.* Markl. in Explicatt. ad calc. Eurip. Supplic. p. 304. ed. Lips. Contra disputavi in Seebod. „N. Archiv" 1826. 27. p. 139. sqq. et in Schmidii editione. — *Nec te.* Ms. Guelf. 4. *Ne longis te.* Ms. Ik. 5. *Te ne.* Ed. Cuning. — V. 83. *e nitido.* Ms. Dorv. 2. — V. 84. *ac vincta.* Edd. Cun. San. Merv. Francis. Bask. 777. (non 62.) — V. 85. *Inmoritur.* Sic ms. Orell. c. Dess. 1. 2. Lips. 1. 2. 3. Berol. 1. Santen. — V. 86. *ibi oves.* Ms. Mon. b. — *morboque perire.* Ms. Guelf. 1.

V. 87. *Spes.* Ms. Fe. 7, b. — *enectus arator.* Sic conj. Groebelius, sed Viro doctissimo oblocutus sum in Zimm. Allg. Schulz. II. 1833. p. 1232. Hunc versum citat Priscian. 9, 6, 34. I. p. 453. Kr. — V. 88. *dampnis.* Ita mss. Dess. 1. 2. Graev. — V. 89. *aedem.* Ms. Ik. 5. — V. 90. *semel.* Ms. Dess. 2. Mon. m. *aspexit.* Sic mss. Lips. omn. Gott. 1. Graev. Cf. Priscian. 2, 1, 7. — V. 91. *Volt.* Ms. Lips. 1. Graev. var. lect. ap. Min. Vid. v. 55. Hunc versum laudat Priscian. 7, 5, 22. Cf. etiam de bisyllabo Vocat. *Voltei* Jo. Mar. Mattii Opin. 2, 21. p. 374. et Heind. ad Sat. 1, 2,

Esse mihi.“ „„Pol me miserum, patrone, vocares,
Si velles,““ inquit, „„verum mihi ponere nomen.
Quod te per Genium dextramque deosque Penatis
Obsecro et obtestor, vitae me redde priori.““
Qui semel aspexit, quantum dimissa petitis
Praestent, mature redeat repetatque relicta.
Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.

90. Ramsh. Gr. lat. §. 220. p. 1065. ed. 2. — V. 92. *Post me.* Ms. Mon. f.

V. 93. *rectum mihi.* Ms. Fe. 2, g. — *ponere.* Mss. Lamb. fere omn. Cruq. 1, antiquiss. 7. 4. (a. b.) 2. Torr. ut vid. omn. Pulm. 1. 2. 4. 7. 10. Bersm. duo. Talb. complur. Val. octo. Oberl. C. D. Comb. B. C. G. Fe. 1, b. d. e. g. m. o. q. 2, a. (a 1. m.) f. g. 6, c. 7, b. 9, a. notatum in ora ed. Ald. 501. in Bibl. Vat. duo ap. Gul. Canter. Nov. Lectt. 4, 12. Pott. 7. 8. 9. 16. 19. Jaeck. 4. 5. 6. Orell. omn. Guelf. 2. Goth. Gott. 1. Lips. 3. Mon. b. c. e. f. Dorv. 1. Corbei. cod. Mentel. Ed. vet. ut vid. 476. ap. Maitt. et Vascos., restituit Lamb., inde Cruq. Torr. Min. Chab. Bersm. Bond. Schrevel. Maroll. Tart. Talb. Bentl. Baxt. Maitt. et recentt. paucis exceptis. *dicere.* Mss. reliq. et e nostris Guelf. 1. (superscr. *imponere*) 3. 4. Berol. 1. 2. Dess. 1. 2. Gott. 2. Lips. 1. 2. Mon. l. m. Dorv. 2. Graev. Rudolst. Ed. princ. ap. Comb. et vett. vulg. etiam Glar. Xyl. Fabr. Pulm. H. Steph. Pisc. Biedm. Heins. R. Steph. 613. T. Fab. Rodell. Despr. Zurck. Dac. Phil. Bodon. Camp. Charp. Pro glossemate recte habet Fea. — V. 94. *Sed te.* Ms. Guelf. 1. — *poenatis.* Ms. Lips. 2. *poenates.* Edd. Lips. 492. Ven. 492. al.

V. 96. *Quod simul.* Ms. Dorv. 2. *Quis simul.* Ms. Lov. ap. Bormans. — *semel.* Ms. Cruq. 6. Bersm. un. mss. complur. (octo enim habent *simul*) ap. Val. et ut vid. Bad. 1. Mon. b. f. l. Fea de suis tacet. Edd. Muret. duae. Bruti duae. Bertelli Ven. 590. et Rodell. tres, teste Cuning. in Animadv. p. 75. Baxt.; approbat Jo. Mar. Mattius in Trig. Opusc. Opin. 3, 23. p. 425. vindic. Bentl. quem seq. recentt. fere omn. *simul.* Mss. reliq. et edd. vett. vulg. etiam Lamb. et Cruq., qui probant, Pulm. Fabr. Torr. Bersm. e recentt. Talb. Dac. Tart. Maitt. Sandb. Ita etiam legit Schol. Cruq., qui explic. „mox ut.“ Probant et explicant Marcil. in Quotidian. p. 123. Cort. ad Sall. Jug. 4, 2. *Quin simul — relicta?* Ed. Britann. De confusione *simul* et *semel* vid. Bentl. et Orell. ad Sat. 2, 8, 24. Cort. ad Lucan. 6, 756. Oudend. ibid. 3, 296. Drak. ad Liv. 24, 22, 14. Wagn. et Forbig. ad Virg. Aen. 11, 418. Loers. ad Virg. Heroid. 10, 112. *Schmidio* hujus loci depravatio ex v. 90. manasse videtur. — *demissa.* Mss. Bersm. duo. Ik. omn. Gott. 2. *dimissa priori.* Ed. Heins. 612. Versum 96 et 97. delet Guyetus. — V. 97. *praestant.* Ms. Fe. 2, a. Edd. Lips. 513. 14. 16.

COMMENTARII

IN

HORATII EPISTOLAM SEPTIMAM

LIB. I.

Maecenas quum aegre careret familiaritate Horatii vatis et amici ob eamque rem, fortasse variis vitae incommodis jam tactus (Senec. Epist. 114. de Provid. 3. Tac. Ann. 4, 24.), amicum dilectum invitus dimitteret, Flacci longiorem, quam quem is fore promiserat, in villa sua secessum aegre tulisse videtur. Poeta igitur, ut suam absentiam in sex menses dilaturus excusaret crimenque animi ingrati, quod sibi propter promissum non servatum fieri videretur, dissolveret atque omnino suam suo more vivendi rationem patrono libere exponeret, hanc scripsit Epistolam Romano homine dignissimam. Is enim valetudine tum utebatur minus commoda, cui ita consulendum erat, ut quum diutius rure moraretur, tum per hiemem ad mare i. e. in regionem tepidiorem descenderet. Ante omnia igitur, quantum debeat patrono liberalissimo quantique in beneficiis dandis facienda sit ejus humanitas, grato profitetur animo, ita tamen, ut suam ipsius libertatem omnibus amicorum donis et vel ipsis Arabum divitiis praeferre non dubitet. Sibi enim aetate provectiori et corporis viribus paulo fracto alia jam opus esse vitae conditione, quam qua hucusque apud patronum munificum usus sit. Quodsi Maecenas vincula, quibus ei

beneficiis in ipsum collatis se sentiat obstrictum laxare nollet, jam quae bona accepisset se resignare et re vera velle et aequo animo posse significat. Haec animi sensa tam urbane, tam facete ante oculos ponit Maecenatis, ut haec ipsa Epistola insigne sit et libertatis et urbanitatis documentum. Primum enim quod de restituendis rebus sibi facile objici posse praesumit Poeta, jocose illustrat lepido illo de vulpecula apologo, qua quidem similitudine usus omnibus nota simul, si qua fuit, rei lenitur quam maxime acerbitas. Cf. ad 3, 18. Tum ad significandum et paratum, quo omnia reddere velit, animum et mutatam sortem aeque ferentem, duobus apprime utitur exemplis, altero a Telemacho, altero a Volteio Mena desumptis. Maecenatem autem hanc Epistolam non alto supercilio recepisse, sed monita amici amice audisse, testatur familiaritas, quae inter utrumque duravit usque ad supremum vitae diem. Multi autem interpretes vel Horatii conditionem non ea qua par est ratione aestimantes, vel Romanorum liberiores mores nostris delicatis aulicisque metientes in hac Epistola Horatii si non animum ingratum, at iratum vident. Praeivit Scholiastes Cruquii, quum Epistolae argumentum indicaret hisce verbis: „Quia Maecenas multa contulerat Horatio bona, eum semper sibi praesentem esse cupiebat: quare Horatius aegre hoc ferens, durius aequo cum eo loquitur, inquiens malle [se] Maecenatem omnia quae dederat repetere, quam tam gravi servitio cogi.“ Rem verbis exaggeravit *Wielandius*, quum Maecenatem Horatio ingratum animum vel epistola quadam ad eum data exprobrasse, vel per alium quendam hujus eum criminis accusasse conjiceret. Ad tale igitur crimen propulsandum Vir ille acutissimus Poetam ira quadam provocatum hanc Epistolam stomachi plenam scripsisse opinatur. In hoc crimine explanando *Wielandium* si non superat, saltem aequat *Bonstettenius* („Reisen in die class. Gegenden Roms.“ I. p. 76.). Taceo aliorum nomina. In re ipsa autem expurganda nobis otium fecit talium rerum elegantissimus ac doctissimus existimator, *Fr. Jacobsius* p. 126—143. Recte quoque de hac Epistola vel de hoc amicorum dissensu judicant *Schirachius* (Clav. Hor. p. 325. v. resigno), *Vanderbourgius* ad Od. 3, 16. p. 123., *Doederlinius* in Syn. III. p. 83., *Zellius* ad h. l., quocum facit *Orellius*, cujus pariter approbo extrema verba: „Scripsit autem hanc Epistolam non solum, ut Maecenatem quae diximus doceret, sed ut aequalibus quoque suis atque imprimis obtrectatoribus, qui eum pro Maecenatis parasito habebant, clare demonstraret, quae sibi necessitudo cum illo intercederet, libertati etiam philo-

sopho dignae minime officiens.“ Quam rem quum bene sensisset *Weichertus,* hanc Epistolam arbitratus est (in „Prolusione I. de Horatii Epistolis.“ Grimae 1826. p. 22.) ea mente *fictam*, ut „quae et qualis Horatii cum Maecenate familiaritas fuisset, inde discerent aequales, alioquin inurbanum et vel inurbanum fuisse opinatur Vir doctissimus publicare carmen, in quo patrono, quamvis tot et tanta ei deberet vitae commoda ac beneficia, justum tamen cum quadam animi contumacia detrectavisset obsequium.“ Quae verba cur scripta esse nollem, exposui in Jahnii „Jahrbb. f. Phil. u. Paedag.“ 1827. I. p. 92 sqq. Ingeniosa sane *Jahnii* est conjectura (NJbb. 1832. I. 4. p. 473.), qua hanc Epistolam non tam Maecenatis, quam Augusti causa scriptam opinatur. Hic enim Horatio, ut testis est antiquus ille vitae Horatianae auctor, epistolarum officium obtulerat. Ad hoc munus ut honorificum, ita Poetae molestum urbane recusandum et hanc quasi ex composito ad Maecenatem et fortasse aliam ad Augustum datam esse epistolam arbitratur Vir doctissimus. Nolo autem sinceritati et candori hujus Epistolae detrahi quicquam, immo in ea quam supra posui explicatione eo magis acquiesco, quo impensius hoc Musae pedestris munere laetor, quod eos temeritatis atque anilis sapientiae incusat, qui de Horatio adulatore garrire non desinunt. Quapropter verissime de hac quidem Epistola judicat *J. C. Scaliger* (Poetic. 6. p. 808.), quum dicit: „Septima adeo elegans est, adeo urbana, ut ad eas virtutes nihil addi posse videatur.“

Scripta videtur Epistola exeunte mense Augusto vel ineunte m. Septembri a. u. c. 731. Varr., eo ipso anno, quo Horatius hieme adventante (v. 11.) Veliam vel Salernum profecturus erat. Vid. Epist. 1, 15. Idem sentiunt *Schmidius* et *Groebelius* ad h. l., *Jahnius* l. l., *Massonus* (Vit. Hor. p. 231.), *Weichertus* (Poet. Lat. Reliq. p. 458.), *Kirchner.* (tab. chronol.) et *Frankius* (Fast. Hor. p. 204.). Dubito autem, num recte temporis ordinem, quo utraque scripta est Epistola, immutarit *Sanadonus,* quum ita disputat: „Il y a apparence qu'elle est de l'été de 731, quand Horace fut revenu de Vélie ou de Salerne, où il avoit été prendre les eaux, ainsi que nous l'avons vu dans l'épitre *Quae sit hyems Veliae.*“ Contra *Grotefendus* (p. 474. a.) Epistolam a. 735. mense Septembri exaratam arbitratur.

Separatim Ep. septimam brevi annotatione illustratam edidit *Groebelius* Dresdae 1832, ut esset „Editionis Horatii a Chr. Dav. Jani curari coeptae absolvendae specimen.“ Singula vel ad interpre-

tationem vel ad artem criticam spectantia accurate persecuti sunt *Fr. Jacobsius* in „Verm. Schrift. V. p. 95—150 sive in *Lectt. Venus.*, primitus typis descriptis in Mus. Rhen. 1827. p. 297 sqq. et 1828. p. 533 sqq., *Th. Schmidius* in „Epistola obss. in Qu. Hor. Fl. locos quosdam continente ad L. S. Obbarium missa.“ Halberstadii 1828., *Lud. Doederlinius* in Lectt. Hor. decade. Erlangae 1828. p. 12., *Ch. Gu. Mitscherlichius* in Racem. Venusin. Fasc. III. Götting. 1829. p. 9 sq. repetit. in Seebodii „N. Archiv“ 1829. N. 51. p. 203.

V. 1—12. Sententiarum ordo: „Hor. excusat suam absentiam Maecenatem faciens certiorem, se vere sequentis demum anni ob valetudinis metum periculumque reversurum esse.“ V. 1. 2. *Quinque dies* ut nos: „acht Tage,“ certus quidam exiguus numerus pro incerto positus, uti recte annotavit *Schmidius* et compluribus exemplis (Sat. 1, 3, 16. ibiq. Heind. et Pass. 2, 3, 289. 7, 89. Epist. 1, 6, 43. „ein paar Tausend“ 14, 2. 3.) illustravit *Seebodius* in „Scholien“ p. 12. — *Sext. tot. mendax desideror.* His verbis se ipse accusat Hor., ut eo magis a Maecenate speret veniam; non igitur sunt verba Maecenatis, quibus eum in epistola objurgatoria ad Hor. scripta usum esse alii opinantur. Rem plus justo in majus extulit *Groebelius* in expositione Argumenti p. 3. At conf. *Fr. Jacobs.* p. 122. et *Bach.* in Zimmerm. „Zeitschrift“ etc. 1834. p. 1036. De *Sextili,* qui mensis anno demum u. c. 746. Augustus nominatus est, vid. Dio Cass. 55, 6. Plutarch. Num. 19. Jo. Lyd. de Mens. 4, 72. Macrob. Sat. 1, 12. — V. 3—5. *Atqui Si me — veniam.* „Confiteor; attamen, quum hoc sic se habeat, dabis“ etc. *Orell. Veniam dabis* non est „commeatum [Urlaub] dabis,“ ut interpretantur *Scheller* et *Günther*, sed „indulgentiam, Nachsicht.“ Non multum abhorret locus ille 5, 10. *festus Dat veniam — dies*, ubi vid. p. 248. Cf. Sat. 2, 4, 5. Cic. de Offic. 3, 19, 12. *Videsne, hoc proverbio neque Gygi illi posse veniam dari, neque huic* etc.? Id. ad Attic. 5, 21, 8. *Dedi veniam homini impudenter petenti.* Hujus autem significationis, *precibus concedere*, exempla vid. ap. Ellendt. ad Cic. de Or. 1, 21, 98. Ruhnk. ad Terent. Andr. 4, 3, 30. Ad. 5, 8, 14. et cf. Walch. ad Tac. Agric. 2. Krebs. in Antibarb. p. 499. — *aegrotare timenti,* quippe qui nosset Maecenatem saepe aegrum vel valetudini metuentem in hac re facilem. Cf. Plin. H. N. 7, 52. Senec. Epist. 101. et Mitsch. ad Od. 2, 17. p. 510. Cum sententia autem *Si me viv. vis sanum* etc. compares Epist. 16,

15. 16. *Hae latebrae dulces, etiam, si credis, amoenae, Incolumem tibi me praestant Septembribus horis.*

V. 5—9. *dum ficus — resignat.* „Romae enim propter calores Austrinos hoc tempore (Virg. Ge. 2, 270.) aër gravissimus est, quapropter multi moriuntur.“ Vid. Heind. ad Sat. 2, 6, 19. interpp. ad Od. 2, 14, 16. 3, 23, 8. Epist. 1, 10, 15 sq. 16, 8. sqq. Schol. ad Juv. 4, 56. 57. Rup. ad 6, 517. Voss. ad Virg. Ecl. 2, 58. 7, 57. Heyn. ad Ge. 3, 479. Markl. ad Stat. Silv. 2, 1, 217. Maj. ad Cic. de Rep. 2, 6. not. 10. De causis hujus aëris gravissimi, qui *malaria*, aliis *aria cattiva* hodie dicitur, praeter alios erudite disputant *Bunsen.* in „Beschreibung der Stadt Rom von E. Platner, K. Bunsen, Ed. Gerhard und Wilh. Rössel.“ Stuttg. 1829. I. 1, 3., *Baumann.* in „Morgenbl.“ 1831. N. 18. p. 69. et. 17. p. 66., *Fr. Brun*, geb. Münter: „Römisches Leben.“ Lips. 1833. II. coll. „Blätter für lit. Unterhaltung“ 1833. p. 990., „Freimüthige“ 1835. p. 439., *Fleck* „Wissenschaftl. Reise“ etc. Lps. 1837. I. 1. p. 502 sqq. — *prima ficus* mense Sextili et Septembri maturescens ipsum grave auctumni d. XI. m. Aug. incipientis (Voss. ad Virg. Ge. 3, 478.) tempus designat. Ita Columell. de Cult. Hort. 400. *Quum canis Erigones flagrans Hyperionis aestu Arboreos aperit fetus — Tunc praecox bifera descendit ab arbore ficus;* ubi Wernsd. hunc loc. comparat. *Biferam ficum* esse Torrentius quoque dixit, sed minus recte laudavit Sat. 2, 2, 122. *Orellius* quam sententiam de ficuum (fichi fiori) intemperato usu febres excitante primo habuerat, mutavit ipse. Recte etiam *Marcilius* opinionem, *ficum primam* insigne fuisse, quo designator in pompa funebri agnosceretur, cantherinum somnium dicit. Ceterum ad v. *prim.* cf. Sat. 1, 3, 99. Cort. ad Plin. Ep. 6, 6, 6. et Lucan. 2, 21. Aristoph. Nub. 519. (522.) — *Calor* quum ex Cane et momentis Leonis (10, 16.), tum ex *letifero Austro* ortus, ut testantur loci ante laudati et Ovid. Met. 7, 532. Lucan. 8, 847. Senec. Oed. 630. Quapropter improbanda Cruquii scriptura *color* est vero consentaneum opinantis, designatorem non minus atratum, quam lictores fuisse in ludis funebribus.

V. 6. *Designatorem dec. lictor. atris,* i. e. funerum mancipem et ordinatorem, cui hic faceta catachresi pro ministris libitinariis atris vestibus indutis tribuuntur *lictores* ex sententia *Xylandri*, *Torrentii*, *Wielandii*, *Orellii* aliter sentientibus *Rappolto* (p. 636.), *Beckero* ad Gall. II. p. 283., aliis, qui in suam rem afferunt Cic. de

Legg. 2, 24, 61. *Reliqua sunt in more: funus ut indicatur, si quid ludorum, dominusque funeris utatur accenso aut lictoribus;* cujus loci non immemor est *Orellius.* Inde alii, ut *Bothius,* ipsum intelligunt funus majoris magistratus cum pompa deductum. De *designatoribus* post Torr., Marcil., Kirchm. de Funerib. 4, 9. erudite disputat *Ruhnk.* in *Antiq. Rom. lectt. Academ. ed.* ab Eichstad. Jen. 1826. XIII. 21. Verbo *deçorandi* facete utitur Hor. pro *stipat,* ex sententia autem *Baxteri* „tanquam de magistratu aliquo majore,“ *Hochederi* ut „vestitu suo induit,“ *Wielandii* de eo, qui „eine grosse Rolle spielt.“ De *atris* ad luctum exprimendum vestibus vid. Kirchm. l. l. 2, 9. et quos laudat Jacob. ad Lucian. Tox. 26. p. 95., adde Becker. l. l. p. 289. — V. 7. *Dum pueris — pallet.* Anxie timent parentes, ne *liberi* (vid. 2, 44. p. 172.) morbis abripiantur. In ipso Diminutivo *materc.* tenerrimi amoris est significatio. Plura talium collegit Gryczenki in Progr. de *Substantivis lat. diminutiv.* Königsb. 1830. — V. 8. Ut *Officiosa sedulitas* clientem ut salutatorem, deductorem, asseclam in officio strenue accurateque faciendo et amicum amicos quum quovis modo colentem, tum aegrotantes humaniter visentem indicat, ita *opella* (cf. v. 65.) *forensis* patronum ut causae actorem, cognitorem, sponsorem, advocatum etc. Sat. 2, 6, 20—39. Hunc v. *officiosus* usum pluribus illustrarunt Markl. ad Stat. Silv. 5. Praef. v. 6. et Ruhnk. ad Ovid. Heroid. 18, 60. Cf. Heind. ad Sat. 1, 6, 101. Wieland. ad h. l. Schmid. ad 17, 21. Pichen. ad Tac. Ann. 2, 42, 1. Rupert. ad Juv. 2, 132. Moeb. ad Cic. pr. Sext. Rosc. 7, 19. Doederl. Syn. I. p. 127. — V. 9. *testamenta resignat,* i. e. signa testamentis detrahit vel signata aperit; id quod vivo testatore fas non fuisse constat. Vid. Brisson. de Formulis 7, 8. 11. et Ev. Otto ad Institutt. 2, 10, 5. laudatus ab Heinr. ad Juv. 1, 66. Utraque autem re *febr.* et *testam.* et *morbum* et *mortem* advenientem significari in promptu est. Contra *Doeringium,* cui facete auctumnale tempus, quo maxime mori soleant homines, *resignare testamenta* dicitur, disputat *Fr. Jacobsius* p. 123.

V. 10 — 13. *Quodsi — prima.* „Quum Hor.,“ ut recte ait *Torr.,* „qui jam toto mense desideretur, etiam auctumno se emansurum dicat, neque hoc solum, sed et hieme tota Tarentum aut alio ad mare, ubi aër temperatior sit, abiturum, si forte *locis Romae vicinis* nivem jacere contigerit“ [sic non male intelligit ille *agros Albanos* coll. C. S. 54.]: non opus videtur cum *Lambino* aliisque par-

ticulam *si* pro partic. temporis habere, quia, ut semel dicam quod sentio, partic. *si* nunquam significationem conditionis prorsus deponit. Praeter Lambinum multis ad h. l. exemplis suam sententiam probantem aliter quoque sentiunt Heind. ad Sat. 2, 3, 10. Ruhnk. ad Terent. Phorm. 1, 2, 69. Heyn. et Forbig. ad Virg. Aen. 5, 64. Cum his conf. Günther. Athen. I. 2. p. 266. Jacob. in Jahn. Jahrbb. 1828. III. 2. p. 132. Verbis autem *Albanis illinet agris* non indicatur *rara* nix alta, ut *Fea* sibi persuadet, sed prima hiems, ut recte sentit *Orellius*. Cf. Od. 3, 23, 10. *nivali Algido*. Cic. de Div. 1, 11. *tumulos Albano in monte nivales*. Lucret. 5, 745. *Tandem bruma niveis affert*. De Horatio frigoris impatiente vide *Acron*. et *Schol. Cruq.* loco supra laudato et de nivibus illo tempore frequentioribus quam nunc *Schmidii* expositionem. — V. 11. *Ad mare desc. vates tuus*. In postremis verbis, ut in his versibus mira inest et humanitatis et caritatis significatio, quae fugit Wielandios melius edoctos et edocendos a *Fr. Jacobsio* p. 141 sqq. Ita *vatis amici* Od. 2, 6, 24. ibiq. Mitsch. et conf. Voss. ad Virg. Ecl. 9, 34. Verbis illis *ad mare* quum Cruquius urbem aliquam maritimam eamque *Tarentum* significatam Od. 2, 6, 13 sqq. conjecisset, contra eum ita surrexit *Rodellius*, ut hanc urbem centum distare leucis ab agris Albanis et Horatii villa, propioremque igitur in Campania sitam intelligendam esse diceret. *Rodellii* vestigia quodam modo nuper legit *Bonstettenius*, quum *Schellio* non improbante *Wielandii* opinionem urbes Surrentum, Veliam vel Tarentum intelligentis improbaret et propiorem Ostiae oram indicatam conjectaret. Vid. *von Bonstettens* „Reise in die klass. Gegenden Roms — bearbeitet von K. G. Schelle." I. p. 187. 88. Aliquamdiu hanc sententiam ego ipse tuitus sum in ed. Schmidii, at nunc eo lubentius eam muto, quo humanius in literis ad me datis meliora me docuit *Huthius*, Vir Clarissimus *). Calabriam et hic et Epist. 1, 15, 18.

---

*) Verba Viri doctissimi haec sunt: „In den Worten *ad mare* kann ich nur eine Bezeichnung der Gegend von Tarent finden. Dafür spricht augenscheinlich V. 45. Wenn Horaz dort sagt: mihi jam non regia Roma, Sed vacuum Tibur placet aut imbelle Tarentum; so kann man diese Worte nicht von einem für den Dichter dort *wünschenswerthen steten* Aufenthalt verstehen. Dieser Erklärung widerspricht schon das ganz bestimmt ausgesprochene *placet*, welches hier dieselbe Bedeutung hat, wie Od. 3, 4, 22 sqq.: seu mihi frigidum Praeneste, seu Tibur supinum, seu liquidae placuere Baiae, wo das placuisse ebenfalls nur einen wirklichen

intelligere nos jubet *Nic. Heinsius* quoque in Adv. 3, 13. p. 493. Cf. Lamb. et Capmartin de Chaupy Découverte etc. II. p. 6. 142. Verba autem v. 12. *Contractusque leget* explicanda ex antecedentibus, quae Cruquius male pro significata parcimonia habuit, *sibi*

Aufenthalt des Dichters an den genannten Orten bezeichnen kann. Zudem stand, was *Tibur* anlangt, der Verwirklichung eines solchen Wunsches kein Hinderniss im Wege; er lebte ja oft dort und zwar so lange, als es ihm gefiel, ohne sich in irgend einer Rücksicht in seiner Freiheit beschränken zu lassen. Hierfür legt dieser Brief selbst das sprechendste Zeugniss ab. Kann aber das *placet* in Beziehung auf *Tibur* nicht von einem blossen Wunsche verstanden werden, so kann dieses auch mit *Tarentum* nicht der Fall seyn. Auch war ja Horaz unabhängig genug, um einen so sehnlichen Wunsch, wie d. Verse Od. II, 6, 10 sq. denselben erscheinen lassen, und dessen Verwirklichung doch gewiss keine grossen Hindernisse entgegenstanden, sich gewähren zu können. So gut er in der Gegend von Velia oder Salernum lebte, konnte er ja auch zu Tarent, oder in der Nähe dieser Stadt leben. Endlich würde die Erwähnung von Tibur und Tarent ganz zwecklos an jener Stelle, ja ich möchte sagen, widersinnig sein, wenn Horaz dabei nicht an einen wirklichen Aufenthalt an jenen Orten gedacht hätte. Denn wenn er sagt: mihi jam non regia Roma placet, was doch keinen andern Sinn geben kann, als: ich mag jetzt nicht in Rom leben, so muss der Gegensatz: sed vacuum Tibur aut imbelle Tarentum nun affirmativ den Aufenthaltsort bezeichnen, welchen er eben Rom vorzieht. Zu Tibur lebte eben Horaz damals, als er diesen Brief schrieb, wirklich, und ich beziehe hierauf das *rure* im ersten Verse. Mit dem Nahen des Winters aber wollte er die dortige Gegend verlassen und sich nach Tarent (ad mare) begeben.

Aber auch die Erwähnung des *Calaber hospes* Vs. 14. führt zu derselben Ansicht. Warum verlegt Horaz jene zudringliche Gastfreundschaft gerade nach Calabrien? Waren die Calabrier vor andern Völkerschaften Italiens durch solchen Mangel an guter Sitte übel berichtet? Wohl nicht! Die Gutmüthigkeit ungebildeter Menschen pflegt sich aller Orten in ähnlicher Weise zu äussern. Warum wird gerade ein *hospes Calaber* genannt? Ich antworte: Weil Horaz eben von seiner bevorstehenden Reise nach Calabrien (ad mare descendet vates tuus) gesprochen und weil er bei seinem öftern Aufenthalt in der dasigen Gegend unter den dortigen Landleuten ähnliche Erfahrungen gemacht hatte.

Endlich scheint der Ausdruck *ad mare descendet* selbst nur von einem Hinabziehen in südlichere Gegenden verstanden werden zu können. Gewiss ist wenigstens, dass Ep. I, 15, 18, *ad mare quum veni*, welches dort ebenfalls den Gegensatz zu dem vorhergehenden rure meo V. 17. bildet, nur von den südlichern Gegenden, von der Küste Lucaniens, zu verstehen ist. So wie aber an der dortigen Stelle der Ausdruck *ad mare* nach dem Zusammenhang nur auf Lucanien zu beziehen ist, so hier, ebenfalls nach dem Zusammenhange, auf die südlichern Gegenden Tarents. — Auf

parcet Sat. 1, 4, 127., i. e. „valetudinis causa domi me continebo tempus legendo fallens.“ Utrum Horatius hoc frigus vitaturus fecerit nec ne, ex verbo *contractus* quidem, quod vel in publicum prodeunti, vel liberius vaganti remissiusque obambulanti Epist. 2, 2, 80. jocose opponitur, effici nequit. Similiter Lucian. Nigrin. 18. *οἰκουρεῖν εἱλόμην, καὶ βίον τινὰ τοῦτον γυναικώδη καὶ ἄτολμον τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα προτιθέμενος, αὐτῇ φιλοσοφίᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ ἀληθείᾳ προσλαλῶ.* Aliis autem nimis anxie v. *contractus* prementibus Poeta frigoris etiam levissimi vitandi causa vestibus involutus et, dum commode legit, contractus (Sat. 2, 7, 60.) et incurvatus, *zusammengekauert*, eng zusammengeschmiegt (Voss.), hic describi videtur. Hanc interpretationem praeter alios sobrie tuetur *Orellius* allatis Hieronym. Ep. 53. de Vigilantio: *gravissimo frigore solus atque contractus Dormitantius vigilabit in lectulo* et Q. Sectan. Sat. 1, 6, 6.: *Inque manus venit tritus de more libellus, Nescio quid nugarum, contractusque legebam; Nam rore auctumni matutinisque pruinis Frigidula intrabat male sartas aura fenestras.* Idem vel simile quid sentiunt *Britannicus*, *Zurckius*, *Dacerius*, *Gesnerus* et *Kärcher*. in Zimmerm. „Zeitschrift“ etc. 1836. N. 19. p. 153. Contra *Groebelio contr. legere* dicitur is, qui vel omni et vita et victu parcius vivit (idem sentit, quod olim in ed. Schmidii proposueram, *Freundius* in Lexic. lat. h. v.), vel qui librorum supellectile et studiorum ratione (*contractioribus studiis*, Cic. Coel. 31.) literarum studiis, philosophiae potissimum, remissius vacat, remisso illo ardore, quo ad eam se incitari professus erat 1, 1, 11 sqq. Ab hac interpretatione non multum discedunt *Cruquius* et *Forcellinius* (Lexic. lat. h. v.), quibus *contr. leg.* est parcum esse in legendo. Rursus alii intelligunt angustum cubiculum, vel animum

---

die Küste von *Ostia* kann ich diesen Ausdruck schon darum nicht beziehen, weil Horaz dort dem rauheren Klima der Albanischen Berge, dem er doch offenbar während des Winters sich entziehen will, schwerlich ganz entgangen sein würde, da ja diese Gegend mit den Albanischen Bergen fast in gleichem Breitegrade liegt und der Einfluss des Meeres auf die Temperatur der Luft doch wohl nicht so bedeutend war, dass man annehmen könnte, Horaz habe desshalb lieber zu Ostia, als in dem wenig entfernten Tibur den Winter zubringen wollen. Auch ist ja sonst nicht bekannt, dass der Dichter für die Gegend von Ostia eine besondere Vorliebe gehabt habe.“ Sic Vir ille. At Calabrum hospitem mihi quidem talem finxi, quales audiunt apud Francogallus „les Gascognes,“ apud nos boni illi — i, nam exempla sunt odiosa.

collectum nullisque curis districtum. Ceterum dulcissimum illud Epitheton: *dulcis amice,* quod est Sat. 1, 3, 69. 139., pluribus illustrat Arntzen. ad Cat. Distich. 1, 34. cf. Thiel. ad Virg. Aen. I. p. 215.

V. 13. *Cum Zephyris.* Ita Lucret. 5, 736. *It Ver et Venus et, Veris praenuntius, ante pennatus graditur Zephyrus.* Catull. 47, 1 sq. *Jam ver egelidos refert tepores, Jam coeli furor aequinoctialis Jocondis Zephyri silescit auris.* Virg. Ge. 1, 44. *Vere novo, gelidus canis quum montibus humor Liquitur et Zephyro putris se gleba resolvit.* Zephyri enim Od. 1, 4, 1. et a Cicerone *Favonii* nominati et die sexto ante idus Februarias ab occasu eoque aequinoctiali flantes, Romanis ver aperiebant, unde Zephyrus *pater veris* Claudiano audit. Vid. *Mitsch.* ad Od. 1, 4, 1. 4, 12, 1. (cujus doctissimae expositioni nunc adde de Ornithiis *v. Raumer.* in Mus. Rhen. 1837. IV. p. 516.), Voss. et Forbig. ad Virg. l. l. Wernsd. ad Pentad. 2, 1. III. p. 268. *hirundine prima.* Ita utraque res jungitur ap. Virg. in Ge. 4, 305. *Hoc geritur, Zephyris primum impellentibus undas, — ante Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.* Columell. de Cult. Hort. 77—80. Leonid. in Del. Epigr. ed. Fr. Jac. 1, 88, 1. λαλαγεῦσα χελιδὼν ἤδη μέμβλωκεν, χὠ χαρίεις Ζέφυρος. Oppian. A. 3, 244. εἰαρινὴ Ζεφύρου πρωτάγγελος ὄρνις. Inde Petron. 55. (Both. Fragm. Comic. p. 264.) *Avis exsul hiemis, titulus tepidi temporis.* Avien. Descr. Orb. 706. *vere novo tellus se dura relaxat, Culminibusque cavis blandum strepit ales hirundo.* Oppian. A. 1, 729. εἰαρινῇσι χελιδόσιν. Philem. Fragm. CXIV. Ἡ μὲν χελιδὼν τὸ θέρος, ὦ γύναι, λαλεῖ. De hoc notissimo Graecorum proverbio vid. Hadr. Jun. Adagg. Cent. VII, 21. Erasm. Adagg. 1, 6, 59. et de mendicandi ritu χελιδονίζειν vocato Wernsd. ad Poet. lat. min. V. p. 1041. Omnino de *hirundine veris praenuntia* conf. Mitsch. et Orell. ad Od. 4, 12, 5. Cic. ad Attic. 10, 2. 9, 18. Ovid. Fast. 2, 853. Calpurn. 5, 16. 17. Pentad. 2, 17. Anthol. lat. ed. Burm. 5, 74, 3. Hesiod. Op. et D. 566. Aristoph. Equit. 419. Demophil. Similitud. 40. ap. Orell. I. p. 8. Athenae. 8, 15. p. 360. Munck. ad Hygin. Fab. 45. p. 94. Zell. „Ferienschriften.“ I. p. 68. sqq. et p. 89. N. 12.

V. 14. — 19. *Non quo — relinques.* Sententiarum ordo: „Absentiam autem meam in longius tempus differendam eo minus aegre feres, quinimmo lubenti animo mihi concedes, quo majora sunt

beneficia Tua in me jam collata et ea mente donata, ne unquam mihi onerosa fierent, quippe qui minime similis sis Calabri illius hospitis, qui alteri donavit quae ipsi essent oneri.“ Huic autem narratiunculae proverbium subesse, ut *Calabri hospitis Xenia,* putavit Erasmus in Adagg. 3, 6, 94. V. 15. *fec. locupletem,* proprie, i. e. agri plenum; intelligit enim villam Sabinam. Conf. Mitsch. ad Epod. 1, 31. — V. 16. *Jam satis est.* Scheller: „Ganz zur Gnüge!“ Ad v. *quantum vis Victorius* commode comparat 6, 44. *partem vel tolleret omnes.* Contra *Vulpius* ad Catull. 87, 6. *quantumvis* explicat *abunde, satis.* Praeferendum *quantum vis,* quia in his duabus vocibus plus inest stolidae humanitatis. — *Benigne,* uti *recte,* est modeste recusantis et gratias agentis, ubi Graeci καλῶς, κάλλιστα, ἐπαινῶ dicunt. Vid. Lamb. et Schmid. ad h. l. et conf. Vulp. ad Catull. 72, 3. Ruhnk. ad Terent. Eun. 2, 3, 50. Kiessling. ad Theocr. 15, 3. Wund. ad Soph. Phil. 871. Conf. infra v. 62. — V. 17. *munuscula.* Dubito, num recte hic intelligat *Marcilius,* cui assentitur *Dacerius* nomine auctoris omisso, apophoreta ex conviviis referri solita, de quibus laudat Isidor. Orig. 20, 4. Martial. 14, 1, 6. Suet. Vesp. 19. Cf. Brem. ad Suet. Cal. 55. Vesp. 19. — V. 18. *Tam teneor dono, quam.* Recte Schol. Cruq.: „Tam valet mihi animus tuus, quam si ea feram,“ ut non opus sit *Groebelii* ista distinctione, quam l. supra l. satis refutasse mihi videor. „Neque enim,“ ait V. d., „dono, quod non accipio, sed donandi voluntate teneor.“ Conf. *Orellium* contra eundem disputantem. — V. 19. *relinques.* Male agunt, qui Praesenti majorem cogendi vim tribuunt. Sententiam enim bene enodavit *Lambinus:* „Si tolles, levabis me pirorum, quae mihi oneri sunt, quaeque pro nihilo duco, prae multitudine: sin relinques, comedentur a porcis.“ Addendum comicum illud: *hodie,* „heut noch.“ De formula: *Ut libet,* quam non male *Rappoltus* p. 624. vertit: „wenn du nicht willst, so lass es,“ dixerunt *Hoched.* ad h. l. et *Schmidius* ad V. 70.

V. 20. — 24. *Prodigus — merentis.* Sententiae cum antecedentibus sic connectuntur: „*Prodigus,* qui idem *stultus* est, in alterum (quicumque est) ea confert, quae hunc non tam adjuvent, quam quibus ipse carere vel possit vel velit; inde tam multi exsistunt ingrati, qui talibus muneribus se obligatos sibi non persuadent. Rursus viro *bono* et *sapienti* in homines liberalitate dignos sua conferre beneficia semper propositum est, neque tamen eum in re ipsa danda fugit rei discrimen atque modus. Dignum igitur me etiam praestabo

tuis beneficiis, quemadmodum tua de me merentis postulat laus atque virtus.“ Hunc locum brevitate sua paulo difficiliorem mire vexaverunt dissentientes interpretes. Ad v. 20. acute monet *Mitscherlichius*, suam comprobans horum verborum interpunctionem (*donat quae,*), „Poetam prodigi stultitiam in eo ponere, quod, quale id sit, quod donet et cui donet, parum curet.“ At pace Viri summi, non Poeta id agit, ut *prodig.* et *stultum* contemptu rerum haud ita sibi necessariarum impulsum ad dona facienda demonstret? In rem laudatur Senec. Epist. 120. *Mentitur prodigus liberalem, quum multum intersit, utrum quis dare sciat, an servare nesciat. Multi sunt qui non donant, sed projiciunt.* Adde Plaut. Trin. 4, 2, 12. *Nullum beneficium esse duco id, quod, cui facias, non placet.* Senec. de Benef. 2, 11. *Si gratos vis habere quos obligas, non tantum des oportet beneficia, sed et ames.* Isocrat. ad Demon. §. 68. *μηδὲ τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος.* Epicharm. ap. Grot. p. 481. *Οὐ φιλάνθρωπος σύγ' εσσί, νόσον ἔχεις, χαίρεις διδούς.* Beier. ad Cic. Offic. 1, 15, 49. — V. 21. In sententiam, in qua enodanda fluctuat Lambinus, cf. Wiel. N. 3., facit illud ap. Cic. de Or. 2, 56, 261. *Ut sementem feceris, ita metes.* De segete, quam Servius hic terram significare dicit, vid. ann. ad v. 86. Ut *tulit et feret,* ita 2, 44. *labitur et labetur.* Od. 2, 13, 20. *rapuit rapietque.* 4, 2, 38. *nihil majus — donavere, Nec dabunt.* Similia laudant Thiel. et Forbig. ad Virg. Aen. 6, 617.

V. 22. *Vir bonus et sap.,* ut 4, 5., sed hic cum certa quadam contrariorum *prodig.* et *stult.* ratione. — *dignis ait esse paratus,* non rebus, uti interpretantur *Cruquius, Bothius, Doederlinius,* alii, ut sit Ablativus, sed hominibus, in quos beneficia conferantur. Neque quisquam Romanorum tam ambigue locutus est, at *dignus* et *indignus* saepe absolute dicuntur. Ita Cic. ap. Serv. ad Virg. Aen. 6, 611. *dignis largiendum est.* Id. de Offic. 1, 26, 92. *quam plurimis, modo dignis, se utilem praebent.* Locis a *Schmidio* allatis adde Bentl. ad Sat. 2, 1, 85. Heind. ad Sat. 2, 2, 103. Kühn. et Klotz. ad Cic. Tusc. 4, 20, 46. Kritz. et Fabr. ad Sall. Cat. 51, 8. Ad sententiam conf. Cic. Offic. 2, 15, 54. *saepe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, sed diligenter atque moderate.* Aristot. Eth. Nicom. 4, 1. 8, 13. Rhet. 2, 7. Senec. de Benef. 1, 14. 15. Conf. Fr. Jacobs. p. 116., qui recte docuit, verba: *Dignum praest. me* huc referri. — V. 23. *Nec tamen — lupinis,* i. e. bene tamen

rerum pretium novit, quod rectum de rebus judicium prohibet, ne in beneficio collocando vel inconsideratus, vel prodigus sit aureos uti lupinos effundens. Alii ut Fr. Jacobs. p. 114. ita: „probe perspicit, quae dona verum habeant pretium, quae exiguum aut nullum, quae supervacanea atque inutilia, qualibus plerumque amicos tenuiores cumulat stultus." Qui verbis *Nec tamen* offenduntur, non ponderarunt, haec verba Calabro illi hospiti pleno sacco effundenti esse opposita. Cf. Juv. 14, 25. Neque *Orellius*, qui hanc, quam posuimus, explicationem improbat, quia „hac ratione beneficus ille subito evadat sordidus veterator," memor fuit Ciceroniani illius loci, neque Senecae de Benef. 1, 7. *Multo gratius venit, quod facili, quam quod plena manu datur.* Nos quoque in eadem re dicimus: „er ist wohlthätig, ohne etwas wegzuwerfen." Multi denique in comparatione illorum vv., *quid dist. aera lupinis,* ita dissentiunt, ut non rerum pretium rite ponderandum significetur, sed hominum diversitas, qua vir *bonus* et beneficus dignos ab indignis prudenter distinguat. Qui, uti *Doederlinius*, v. *dignis* pro Ablativo gen. neutrius habent, sibi, quum ita interpretantur, consentanei sunt, *Orellius* aliter statuens non item. Sic enim incommodum *ταυτολογίας* crimen Horatio impingitur. Melius igitur procedit *Doederlinii* horum versuum interpretatio: „Vir bonus ac sapiens contra ad ea donanda paratus est, *quae digna se vel amico sunt* ac bene sapienterque dantur, non tamen cuilibet largiens, sed electis prudenter et probatis ante amicis; nec enim ignorat quid *distent aera lupinis,* digni amici ab indignis; ita ut cui largiatur, eundem etiam diligi a se et magni aestimari profiteatur et contestetur." Errasse autem mihi quidem in eo videtur Vir doctissimus, quod antithesin relativae sententiae *quae spernit et odit* in v. *dignis* vidit, quum ea sit in vv. *Nec tamen — lupinis.* De *lupinis* ab histrionibus in scena et ab aleatoribus quasi fictitia pecunia usurpatis vid. Torr., Schm. et Orell. ad h. l. et Wernsd. ad Priscian. de Pond. et Mensur. 12.

V. 24. *Dignum praestabo me etiam pro laude merentis,* i. e. „ego quoque pro ea, qua quis de me meruit, laude ac virtute me vicissim praestabo donis dignum, sive talem, qualem tua de me merentis postulat laus atque virtus." Haec autem, ut Horatius tecte significat, in eo cernitur, quod sibi utpote *digno,* neque *inconsiderate* stulte prodigorum instar, benigne fecerit Maecenas. Dubito igitur, num recte post v. *me* distinguant, ut ex *Mitscherlichii* interpretatione sententia haec sit: „tam gratum me tibi prae-

stabo, ut etiam lauderis ab aliis, quod in hominem dignum beneficia tua contuleris," in quam sententiam laudant Epist. 2, 1, 245 sqq. Conf. Both. ad Feam, Torr. et Schol. Cruq. Obstat praeter alia ipsa caesura, quae nos jungere jubet, ut recte observavit *Orellius: praestabo || me etiam | pro laude merentis.* Rejicienda quoque est tmesis, quam cum *Cruquio, Dacerio,* aliis hic statuit *Fr. Jacobsius* (p. 97. et 118. 147.) ut sit: „laude benefactis de me promerentis" sive, ut ait Vir summus: „So will ich mich denn auch des Beifalls würdig zeigen, dem ich deine Wohlthaten danke." *Laus* igitur illa non ad Maecenatem utpote huic debita refertur, sed ad ipsum Horatium, qua ab illo, quod ei munera impertiretur, mactatus sit. At de tmesi apud Hor. contrita recte disputant *Doederlinius* et *Orellius,* quos vide et conf. Kritz. ad Sall. Cat. 5, 3. Huc accedit verbi *merendi* pro demerendo, promerendo usus, cujus complura exempla collegit Forbiger. ad Virg. Aen. 6, 664. Neque male quidem ad sententiam, quanquam parum accurate *Marcilius laudem* hic intelligit liberalitatem: „Debent accipere volentes gratos se et liberalitate dignos praestare. Qualem et ego me praestabo." A nostra hujus versus interpretatione, quam praeter alios comprobant *Gesnerus, Doeringius, Schmidius, Doederlinius, Orellius,* paulo discedit *Bachius* in Zimmerm. „Zeitschrift" etc. 1834. p. 1036., longius *Huthius,* quorum verba infra *) ponam. De constructione

---

*) Ille ita: „Würdig werde ich mich deiner Wohlthaten zeigen sogar dem Beifalle des Gebenden gemäss," d. h. nicht nur überhaupt werde ich mich deiner Wohlthaten würdig zeigen, sondern selbst in der Art und durch die Mittel, welche der Wohlthäter selbst nur billigen kann." Hic in literis ad me datis disputat sic: „Die vorhandenen Erklärungen genügen mir nicht. Der Gedanke ist auf vs. 22. zurückzubeziehen. Dort heisst es: vir bonus et sapiens dignis ait esse paratus. Dieser Vers ist zwar ganz allgemein aufzufassen. Offenbar aber gilt dem Dichter nur Maecenas hier als ein solcher vir bonus et sapiens. In dem Munde des Maecenas aber enthält dieser Vers ein grosses *Lob* für den Horaz; denn Mäcen rechnet ja den Horaz dann, dem er eben Wohlthaten erwiesen hatte, zu den *dignis.* Wer ausdrücklich sagt, dass er nur Würdigen beistehe, der erklärt denjenigen, dem er beisteht, eo ipso für einen *würdigen* Mann. Wohlan, sagt Horaz, als ein edler und verständiger Mann erklärst du, blos solchen beizustehen, die deiner Wohlthat würdig sind. Mir hast du Wohlthaten erwiesen und eben dadurch mich für einen Mann erklärt, welcher deiner Wohlthat würdig sei. So will ich mich denn auch als einen solchen erweisen, dignum praestabo me etiam und zwar pro laude merentis; quemadmodum postulat laus hominis beneficia merentis; quemadmo-

grammatica laudant Lucret. 5, 2. *Quis potis est dignum pollenti pectore carmen Condere pro rerum majestate;* adde Cic. Div. in Caec. 13, 42. *quidnam pro offensione hominum et exspectatione omnium dignum eloqui possim.* Sall. Cat. 59, 1. *exercitum pro loco atque copiis instruit.* Cf. Kritz. ibid. 51, 8. Rupert. ad Liv. 7, 33, 2.

V. 25 — 28. *Quodsi me — protervae.* Sententiae sese ita excipiunt: „At, quantumvis me tibi tuo de me merendi studio devinctum profitear, tamen officium, quod florente aetate tibi praestiti, jam per gravescentem aetatem et valetudinem infirmam praestare nequeo.“ Officium illud ipsum jam ad id refertur, quod Maecenas Horatium a latere suo discedere nolit. Quapropter sinistre mentem Poetae accipit *Cruquius*, quum in his verbis mirabilem παρρησίαν reperit, qua Horatius a principe viro praeteritos poposcerit annos et

---

dum consentaneum est laudi tuae, qua me censes beneficia tua meruisse. Hiernach ist also *merentis nicht auf den Mäcenas, sondern auf den Horaz zu beziehen.* Die Erklärung des merentis durch bene de me merentis scheint mir aber, abgesehen von dem Zusammenhange der Stelle, zu gewagt. *Merentis* ist der Genitiv des Objects, wie in laus virtutis und in vielen andern Verbindungen. So ist auch Ep. II, 1, 246. *laus dantis* nicht so aufzufassen, als ob Augustus den Virgilius und Varius unter Lobeserhebungen derselben beschenkt habe, also *dantis* nicht als Genitiv des Subjects zu nehmen, sondern als Object: Geschenke, bei deren Empfang sie den Geber preisen. Diese Erklärung scheint mir schon an und für sich die natürlichere zu sein; sie wird aber noch besonders wegen des vorhergehenden *indicia* nothwendig, was ja ebenfalls nur indicia honorifica sein können. Wollte man also *laus dantis* in activer Bedeutung auffassen, als das Lob, welches der Geber ertheilt, so würde diess mit den vorhergehenden indiciis (honorificis) eine üble Tautologie bilden, und der Gedanke würde dann nicht viel besser sein, als wenn Horaz geradezu gesagt hätte: Non dedecorant laudem tuam, quam cum laude tua tulerunt. — Ist also merentis auf den Horaz zu beziehen, so giebt dieses den natürlichen Sinn für diese Stelle: Dein Grundsatz, dass du nur Würdige unterstützest, dass ich mithin deiner eigenen Ansicht nach deine Wohlthaten verdiene, fordert mich auf, durch die That zu zeigen, dass ich wirklich zu den dignis gehöre. Ich will mich also als einen dignum erweisen, wie es das Lob, das du mir ertheilest, wenn du mich für einen Menschen erklärst, der Wohlthaten verdiene, mir zur Pflicht macht.“

De loco Epist. 2, 1, 246. videsis Fr. Jacobsium p. 146. sq. Meum autem esse duxi, varias interpretum de hoc loco sine ira et studio proponere sententias, ut illud divini interpretis: πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε, unicuique pateret.

quasi dixerit, optimam se suae vitae partem Maecenati impendisse. Conf. etiam Fr. Jacobs. p. 98. et Orell. ad h. l. — V. 26. *Forte latus,* quod ejus est qui pulmonis viribus gaudet, „gesunde Brust," ei imprimis necessarium, qui in urbe officiis suis fungi voluerit. Sat. 2, 6, 23 sqq. Epist. 2, 2, 67 — 70. Hinc non assentior *Doeringio,* quocum facit *Hocheder.,* quum *latus* vel *latera* corporis vires intelligit, quia tam virium robur, quam earum defectus in lateribus praecipue sentiatur; Horatium igitur, quia corporis vires eum deficere coepissent, reddi sibi optare *forte latus.* At conf. Cic. Verr. 4, 30. *quae vox, quae latera, quae vires hujus unius criminis querimoniam possint sustinere?* Id. de Senect. 9, 5. *Orator, metuo, ne languescat senectute: est enim munus ejus non ingeni solum, sed laterum etiam et virium.* Quintil. Inst. 11, 3, 40. *cui aderit lateris firmitas.* Ibid. prooem. 27. *vox, latus patiens laboris, valetudo.* Ellendt. ad Cic. Brut. 56, 202. de Orat. 1, 25, 114. Gernh. ad Cic. Cat. 5, 14, 4. — *nigros a. f. capillos.* Hi opponuntur tum albescenti, tum cano capillo. Od. 1, 32, 11. A. P. 37. Plaut. Curc. 1, 3, 35. Horatium annos 41 natum albescentem, si non canum capillum habuisse observavit *Mitscherlichius* ad Od. 3, 14, 25. Cf. Epist. 1, 20, 24. Od. 2, 11, 7. ibiq. Sanad. De honore *nigris capillis* a Graecis et Romanis habito vid. Tan. Fab. ad Anacr. 18, 17. et conf. Jacob. Qu. Epic. p. 79. — *angusta fronte.* Haec (*tenuis* Od. 1, 33, 5., *brevis* Martial. 4, 42, 9.) pro pulchra habita (Lucian. Amor. 40. Winkelm. Opp. VII. p. 118.) hic fronti calvitio dilatatae opponitur. Epist. 1, 20, 24. Ita de sene Plin. Epist. 3, 6, 2. *rari et cedentes capilli, lata frons.* Senec. de Brev. vit. 12. *dum aut disjecta coma restituitur, aut deficiens hinc atque illinc in fronte compellitur.* Conf. Vulp. ad. Catull. 54, 1. Wolf. et Brem. ad Suet. Caes. 45. Mitsch. ad Od. 3, 19, 25. — V. 27. *Redd. dulce loqui* etc. Ita de sua Lalage Od. 1, 22, 23. *Dulce ridentem Lalagen amabo, Dulce loquentem,* ubi vid. Mitscherl. et ad Od. 1, 9, 22. Inde omnino sententia hic esse videtur qualis Od. 4, 1, 3. *Non sum, qualis eram bonae Sub regno Cinarae,* i. e. jam non aptus sum ad suaves sermones, ad risus, ad amores. Cf. Epist. 1, 14, 32. 33. Alii autem, ut *Schmidius, Fr. Jacobsius* (p. 125.), *gingivam inermem* Juv. 10, 200. vel *ora exarmata* (Sidon. Epist. 7, 14.) tecte significata vident. Perperam Bothius *ridere* illud ad fugam Cinarae refert, qua re tota infringitur sententia. — V. 28. *Inter vina fugam.*

Sic recte jungunt Schm., Hoched., Orell., alii, ut Cinara, quae inter commissationem fugisset, Horatium vel moerore afflixerit vel ad flebiles canendos elegos permoverit. Similis puellarum fugae mentionem faciunt alii, vid. Fr. Jacobs. p. 126. Broukh. et Diss. ad Tib. 3, 6, 59. De constructione conf. Fabr. ad Liv. 21, 36, 6. Contra plerique, in quibus *Wielandius* puellae fugam in jocosum Maecenatem derivat (N. 4.), jungunt *moerere inter vina,* neque prorsus male, si *moerere* ad carmina amatoria, quibus fleverit Poeta mendacem puellam, referas. Sic *queri* Od. 2, 13, 24. et *miserabiles decantare elegos* Od. 1, 33, 2., ubi vide ad utrumque loc. *Mitscherlichium* eleganter interpretantem. Lusus illos igitur ad λόγους ἐπὶ τῇ κύλικι referendos esse haud incommode dixeris. De illis disputat Hemsterh. ad Lucian. Tim. I. p. 437. De *Cinara,* Horatii amica Od. 4, 13, 22 sq. 1, 3. 4., dicemus ad Epist. 14, 3. Ad v. *protervae Orellius* comparat λαμυρός, Asclepiad. in Anth. Pal. I. p. 128. Ἡ λαμυρή μ' ἔτρωσε φιλαίνιον. Conf. Mitsch. ad Od. 1, 19, 7.

V. 29 — 33. *Forte — subisti.* Sententia: „Et si quis diceret, ad fugiendum ingrati animi propter officium jam non praestitum crimen reddenda esse munera a Maecenate meo accepta, redderem pro libertate, qua nihil (V. 36.) mihi est carius et antiquius." Paulo aliter *Fr. Jacobs.,* quem vide p. 114., aliter quoque *Orellius,* qui nimis anxie hunc apologum verbis proxime antecedentibus ita annectit: „Jam vero quoniam fieri nequit, ut pristinae vires mihi redeant, liberum certe me esse cupio." Ceterum hoc apologo omnibus noto veritatis acerbitatem, si qua inesset, leniri maxime supra significavi idêmque senserunt *Cruquius* et *Fr. Jacobs.* p. 98. Fabella autem Aesopica a Babrio et in Fabb. Aesop. 158. Cor. diverso modo narratur itemque ab Areosto, qui (quem locum indicavit Orellius) in Satira prima, qua hanc Epistolam imitatus est, cumerae horreum, volpeculae asinum, mustelae murem substituit. Eandem autem de volpecula narrationem respicit Dio Chrysostomus in Oratt. XLVII. p. 232. Conf. Fr. Jacobs. p. 135 sq. Quum fabula in usu Horatii fuerit (vid. ad 3, 20.), veri similis non est *Marcilii* opinio, qua hanc fabulam Horatium de Lucilii penu in suam congessisse conjicit laudato Lucil. lib. V. ap. Nonium v. *minutim* (ed. Bip. p. 195. N. 5.), ubi verba: *Dic quaenam cogat vis* (sic) *ire minutim Per commissuras rimarum nocti' nigrore* mustelae ad volpeculam esse opinatur. — V. 29. *tenuis volpecula.* Quod saepe

accidit interpretibus parabolarum sacrarum, ut singula nimis diligenter rimarentur, idem aliquot hujus apologi interpretibus accidisse videmus. *Vulpeculae* enim, utpote bestiae fraudulentissimae, Horatium vident comparatum, propterea quod in amicitiam Maecenatis sese insinuavisset, ut apud eum pinguesceret i. e. ditesceret. Similiter erravit *Doeringius*, ab humanissimo *Fr. Jacobsio* p. 127. meliora edoctus, quum verbo *repserat* v. 30. eam vim tribueret, ut si Horatius in Maecenatis domum amicitiamque *adrepsisset*. Aliter de se ipse quidem sensit Poeta, si comparaveris Sat. 1, 6, 50 sqq. — De partic. *Forte*, quae hic accipi potest pro *aliquando*, dixit Hand. ad Turs. II. p. 733.

V. 30. *cumeram frumenti.* Porphyr. „*cumera* vasis frumentarii genus, factum ex vimine admodum obductum." Schol. Cruq. „vas frumentarium, ex viminibus contextum." Plura suppeditat Acron. ad Sat. 1, 1, 53. Conf. Fr. Jacobs. p. 132. *Dacerius cameram*, quam mentione *vulpeculae* facta offensus conjecit, ut haec non frumentum comederet, sed ut pullos et columbas captaret, vertit „grenier vouté." !? — V. 31. *pleno corpore*, de sententia Bentleji „pinguefacta." Ei assentiuntur *Sanadonus*, *Dorighello*, al. At *plen. corp.* idem est quod *pleno ventre* ap. Hieronym. l. l. ἐξογκωθεῖσα τὴν γαστέρα ap. Aesop. et διὰ τὸ ἐμπλησθῆναι ap. Dion. Chrysost. Conf. Fr. Jacobs. p. 137. — V. 33. *cavum artum.* Sic Phaedr. 2, 4, 17. *tuto cavo.* 4, 5, 3. *artos cavos.* Vid. ibi Burm., quem laudat Heind. ad Sat. 2, 6, 116. Conf. Doering. ad Sat. 2, 3, 173. 6, 81.

V. 34 — 36. *Hac — muto.* Sententia: „Quod de reddendis muneribus pro recuperanda libertate dixi, si fabula haec quasi de me narratur, omnia restituo non propter fastidiosam quandam inconstantiam aut sincero libertatis studio destitutus, sed ita, ut neque ex satietate vel fastidio vitae lautioris tranquillam hominum tenuiorum plebejorumque vitam praedicem neque cum amplissimis divitiis otiosam libertatem commutem. Alii aliter, vid. Doering., Both. ad Gesn., Fr. Jacobs. p. 114. et 128 sq. et Orell. — *compellor imagine*, i. e. increper, reprehendar ut Sat. 2, 3, 296. Vid. Fabr. ad Liv. 22, 12, 12. *Schmidius* in literis ad me datis hoc significatum putat: „si hac fabula ut debitor accusor, omnia resigno," in hanc rem laudans Ernest. Clav. Cic. h. v. Nep. 7, 4, 1. Duk. ad Liv. 34, 2, 8. Burm. ad Suet. Caes. 17. Manut. ad Cic. Ep. ad Div. 8, 12, 5. et comparans *appellare* de monendis debitoribus Cic. Brut. 5, 18.

Phil. 2, 29. Contra *Groebelius* ex his verbis (p. 3.) conjicit, Maecenatem in epistola illa ad Horatium missa et gravi quadam beneficiorum ab ipso acceptorum exprobratione plena mentionem hujus quoque fabulae, quam integram Horatius hic interposuerit, injecisse. At fides hujus rei penes virum doctissimum sit. De v. *imagine* pro fabula Schmidius laudat Sat. 2, 3, 320. et Senec. Epist. 72. *Solebat Atticus hac imagine uti: Vidisti aliquando canem missa a domino frusta panis aperto ore captantem? — cuncta resigno,* i. e. reddo, quasi chirographum solvo. Vid. Torr. ad v. 9. et Mitsch. ad Od. 3, 29, 53. *resigno quae dedit.* Hanc significationem respuunt *Xylander* et *Torrentius*, cui quidem *resignare* est irritum facere quod convenerat. Nam bona reddere velle, quibus Poetam donaverit Maecenas, neque ipso esse dignum neque Maecenate, sed Horatium splendorem, honores et quae alii in vita urbana maximi faciant, aversari velle ultroque iis carere. At, o boni, quorsum illud *reponere* v. 39.? Porro ne quis talia nostris moribus metiatur, quum cavebit observatio ad 3, 15., tum audiendi sunt *Schirachius* (Clav. Hor. p. 325.) et *Orellius* de hoc loco verissime judicantes. — V. 35. *satur altilium*, i. e. avium imprimis gallinarum alendo saginatarum. Vid. Rupert. ad Juv. 5, 115. Ita σιτευτοὶ ap. Athenae. 9, 8. p. 384. — V. 36. *otia liberrima*, hic officiis urbanis opposita. Inde illud *vivere sibi* 18, 107. *mihi me reddentis agelli.* Ex eodem animi fonte manarunt: *Vivo et regno, simul ista reliqui Quae vos ad coelum fertis rumore secundo*, 10, 8. et *O rus, quando ego te aspiciam etc.* Sat. 2, 6, 60. 7, 112. Inde etiam *otium persequi* ap. Cic. de Offic. 3, 1, 1., *otium sequi* ap. Terent. Ad. 1, 1, 17. ibiq. Ruhnk. *disponere otium et ferre* ap. Plin. in Epist. 4, 23, 1., *nulla necessitas togae* ibid. 5, 4, 45., *tunicata quies* ap. Martial. 10, 51, 6., *sordida otia* ibid. 1, 56, 4. De varia *otii* veteribus illis maxime laudati significatione vid. H. Steph. Schediasm. 1, 11. ap. Grut. V. suppl. p. 24. Gatak. ad M. Antonin. 4, 24. Valcken. ad Eurip. Hippol. 785. Gesn. ad Plin. Ep. 1, 9. 7, 3. Beier. ad Cic. Offic. 1, 9, 29. 20, 69. et ad Lael. 23, 86, 3. Fabr. ad Sall. Cat. 8, 5. De Horatio, otii amantissimo, uberius olim dixi ad Epist. 1, 10, 8. p. 18., conf. Desprez. ad v. 34. et Lübk. ad Od. 2, 16, 1. — *Arabum divitiis*, i. e. cumulatissimis opibus, ut *Persicos apparatus* pro nimis exquisitis Od. 1, 38, 1. Vid. ad 6, 6. et quos hic laudat Schmidius. Speciem quandam proverbialem recte vidit Erasmus in Adagg. 1, 6, 74.

V. 37 — 39. *Saepe — laetus.* Sententia: „Quam longe absim ab istis divitiis pluriumque studio, tu optime nosti meque tuae liberalitati atque humanitati beneficiorum vinculo obligatum praesens absensque professus sum, et tamen experire, num *laetus* restituere quae dedisti queam." Haud incommode *Groebelius* sententiarum ordinem sic constituit: „Hoc me vere et ex animo loqui, scis tu, qui me optime noris" etc. V. 37. *verecundum,* ut Cic. Phil. 12, 5, 11. *verecundioremne coram putamus in postulando fore, quam fuerit tum, quum misit mandata ad senatum?* Ita Horatius Od. 2, 18, 12. *nec potentem amicum Largiora flagito, Satis beatus unicis Sabinis.* Conf. Epod. 1, 31. Od. 3, 16, 25. 38. Sat. 1, 6, 98. 2, 6, 4. — — *rexque paterque.* Ut *patris* appellatio caritatis ac verecundiae signum est (vid. ad 6, 54.), ita *regis* clientium. Ita Epist. 17, 43. *Coram rege suo de paupertate tacentes Plus ferent.* Mart. 2, 68, 1. *Quod te nomine jam tuo saluto, Quem regem et dominum prius vocabam* etc. Id. 5, 19, 13. *Luxuria est, tumidique vocant haec munera reges.* Id. 4, 84, 5. *Sollicitus donas: dominum regemque salutas.* Tertull. adv. Marcion. 2, 22. *si cliens diviti aut regi* etc. Vid. quos hac de re larga manu suppeditant Schmid. ad h. l. Seebod. in „Scholien" I. p. 8. — *Audisti coram,* ut 16, 17. et Graeci ἀκούειν. Conf. Lamb. et Schmid. — *verbo parcius,* ut Terent. Phorm. 1, 4, 20. *verbo expedi,* quod barbare dicunt *uno verbo.* — V. 39. *Inspice — reponere.* Hanc similitudinem *Schmidius* recte a codice accepti et expensi sumptam opinatur in eam rem de verbo *respiciendi* laudans Plin. Epist. 10, 57. (49.) et de v. *reponendi* praeter locos jam olim laudatos Plaut. Pers. 1, 1, 38. Senec. de Benefic. 4, 32. Juv. 1, 1. (ibiq. Heinr.) Senec. de Ir. 1, 3. *doloris reponendi,* ubi in eadem re Lactant. de Ir. Dei 17. *rependendi.* Adde Tac. Ann. 16, 13. *ut amissa urbi reponerent, quam pecuniam Lugdunenses ante obtulerant turbidis casibus;* Senec. Epist. 81. Particulae *si* cum Indicativo junctae usum pluribus vindicat idem vir d., adde Ellendt. ad Cic. Brut. 49, 184. Forbig. ad Virg. Aen. 1, 577. Diss. ad Tib. 3, 1, 19.

V. 40 — 44. *Haud male — relinquam.* Quam *laetus,* i. e. quam vere sincereque illud sit facturus, utpote cui persuasum sit, quae quis suae naturae non convenire cognoverit, ea sequenda non esse, jam Telemachi exemplo significat. Conf. Fr. Jacobs. p. 115. — V. 40. *patientis.* πολυτλάντος, πολυτλήμονος, ταλασίφρονος. Sic Epod. 17, 16. *laboriosus.* Epithetis enim perpetuis id quod maxime

in hominibus rebusque conspicuum est exprimunt veteres, quod hic fugisse videtur *Marklandum.* Conf. Jacob. Qu. Epic. p. 17 sqq. et nostra annotata ad 2, 21. — V. 41. Junge propter juncturam cum verbis *ut — porrectus* non singularem locum Ithacae indicantibus ita: *Ithace* (Ovid. Trist. 1, 4, 67. Met. 14, 169.) *non est apt. eq. loc.* Sic Hom. Od. 4, 601—608. praeter alia haec: *Ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἄρ δρόμοι εὐρέες, οὔτε τι λειμών. — Οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος, οὐδ' εὐλείμων — Ἰθάκη δέ τε καὶ περὶ πασέων.* Inde Epitheta *κραναή, παιπαλόεσσα, τρηχεῖα.* Il. 3, 201. Od. 1, 247. 9, 27. 11, 479. 14, 242. Cic. de Or. 1, 44, 196. *Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam.* Prisc. Perieg. 521. *Ithaces atque aspera tellus.* Vid. quae erudite disputant *Nitzsch.* ad Hom. Od. I. p. XVIII — XXI. et *Klausen.* in Zimmerm. „Zeitschrift" 1835. p. 134. sqq. de libello: „Ueber das Hom. Ithaca." Von R. v. L. — Berlin 1832. — V. 42. *Porrectus,* ut Caes. B. G. 2, 19, 5. *porrecta ac loca aperta.* Conf. Jacob. Qu. Lucian. p. 29. — *multae prodigus herbae,* ut 15, 16. *puteosne perennes Jugis aquae,* ubi vide; nisi *multae* hic est pro vario genere. Sic 5, 2. *omne olus.* — V. 43. *magis apta tibi tua dona relinq.* Hom. Od. l. l. (ibiq. Nitzsch.) *σὺ γὰρ πεδίοιο ἀνάσσεις Εὐρέος* etc. Vid., quem laudat Schmidius, *O. Müller.* Gesch. d. Hell. Staat. II. p. 69.

V. 44. *Parva parvum decent.* Ita opponuntur *parvi* et *ampli* 3, 28. In sententiam 18, 30. *Arta decet sanum comitem toga.* Comparant etiam Callim. Fragm. 179. *Ἀεὶ τοῖς μίκκοις μίκκα διδοῦσι θεοί.* — *jam non,* tecte significans mutatam sentiendi rationem, ut *jam* 1, 1, 4. 10, 11. De dicendi ratione, pro qua barbare *non amplius* dicunt, conf. Sat. 2, 3, 5. *Jamne non.* Od. 1, 4, 3. 9, 2. *neque jam, nec jam.* Od. 3, 3, 25. *jam nec.* Od. 4, 4, 69. *jam non.* Virgilius autem bis *nec jam amplius* Aen. 3, 192. 260. Virgiliana exempla collegit Wagner. in Qu. Virg. XXIV, 2., alia Hand. ad Turs. III. p. 131 sqq., cui non prorsus assentior. — *regia Roma,* quatenus magnitudine virium, splendore et magnificentia (cf. Ellendt. ad Cic. de Or. 1, 8, 32.) excellit, quare alias Od. 4, 3, 13. *Roma princeps urbium;* 4, 14, 44. *domina Roma,* ut Calpurn. 4, 161. 8, 83. Mart. 3, 1, 5. Conf. praeter Schmid. et C. Pass. N. 257. Lips. de Magnitud. Rom. 1, 2. Barth. ad Claud. de Laud. Stil. 3, 131. Elmenh. ad Arnob. 2. p. 67. ed. Salmas. 1651. Wernsd. ad Rutil. Itin. 1, 47. 194. Schirlitz „Handb.

der alt. Geogr." p. 295. — *vacuum Tibur.* In diversas partes hic discedunt interpretes. Alii non propter incolarum infrequentiam, sed quod ibi a rebus urbanis remotis in bono otio sibi vivere et studiis suis *vacare* licuerit, in quam rem laudant Epist. 2, 2, 81. *vacuae Athenae,* Sat. 2, 3, 10. *vacuum tepido cepisset villula tecto,* et comparant Epod. 5, 43. Uti hic *Neapolis* dicatur *otiosa,* ita hoc loco *Tibur* significari *otiosum.* At dispares sane locos commistos dixerim. Adeone Poetam inconstantem fuisse, ut interjectis paucis versibus *tonsoris umbram* alia sententia dixerit *vacuam?* Abeat talis absurda interpretatio! *Tibur vacuum* est a turba vacuum et inde quietis, tranquillitatis plenum, ad Romam incolis frequentem et inde strepentem atque tumultuosam relatum. De Roma conf. quos laudant Böttig. et Mitscherl. ad Od. 3, 29, 12. imprimis Mart. 12, 57., quibus adde interpp. ad Sat. 1, 6, 79. 2, 6, 28. Schmid. ad Epist. 1, 17, 6. 7. 2, 2, 72 — 80. Rupert. ad Juv. 3, 239 — 259. Ita *vacuae Acerrae* Virg. Ge. 2, 225. (ibique Wunderl.), *vacuae Cumae* Juv. 3, 2. (ibiq. Heinr.) et *vacuae Athenae* l. l. Sic Wieland.: „das leere Tibur," Pass.: „d. einsame T.," Voss et Scheller: „das ruhige Tibur." Campenon: Je lui préfère les molles douceurs de Tarente et la solitude de Tibur." De *Tibure,* quo secedere solitus sit Horatius, vid. C. Passov. N. 235. et quae dicemus ad 8, 12. — *imbelle Tarentum,* i. e. „ubi omnia tranquilla sunt et placata." Sic recte Orellius. Similiter *molle Tarentum* Sat. 2, 4, 34., ubi plura affert *Heindorfius* nulla tamen mirae interpretationis a Macrobio (Sat. 2, 14. p. 403. Z.) tentatae facta mentione. Adde Prudent. adv. Symm. 2, 747. *amoena Tarentus.* Conf. C. Pass. p. CI. Rupert. ad Juv. 6, 297. Broukh. ad Prop. 4, 6, 36. et ad Tib. 2, 2, 4. Cellar. ad Cic. Epist. ad Div. 7, 12, 1. Baehr. ad Plutarch. Pyrrh. 16. p. 189. et quos de Tarenti et fertilitate et amoenitate laudant Forbig. ad Virg. Ge. 2, 197. 4, 126. et Lübker. ad Hor. Od. 2, 6, 9. imprimis *Rud. Lorentzium* de civitate veterum Tarentinorum. Lips. 1833.

V. 46. sqq. *Strenuus et fortis.* Ut v. 40. de donis incommodis non affectandis, ita hoc loco de sic impetratis reddendis et ea mente disputat, ut mutatam sortem aequo se animo laturum esse Volteii exemplo significet; quod qui in hoc sententiarum ordine non observarunt, eos praeteriit, vocem *laetus* v. 39. ad hanc quoque narratiunculam referendam esse. Conf. Orell. ad h. l. Fr. Jacobs. p. 118. 148., qui recte *Doeringium* rem acu non tangentem vituperat. Confundunt ex veris-

sima Orellii observatione nonnulli interpretes, ut *Wielandius*, L. Marcium Philippum filium cos. a. u. 698, qui fuit vitricus Augusti, cum ejus patre cognomine, quem hic vult Horatius. De hoc vid. Ellendt. ad Cic. Brut. p. LXXVII sq. Beier. ad Cic. Offic. 2, 17, 59. et Orell. Onomastic. Tull. p. 380 sq. Praeterea Philippi patris facetiae notissimae erant, filii non item. Vocatur *strenuus* et *fortis* de sententia nonnullorum, quod consul in ipsum senatum graviter aliquando invectus sit Cic. de Or. 3, 1, 2., quod censor avunculum in recitando senatu praeterierit Cic. pr. Dom. 32, 84. collat. de Or. 3, 1, 4. *homini et vehementi et diserto et inprimis forti ad resistendum Philippo;* malo equidem ex usitata honestissime laudandi formula, quam luculenter declarat Seneca in Ep. 77. *Amicus noster Stoicus, homo egregius, et ut verbis illum quibus laudari dignus est, laudem, vir fortis ac strenuus.* Cic. Phil. 2, 32, 78. *redisti, ut cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum.* Liviana exempla collegit *Fabrius* ad Liv. 21, 4, 4., alia Cort. ad Sall. Cat. 51, 16., conf. idem ad Plin. Epist. 4, 29, 2. Doederl. Syn. II. p. 130. De simili formula *fort. et bonus* vid. ad 9, 13. — V. 47. *ab officiis,* ut causis amicorum clientiumque in foro defendendis. Conf. Burm. et Bentl. ad Phaedr. 3. prol. 5. — *octavam circiter horam*, i. e peractis solito tempore negotiis diurnis. De *hora octava* vid. Schol. ad Juv. 1, 49. Mart. 4, 8, 4. Peyr. et Heinrich. ad Cic. Oratt. Fragm. p. 173. ed. Beier. De ratione autem horarum post Gesn. ad Plin. Epist. 3, 1, 8., Heind. ad Sat. 1, 5, 23. erudite disputat Becker. ad Gall. I. p. 183. — V. 48. *foro distare Carinas.* Recte *Orellius* iis obloquitur, qui *foro* pro Dativo habent, quum alia ratio in personis sit, ut Epist. 18, 4. *Carinae* autem vicus Romae celeberrimus in regione IV. constitutus ab aedificiis in modum carinarum factis vocatus esse dicitur Servio ad Virg. Aen. 8, 361., ubi vid. Forbig. Ruhnk. ad Vellej. 2, 77, 1. et Lamb. ad h. l. Ibi templum fuit Telluris, aedes Junonis Sororiae, domus Pompeji, Antonii, Q. Ciceronis aliorumque virorum principum et ipsius Philippi. Quum forum Romanum in regione VII. esset, grandaevus Philippus, quem via longa defatigabat, vere conquestus esse videtur, quod *Carinae* foro nimium distarent. Cf. Facc. ad Cic. Paradox. 6, 3, 50. ed. Gernh. Aliter de hac re videtur sentire *Fr. Jacobs.* p. 119. De *Carinis* conf. Graev. Thes. antiq. Rom. III. p. 37. sqq. et Sachse „Gesch. u. Beschreib. der alt. Stadt Rom.“ I. p. 183.

V. 50. 51. *Adrasum — unguis.* Philippus igitur in pergula tonsoria adventoribus vacua quendam conspicit hominem, qui barba a tonsore abrasa ipse sibi placide tranquilleque resecat ungues. Ille hac hominis specie sic munditiei urbanae operam navantis visa ita capitur, ut servum, qui ex eo, quis sit, quaerat, in tonstrinam mittat. Verissime ad meum quidem sensum *Fr. Jacobsius* haec observat (p. 120.): „Was der Grund der erregten Aufmerksamkeit gewesen, hat Horaz zu sagen nicht für nöthig gehalten: wir können uns aber leicht hinzudenken, dass es der Ausdruck der Zufriedenheit war, der auf seinem Gesichte herrschte, vielleicht auch eine Mischung von Gutmüthigkeit und treuherziger Schalkheit, die der Neigung und Weise des Consulars zusagte.“ Quae Vir humanissimus deinceps contra *Doeringium,* qui consularem illum *invidia tactum hujus felicis hominis* dixerat, monet, sunt quidem, si rem ad lapidem Lydium exegeris, vera, at, nisi omnia me fallunt, *Doeringius* ex nostro sermone tantum *fortunatam* illius hominis conditionem istis verbis voluit significare. Sed cur discesserim de scriptura *abrasus* a *Schmidio* meo sollertissime defensa (etiam in Jahn. NJbb. 1831. III. p. 18. conf. Freund. in Lexic. h. v.), ita ut multorum virorum et doctrina et judicandi facultate insignium plausum tulerit, mihi dicendum est. Primum isti scripturae adversatur librorum mss. a nobis diligenter excussorum auctoritas. Acron et Porphyrio de hac quidem re tacent, at Scholiasta Cruq. *adrasum* interpretatur „praetonsum.“ Deinde haud facile hominem *abrasum* pro eo, cujus barba abrasa sit, dixeris. Idem sensisse videtur *) *Hochederus. Adradere* enim, ubi non est leviter abradere, significat, si de homine agitur, ejus vel barbam vel capillos vel tale quid radendo auferre. Ita Petron. 32. *adrasum excluserat caput.* Similiter *adtondere* apud Plaut. in Captiv. 2, 2, 18. *Sed utrum strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem, Nescio;* cur *tonsus* etiam dicatur de toto homine, hic quaerere non attinet. Vides igitur, *hominem attonderi, adradi* (in Petronii loco *caput adrasum,* quia in v. *caput* notio totius cujusdam praevalet), *barbam abradi, radi* Plin. H. N. 6, 28. A. Gell. 4, 3., *faciem rasitari* Suet. Oth. 12., *caput, guttur, verticem radi* Juv. 6, 105. 12, 81., Plaut. Amph. 1, 1, 306. Liv. 45, 44, 19. *supercilia, labra*

---

*) Vide ejusdem „Offenes Sendschreiben an Herrn Th. Schmid“ etc. p. 4.

abradi Cic. pr. Rosc. Com. 7, 20. Senec. Epist. 114. et quae sunt similia. Huc accedit, quod verbum *adrasus* sua ambiguitate a Poeta, ut videtur, consulto quaesita huic loco quandam conciliat festivitatem, quae a scriptura *abrasus* abest longissime, atque haud scio an idem senserit *J. H. Vossius*, quum locum ita verteret: „schaut er, sagt man, Einen, der angeschoren im müssigen (?!) Dach des Barbiers sass.“ Alteram autem significationem a *Baxtero*, *Wielandio*, *Bothio* comprobatam, qua *adr.* est leviter rasus vel propter novaculam hebetem vel propter tonsorem inaequaliter tondentem *semirasus*, crambe recocta refellere nolo. Tertiam, i. e. *Gesneri* explicationem „ἐν χρῷ κουρίαν rasum ad cutim usque“ intelligentis, cui assensi sunt *Schirachius* (Clav. Hor. p. 7.), *Charpenterius*, alii, ut κουρίαν illam pro parci et adeo tenacis hominis saepe nummum tonsori dare nolentis indicio haberent, jure explosit *Schmidius*, ut verbum non addam. Quartae auctor perhibetur *Marcilius*, cui *adrasus* libertinae conditionis signum est in eam rem citatis Petron. 32. Cic. pro Rosc. Com. 7, 20. Plaut. Amphitr. 1, 1, 306., adde Liv. 34, 52, 12. 45, 44, 19. et Rupert. ad 24, 16, 9. Hanc interpretationem suam fecerunt *Dacerius*, *Rappoltus*, *Zurckius*, *Fea* (qui tamen pro *adr.* scripsit *abrasus*), refutarunt *Gesnerus*, *Doeringius*, *Schmidius*, *Orellius*. Quintam excogitavit *Torrentius*, qui scripsit: „ut e tonstrina venerat.“ Inde Francogalli *Tarteron.*, *Sanadon.*, *Campenon.*: „un homme qu'on venait de raser,“ *Daru*: „un homme frais rasé,“ quibus ita assentitur *Orellius*, ut *adr.* „recens rasum“ dicat. Nemo autem exempla attulit, quibus hanc explicationem probaret, neque quisquam probabit *C. Passovii* interpretationem: „Einen Geschundnen am Bart.“ Quid, quod sextam finxit idem *Orellius*, quum, uti *Dorighello* (qui simpliciter barbam et capillos vult rasos), voc. *adr.* ad capillum quoque referret, et non modo „recens abrasum,“ verum etiam „attonsum“ intelligeret. „De barba enim,“ inquit V. d., „et de capillitio intelligendum puto, ex quo aliquantum curtato statim perspiciebat Philippus adventorem esse, non tonsorem ipsum, quem alloqui dignatus vix esset. Petron. 32.: *Trimalchio pallio coccineo adrasum* (recens rasum) *excluserat caput.*“ Ut nihil nunc dicam de hoc Petronii loco, quo *Orellius* abuti videtur, capillitium si intellexisset Poeta, *attonsum* potius de re in conspectum magis cadente dixisset. Praeterea capillitium forcipe tondebatur, non novacula radebatur, quod nisi in homines servitute eximendos vel exemtos, aut in austeros, aut in

pauperrimos eosque sordidos non convenit, a quo hominum genere alienum Menam ipse vult *Orellius.* Rem testantur et loci ante laudati et Casaub. ad Theophr. Char. 10. p. 134. F. Schmid. ad Epist. 1, 18, 7. Rupert. et Heinr. ad Juv. 2, 14. Perizon. ad Ael. V. H. 11, 10., conf. Voss. ad Virg. Ecl. 1, 28. Baumg. Crus. ad Suet. Caes. 45. Septima auctores habet *Güntherum* et *Braunhardum,* qui uterque rasuram vel tonsuram intelligit nondum perfectam, at perficiendam; quorum ille: „da gewahrt er, so sagt man, Einen, der in des Barbiers leer stehender Bude gemächlich, Während ihm dieser den Bart abschor, sich die Nägel verstutzte.“ Quomodo tale quid fieri potuerit, vix intelligas. Melius autem hic: „wir ziehen mit Voss *adr.* leviter tonsum, *angeschoren,* vor, indem der müssig in der Baderei Sitzende der Vollendung der begonnenen Tonsur mit Wohlgefallen entgegen zu sehen scheint.“ Sed hanc haud sane ineptam missam faciamus, ut octavam enodemus ab *Huthio* l. l. propositam. De hujus sententia „fuit Horatio homo *adr.* is, qui et vestitus munditia et vultus orisque venustate, universo denique cultu externo spectanti cuilibet sese commendaret.“ Metaphoram igitur a rebus, quae levigentur et radendo poliantur, sumptam opinatur, ut Mart. 1, 118. *liber pumice rasus.* Ita *adrasum* eundem esse, qui *politus* vel *ad unguem factus* dicatur Sat. 1, 5, 32., vel *limatus* Cic. N. D. 2, 29. *Vir moribus domesticis ac nostrorum hominum urbanitate limatus;* ex eodem fonte Cic. Acad. 4, 31. *non enim est e saxo sculptus* (sapiens) *aut e robore dolatus. Adrasum* majore etiam jure translata notione in describendis hominum moribus, in vestitu et ornatu eorum dici posse ex more hominum molliorum et delicatiorum, pumice cutem adradendi, ut Ovid. A. A. 1, 506. Mart. 1, 65. Plin. Epist. 2, 11, 23. In eundem censum locum Petronii 32. vocat: *Pallio coccineo adrasum excluserat caput.* Ut autem ex ovis pulli excludi dicantur, ita comparari pumicatum et nitidum Trimalchionis caput cum pullo modo excluso. Dixisse igitur putat V. d. Petronium *adr. caput* eadem fere notione, qua Horatius hominem *adrasum,* h. e. pro capite pumicato et nitido, nuncupaverit; at quod proprie dixerit Petronius, id ab Horatio jam transferri ad universum hominis vestitum et cultum. Paene assensus sum Viro erudite disserenti, sed loco retractato illi aliquid humani accidisse non sine dolore vidi. *Adrasus* enim ille eadem sententia vocatur, qua c. 27. *senex calvus,* vid. ibi Erhard. p. 94., et *exclusum caput* nihil aliud est, nisi caput paulisper extra pallium exser-

tum, pallio non inclusum, ut recte interpretati sunt *Scheffer.* et *Heinsius.* Quapropter dissentio quoque de formula *ut ajunt* v. 49., quam idem V. d. ad v. *adr.* refert, ut translatum verbum significetur; porro confert Epist. 2, 2, 30. *praesidium loco dejecit, ut ajunt, summe munito*, ubi hanc formulam propter verbum militare *dejecit* h. l. adjectam, alioquin v. 24. inserendam putat. At quo illam formulam de verbo notissimo? Immo hic eam prudenter adjecit Poeta, ut rem sane miram, *militem illum totum praesidium regale dejecisse*, auditu se compertum habere incredulis significaret. Sed neque *Huthius*, neque *Hochederus*, qui etiam hic proverbium quoddam sentit („darnach dürfte *adr.* eine fast sprüchwörtliche Bezeichnungsweise einer Klasse von Menschen, die auf das Barbieren nicht viel verwenden konnten, gewesen sein"), satis viderunt, Horatium hac formula ad res indicandas narrando traditas uti, id quod praeter hunc utrumque locum testantur Epist. 1, 6, 40. 17, 18. Hac eadem observatione *Doeringii* cadit commentum, quo hanc omnem rem ab Horatio fictam opinatur. Ceterum *vacua tonsoris umbra* duabus de causis dicitur, primum propter octavam horam, qua jam discesserint adventores, deinde ut hoc Epitheto legentibus quasi ob oculos ponatur, Philippum sic optime hominem observare potuisse. A vero igitur longissime absunt, qui cum Scholiasta Cruq., *Lambino* aut *otiosam* interpretantur, aut cum *Wielandio* propter malum tonsorem non admodum frequentatam, aut cum aliis a tonsore plane derelictam, quia circiter hanc horam nunquam aut raro quisquam barbae ponendae causa tonstrinam intraverit. An censemus, tonsorem cultellos reliquisse aut adventorem illum suos secum in tonstrinam attulisse? Melius sane ii, qui tonsorem aliquo discessisse, sed mox rediturum opinantur, quanquam et sic Epitheton latius latet. *Umbra* dicitur tonstrina, quia pergula fuit superne tecta, sed praetereuntibus si non undique, at certe a fronte conspicua. Inde *umbrae* teste Festo p. 161. Lind. *Neptunalibus casae frondeae pro tabernaculis.* Sic Graecorum σκηναί, vid. Casaub. ad Theophr. Char. 23. p. 225. F. ad Athenae. 4, 20. p. 301., quos locos laudat *Valcken.* ad Theocr. 15, 16. Tales tonstrinas hodie quoque conspici Romae, annotat *Guil. Müller*, in „Rom, Römer und Römerinnen." II. p. 24.

V. 51. *Cultello prop. — unguis.* Cur ipse sibi? Quia aut tonsor paululum discesserat, aut homo ille tali officio, quo alterius ope non erat opus, fungi delectabatur, aut ex quadam, non illa quidem vituperanda, parsimonia, quis est, qui pro comperto habeat?

Quicquid credis, hanc ut personae vili ac tenui notam appositam recte dicit *Marcilius*. Sed et in hac re nonnulli interpretes sordidam quandam tenacitatem, parum convenientem moribus hujus hominis vv. 57 — 59. descriptis animadvertere sibi visi sunt. Qui offenduntur v. *proprios unguis*, Poetam jocose officium tonsoris, quo homo ille ipse functus sit, ex contrariorum ratione significare non vident. De Horatiano hujus voc. usu vid. *Lübkerum* ad Od. 1, 1, 9. atque de hoc tonsoris officio Plaut. Aulul. 2, 4, 34. Val. Max. 4, 2, 15. Martial. 3, 74, 3. Broukh. et Diss. ad Tib. 1, 8 (9), 12. Böttig. Sabin. p. 355. Becker. ad Gall. I. p. 330. Jam recte judicabis de scriptura *proprio* ex *Xylandri* interpretatione: „in hos usus facto," ex *Bothii:* „qui tonsoris cultro uti nollet, ne quid pro eo quoque officio sibi numerandum foret." — Ad voc. *leniter*, i. e. lente, tranquille, *J. Merkel.* *): „gemächlich," *Schmidius* laudat Epist. 1, 18, 97. Scheff. ad Phaedr. 1, 25, 7. Ovid. Amor. 1, 6, 7. Qui *eleganter* explicant, Philippo attribuunt Lyncei oculos; quare dubito, num recte *Burmannus* ad Petron. 31. p. 121. *pueris paronychia cum ingenti subtilitate tollentibus* voc. *leniter* idem esse quod *subtiliter* dixerit.

V. 52 — 55. *Demetri — Menam.* Jam Philippus quadam εὐτραπελίᾳ impulsus per Demetrium servum percontari jubet non ex tonsore, uti opinatur *Hochederus* ad v. 56., atque sibi persuadent vel complures eorum, qui tonsorem in tonstrina non adfuisse paulo ante conjecerunt, sed ex homine ipso, quis sit. Etenim verba quae sequuntur v. 55 sqq. esse ipsius Volteii certe vult Horatius et suadet rei comicae elegans gravitas. Quapropter vereor, ne *Orellius*, quum ex verbis: *post decisa negotia campo*, Volteium tunc ipsum in Campum Martium ire in animo habuisse, ex qua re apparere, puerum

*) Dum haec scribo, mihi traditur *J. Merkelii* versio quae dicitur Epistolarum Hor. (Aschaffenburg, bei Th. Pergay [Carl Krebs] 1841.) Quae V. d. de hujus Epistolae translatione a *Günthero* facta nota quadam censoria p. XVII — XXII. docet, maximam partem approbanda videntur. Dissentio tamen de v. 24., ad quem haec annotat: „Horaz will nicht sagen, dass auch er sich bemühen wolle, sondern dass er durch sein Betragen auch seinem Wohlthäter Ehre machen wolle." Ex nostra autem, quam supra posuimus, interpretatione Poeta tecte significat, se a Maecenate suo dona illiberali conditione non accepisse. *Lübkeri* liber bonae frugis plenissimus, quem aliquoties laudavimus, sic inscriptus est: „Commentar zu Horaz's Oden, Buch I — III." Schleswig: bei M. Bruhn. 1841.

hoc responsum a Mena ipso tulisse conjiceret, rem bonam subtilissima sua conjectura fecerit suspectam. — *non laeve*, per *μείωσιν* ut 3, 21. dexterrime; Graeci: *οὐ σκαίως*. Sic *laevus* A. P. 301., *laevo tempore* Sat. 2, 4, 4. Conf. Forbig. ad Virg. Ecl. 1, 16. Aen. 2, 54. Hauth. ad Pers. 2, 54. Novum quidem verbum, sed non mirandum neque mutandum in Horatio, qui et alias nove dicta habet, ut *insolabiliter* 14, 8., *opulentare* 16, 2., *incogitare* 2, 1, 122., *vepallida* Sat. 1, 2, 129., *forsit* 1, 6, 49., *irrupta* Od. 1, 13, 18., *furiare* 1, 25, 14., *illacrimabilis*, *enavigare* 2, 14, 6. 11., *intaminatus* 3, 2, 18., *redonare* 3, 3, 33., *immetata* 3, 24, 12., *obarmare*, *revictae* 4, 4, 21. 24. Alia collegerunt *P. Hoss.* in Progr. Colon. 1827. inscripto: „Loci aliquot Horatii illustrati" p. 9. et *Dillenburger.* in „Quaest. Horat." Bonnae 1841. p. 6. — V. 54. *Cujus fortunae* non, ut *Haberfeldus* interpretatur, quo loco natus, sed utrum dives an pauper sit ex notissima, quanquam et 5, 12. neglecta, significatione. — *quo sit patre.* Ex hac ipsa interrogatione apparet, Horatium Menam pro liberto non habuisse. — *quove patrono.* Qui aliter legunt, eos fugit sententiae vis, qua quaeritur de patrono, si forte non habeat patrem. Libertini enim et servi *patre nullo nati* dicebantur, quapropter etiam in seqq. Mena non respondet quaestioni *quo patre.* Rem uberius tractat *Schmidius* et hic et in Epistola p. 13. De quaestione *quis* et *unde domo*, i. e. patria v. 53. vide eundem et Victor. ap. Hoched. et Ruhnk. ad Ovid. Her. 2, 106. — V. 55. *it, redit.* Sic ex usitata formula componuntur *itque reditque* Virg. Aen. 6, 122. Ovid. Her. 15, 118., ubi plura collegit *Ruhnkenius*, conf. Heins. ad Ovid. Fast. 1, 126. Burm. ad Anth. lat. I. p. 253 et 501. De tali verbi simplicis *eundi* notione dixit *Forbiger.* ad Virg. Aen. 2, 375. Ceterum hic verborum ordo *It — et narrat* mire respondet vv. *abi, quaere et refer*, quod recte contra *Cuningamium* observat *Orellius.* — *Volteium Menam.* De hac nominis Romani cum nomine nativo (Menas, *Μηνᾶς*) compositione erudite disputat *Schmidius*, sed restat, ut observemus, Latinos nomina Graeca in *as* terminantia imprimis servorum plerumque ad latinam consuetudinem immutasse; inde v. 61. *Mena*, et ita in inscr. ap. Gor. de Libert. Columb. (Polen. Thes. III. p. 143.): *Mena Liviae. L. A. Veste.* (i. e. vestiarius) et ap. Gruter. p. 241. c. 2. *Lallius Mena.* Sic ex eadem lege *Judaeus Apella* Sat. 1, 5, 100., *Marsya* Sat. 1, 6, 120., *Dama* Sat. 2, 5, 101., conf. Casaub. ad Pers. 5, 76. 79., *Aegypta* et *Hermia* ap. Cic. in Epist.

ad Div. 16, 15. *Aenea* ap. Apulej. de Orthogr. p. 9. ed. Osann. Neque desunt exempla in alteram partem. Sic *Menas Dispensator* ap. Bourdelot. in notis ad Petron. 30. Praeclare hac de re disputavit *Bentlejus* in Epistola ad Millium p. 83. (Opusc. philol. ed. Lips. 1781. p. 517 sqq.) Adde Sturz. l. supra laud. p. 4 sqq. C. Schneider. Formenl. p. 29.

V. 56. sqq. *Praeconem, tenui censu,* cui, ut Lucan. 5, 528. *vitae tuta facultas Pauperis angustique laris.* De censu *tenui, brevi, angusto* vid. ad 1, 1, 43. et cf. Drak. ad Sil. Ital. 7, 167. Ita Symmach. Epist. 1, 37. *fortunae tenuis.* De praeconibus, quorum varius et multiplex usus fuit, vid. Lamb. ad h. l. Heind. ad Sat. 1, 6, 86. *Herm. Hubert.* Dissert. II. „de Argentariis Veterum“ 3, 2. p. 75 sqq. et *Creuzeri* „Abriss der Roem. Antiq.“ §. 173. Huc autem facit, quod praecones utpote homines viles de sua humanitate male audierunt Cic. pr. Quint. 3, 11. Juv. 7, 6. ibiq. Rupert. — *sine crimine notum* i. e. nulla improbitate infamiaque, sive hominem non infamem, sed bene audientem, quod quidem contrarium ponitur verbis *ten. cens.*, ut ap. Quintil. Declam. 331. *Inops censu, sed integer, sine crimine* etc. Saepe enim praepositio *sine* cum casu suo juncta inservit praedicato negative describendo. Ita Juv. 7, 207. *tenuem et sine pondere terram.* Ovid. Met. 7, 275. *sine nomine rebus.* Sedul. 4, 2. *sine nomine mixtum Vulgus.* Anth. lat. 3, 60, 1. *fenus sine crimine parvum.* Senec. Phoen. 513. *Sine crimine exul.* Alia talia suppeditant Bentl. et Schmid. ad h. l. Fabr. et Herzog. ad Sall. Jug. 10, 1. Idem et Kritz. ad Jug. 54, 6. Roth. ad Tac. Agric. p. 230. Fabr. ad Liv. 22, 7, 5. Cort. ad Lucan. 1, 260. Herz. ad Caes. B. C. 3, 93. et quos laudat Hess. ad Tac. Dial. de Or. 40. p. 271. Dietrich. in Zimm. „Zeitschrift.“ 1837. p. 365. Qui hoc insolenter dictum praetexunt, iis, si jure id facerent, sobria illa *Gesneri* ad Sat. 1, 4, 26. admonitio ingerenda esset: „Si singularia omnia et semel tantum observata damnamus“ etc. Atque ad hunc quidem locum nihil aptius Volteii responso, quo, uti recte observavit *Gesnerus*, „ab innocentia se potius nobilem, quam nobilitatum flagitiis aut ob ignaviam obscurum esse“ declarat. Negativa autem formula consulto usus hic est jocosus Poeta, ut hominis bona fama, in elementis ethices, *crimine carere,* posita et haud dubie ipsi verae virtutis summaeque laudis loco habita Philippo quaerenti rite innotesceret. Et reapse „non parva laus erat, nam qui pauper est,“ ut

ait Landinus, „raro nisi infamia solet esse notus.“ Quid, quod constructio illa a compluribus pro folio Sibyllae habita: *sine crimine, notum Et properare* etc. et versus tenorem et sententiae vim misere infringit; aeque friget altera verborum compositio: *sine crimine, notum; Et* etc., quum illud *notum* absolute positum atque ab ore praeconis prolatum aut nimium aut inane quid indicet. Neque minus incommoda *Bothii* est interpretatio: „omnia haec (*properare*, *cessare* etc.) *notum* facere *sine crimine*, h. e. ita, ut a nemine criminaretur, sed vir bonus probusque haberetur.“ Bentlejana autem lectio: *sine crim. natum*, i. e. „patre certo, honestis parentibus,“ quum conditionem Volteii Menae ut libertini ignoret, pro explosa potest haberi. Verba quae sequuntur *Et properare* etc. neque a voc. *notum*, neque a Participio *Gaudentem* (alias Horatium scripsisse dixerim: *Parvis gaudentemque sodalibus*, vid. Lübker. ad Od. 3, 4, 11.) apta sunt, sed ex sermone ipsius Menae intelligenda: *Et se properare loco et cessare*, utrumque autem sibi contrarium *loco*, h. e. in loco, idoneo tempore, *ἐν καιρῷ* (cujus rei exempla hic collegit *Schmidius* et *Kühner*. ad Cic. Tusc. 2, 11, 26.). Quapropter improbanda est *Juvenci* interpretatio: „qui ultro citroque cursitaret faciendi questus causa“ et *Bothii* sententia in ed. Feae proposita: „properabat loco aliquo et alibi cessabat Vulteius, ubi a praeconio vacabat, prout jussus erat.“ Neque multum abhorret *Hocheder.*, qui comparat nostrum: „vom Flecke eilen.“ Ceterum uti *properare* et *cessare* sedulam in rebus agendis operam [Schol. Cruq. *viatorem* vel *mercatorem* (Commissar) *agere lucri causa* intelligit] et otium illud dulce, quo rursus gaudent homines laboribus defuncti (Epist. 2, 2, 183. Burm. Anth. lat. I. p. 316.) indicat, ita *quaerere* ad quaestum et compendia, *uti* ad sumptus et impensam pertinet. Atque in utroque, ut recte ait Janus Dousa p. 667., Menam moderatum ac temperantem esse videri cupit Poeta. Cf. Sat. 2, 3, 109 sq. A. P. 170. Bentl. ad Sat. 1, 1, 38. et Beier. ad Cic. Offic. 2, 20, 71. — *Gaudentem parvisque sod. et lare certo.* En hominem hominibus suae sortis contentum et, quae non infima conditio est, domo certa fruentem. *Sodales* intelliguntur aut homines conditione sibi aequales (inde *parvi* ut v. 44.), quibus familiariter utitur, aut ex sententia Schol. Cruq., quam recte improbat Dacerius, „uxor et liberi,“ quibus quasi in jucundo sodalitio vivit bonus Mena. Perperam Günther: „in kleiner Gesellschaft,“ conf. J. Merkel. p. XXI. Denique *lar certus*, sive est propria do-

mus, quam intelligit Schol. Cruq., sive conducta, alterutram rem recte opinatur Orellius significatam, hic opponitur vitae vagae, certum locum non tenenti ut Epist. 15, 28. Od. 3, 24, 10., non, ut *Orellius* interpretatur, „in coenaculo dumtaxat habitanti.“ Sic Virg. Ge. 4, 155. *certos novere Penatis.* Aen. 8, 39. *Hic tibi certa domus, certi, ne absiste, Penates.* Senec. Med. 478. *Per spes tuorum liberum et certum larem.* Avien. Descr. Orb. 282. *Certi laris inscia gens.* Auct. de Rep. ordin. 2, 5, 4. *inertia atque inopia incertas domos habere.* Quodsi *Orellius lare certo* etiam includit *venerem incertam* (Sat. 1, 3, 109.), i. e. „conjugem,“ equidem, si concesserint *parvi* illi *sodales*, non repugnaverim Viro doctissimo. Qui autem conjecturam *curto* praeferunt vel *parvo* malunt, re repetita non repetenda omnem depravant loci elegantiam. De particulis *que* — *et* sibi respondentibus ut v. 8. et Od. 2, 20, 22. conf. Lübker. ad Od. 1, 4, 16. p. 540.

V. 59. *Et ludis* — *Campo.* Erat igitur Volteius ex eo hominum genere, qui antiquam officii rationem diligentes vitae jucunditatibus in medio quasi positis oblectarentur. — *ludis* secundum Schol. Cruq. *theatralibus*, κατ' ἐξοχὴν quidem, cf. Hoched. ad A. P. 405., at alios non excluserim, vid. Juv. 10, 81. Hess. ad Tac. Dial. 29. p. 196. et annotata nostra ad Epist. 6, 7. De *Campo* cf. Kirchn. ad Sat. 1, 1, 91. Casaub. ad Pers. 5, 57. Beier. ad Cic. Offic. 1, 29. p. 227. Noli autem solas exercitationes vel alia talia, quae in Campo facta esse testatur Od. 1, 8., intelligere, ita ut Volteius vel „pila luserit vel ludentes spectarit,“ sed etiam cogitare de liberis otiosorum in eo ambulationibus, Od. 1, 9, 18 sqq. Cic. pr. Quint. 18, 59. Si in verbo *decisa Hochederus* desiderium quoddam *quietis* et *voluptatis* significatum sentit, nolo equidem contra dicere, at mihi satius videtur, quum *decidere* verbum forense sit (Suet. Vesp. 21. Gronov. Obss. 2, 6.), morem quendam videre descriptum, quo homines ministri sua negotia comparant gravioribus virorum in civitate illustrium. Ceterum similem vivendi rationem de se ipso praedicat Hor. in Sat. 1, 6, 111 sqq. Quodsi etiam fuerunt, qui in describendis Menae moribus non modo Poetae callidam artem admirarentur, verum etiam id sentirent rem esse magni momenti, quod ipsius pater *libertus* vel *praeco* fuisset, hoc quidem negandum arbitror. Etenim si qui ex antiquis vitae Horatianae auctoribus (ap. Mitsch. I. p. CLXIII. ap. Vanderb. I. p. LIV.) patrem fecerunt *praeconem*, suam rem ex male intellecto loco Sat. 1, 6,

86. hauserunt. Quod rectissime olim contra *Gyraldum* et *Fabricium* observarat *Massonus* (Hor. Vit. p. 13.), id hic non tam ob *Vanderbourgium*, nugis talibus Scholiastarum fidem qui habet, et *J. H. Vossium* (in falsa illius loci interpretatione), quam ob auctoritatem viri summi, *Fr. Jacobsii*, (p. 119.) repetendum existimavi.

V. 60 — 64. *Scitari* — *horret.* Philippus, quo fuit animo ad jocandum prompto, quum ex Demetrii narratione Volteii simplices mores candidumque animum, non „inhumanum praeconem" (Cic. pr. Quint. 3, 11.) perspexisset, hominem antiqua virtute plebejum, quippe qui sibi largam jocis materiam praebiturus esset, arcessere decrevit. — De formula *scitari libet*, qua, quid nobis facere placeat, utimur, dixit Peerlk. ad Od. 3, 25. p. 340. Qui ex his verbis tonsorem, non Menam ipsum interrogatum esse v. 52. efficiunt, eos fallit sententia, quae est: „non mihi satis est ex te audire, volo ex ipso Mena quaerere." Sic etiam Lambinus. De tonsore nec vola, nec vestigium. — V. 61. *non sane*, *οὐ πάνυ*, *οὐ μάλα*, ut Cic. de Orat. 1, 2, 4. *non sane satis intellecta recordatio.* Quam *Heindorfius* ad Sat. 2, 3, 138. huic formulae, hujus quidem loci memor, tribuit significationem: *„plane non,"* proprie non habet, sed per quandam contrariorum vim interdum accipere videtur. Hoc igitur loco: „Vix fidem habet," vel „dubitat Mena." Sic bene *Günther*: „Nicht rect traut Mena den Worten." Similiter *J. Merkel.* Vid. Goerenz. et Otto ad Cic. de Fin. 2, 13, 43. Beier. ad Cic. Offic. 3, 10, 41. Herzog. ad Sall. Cat. 37, 9. Gernh. ad Cic. Cat. maj. p. 169. Elster. ad Lucian. Char. 1. p. 3. Cum Heindorfio autem faciunt Hocheder. hic et ad A. P. 206. Peter. ad Cic. Brut. p. 280. Fabri. ad Sall. Cat. 16, 5. et interpres C. Passovius: „Nein, nimmer beredet sich Menas." At illam significationem comprobant sequentia. Postquam Mena secum miratus est hanc ad coenam in talem domum invitationem (cf. Plaut. Aul. 2, 2, 43.), tum demum rebus quasi circumspectis honeste et blande recusat. *Benigne*, ut supra v. 16., formula ab iis imprimis usurpata, qui gratiam facientes prandio vel coena uti nollent. Vid. Taubm. ad Plaut. Menaechm. 2, 3, 36. et qui laudatur Casaub. Lectt. Theocr. c. 16. p. 271. Conf. Orell. Opusc. Graec. vett. II. p. 615. Qui *benigne Respondet* conjunctim legunt, cum Lambino, qui uti Herzogius ad Sall. Jug. 11, 1. hanc dictionem illustrat, *liberaliter* sive *humane* interpretantur. Sed verba quae sequuntur hanc rationem respuunt. In his Philippus mirabundus quae sibi non opinanti acciderint inter-

rogando exclamat: *Negat?* Qui Conjunctivum i. e. „Potestne fieri ut“ etc. praeferunt, tantum abest ut fortius quid vulgato, uti opinatur *Bentlejus*, ut remissius quid habeant et lenius. *Negare* autem hic opponitur ei, quod est *promittere* ap. Cic. de Off. 3, 14, 58. vel *promittere ad coenam* ap. Phaedr. 4, 24, 15. et ap. Plin. in Epist. 1, 15, 1. *Groebelius* aliique intelligi jubent: „ad me venire.“ Ceterum in his verbis *Torrentius* artificiose admodum divitis a paupere contempti gestum videt expressum. Ad haec, ut sunt servorum ingenia, Demetrius ille: *Negat improbus* i. e. impudenter, pervicaciter (C. Passov: „Frech weigert er“) vel nostro sermone: „der Flegel,“ „der Trotzkopf,“ quod mavult *Orellius* Italorum sine magna contumelia in sermone familiari *„il ribaldo“* usurpantium comparans consuetudinem. De vario usu v. *improb.* vid. Schmid. et Hoched. — *te Negligit aut horret* i. e. aut honorem tibi debitum recusat aut te valde admiratur, „prae verecundia te exhorrescit;“ hoc quidem recte *Doeringius,* quanquam non attulit exempla, quare conf. Catull. 64, 159. *horrebas prisci praecepta parentis.* Virg. Aen. 11, 507. *Turnus ad haec, oculos horrenda in virgine fixus: O decus Italiae.* Cic. Acad. 2, 38, 121. *divinum numen horrere.* Barth. ad Claud. VI. Cos. Hon. 33. et Cort. ad Lucan. 3, 411. Contra *Lambinus*, quem sequuntur *Haberf.*, *Schm.* et *Orellius:* „vel tuam voluntatem non curat, vel te fugit ac reformidat.“ Rectius autem interpretes *Wielandius, Vossius, Daruus,* hic quidem: „il s'excuse; Soit respect, soit mépris, enfin il vous refuse.“ *J. Merkel.:* „Er thut's hartnäckig, dich scheuend Oder verachtend.“ Sic fere loquuntur servi dominis adulantes, etiam nostri, qui „vor Jemanden Respect speisen“ dicunt. Ad rem, i. e. qua quis invitatus coenae non adfuisset, cf. Hemsterh. ad Lucian. Nigrin. 22. p. 261. Bip.

V. 65—69. Postridie Philippus Menam negotiis intentum casu offendit, ad se allicit, allectum reddit clientem perofficiosum, certum convictorem, jocularem itineris comitem, beatum agelli possessorem, sed en hominem mutatum! Munditie urbana is omissa fit rusticus quam qui maxime, totus in re quaerenda atque augenda est, sed damnis multimodis perculsus a Philippo priorem praesentis pertaesus petit vitam. Lepida sane narratiuncula ex eo genere virtutis comicae, quod melius sentitur quam explicatur. Per singula euntes insignia tantum enodabimus aut quae fugerunt interpretum acumen. — V. 65. 66. *Vilia vendentem scruta* i. e. ut praeco, aliorum res

venales praedicans; cf. A. P. 419. Juv. 7, 5—10. Cic. de Offic. 3, 13, 55. Mart. 1, 86, 1. Brisson. de Formul. 6, 56. Quapropter dubito de *scrutario,* quem hic in Mena invenire sibi visi sunt *Dacerius, Dorighello, Doeringius,* alii, immo Poeta consulto vile quoddam praeconii munus descripturus putandus est. Hinc *scruta,* quas teste Schol. Cruq. vulgus *grutas* vocat [Doederl. Syn. I. p. 158.], γρύτη, γρυτάρια, C. Passov: „Gerümpel," Voss: „allerlei Kram." Vid. Torr. ad h. l. et cf. A. Gell. 3, 14.; similiter *frivola* ap. Juv. 3, 197. ibiq. Heinr. Hinc etiam *tunicato popello* i. e. pullatae turbae seu hominibus de infima plebe. Vid. Salmas. ad Tertull. de Pall. p. 473. Weber. ad Juv. 2, 71. p. 148. et quos laudant hic *Schmidius* et *Rupertius* ad Tacit. Dial. de Orat. 7, 4. In deminutivo *popello* i. e. plebeculae eadem exiguitatis notio quae v. 10. in *opella,* nisi in hac est taedii, quam mavult *Groebel.* Similiter *servulus vilis* ap. Cic. de Offic. 3, 23, 2. Cf. Herzog. ad Caes. B. Civ. 2, 104. et Kühn. ad Cic. Tusc. 3, 1, 2. — *Occupat,* ut 6, 32., sed hic cum notione supervenientis de improviso, hinc *prior salvere jubet.*

V. 67—69. *Ille Philippo — Providisset eum.* Quae sint *mercenaria vincula,* dissentiunt interpretes. *Hochederus,* quia praeco fuerit mercenarius, intelligit Menae occupationes utpote mercede conducti comparans Graecorum μισθωτοὺς et ἀτέχνους καὶ σώματι μόνῳ χρομένους. Praeterea acute monet, officia ad merces spectantia (Voss: „wie sehr ihn binde der Handel") rem esse nimis fortuitam. Quae quidem causa levis videtur, quum v. 65. homo ille *vendens* dicatur, at gravius hoc est, quod nusquam *mercenaria* tali significatione (Juvenc.: „occupationes, quibus mercatores distinentur, molestae") quisquam legere meminit. Exsulent igitur ex Horatio „occupationes in vendendis mercibus," quas cum Schol. Cruq. etiam intelligunt *Passovius, J. Merkel., Groebelius,* in eorumque locum succedant „occupationes ob operam mercede promissam necessariae." Atque haud scio an nimio plus illud „parvas mercedes sequi" Sat. 1, 6, 87. intenderit *Rodellius,* quum *merc. vincla* interpretaretur „necessarias occupationes hominis, qui collectis ex omni parte fortuitis mercedibus seque ac suos aleret." Caute *Daru:* „S'excuse sur les soins qu'exige son metier." De vi et structura v. *excus.* vid. Rupert. ad Liv. 6, 22, 3. Walth. et Rup. ad Tac. Ann. 1, 59, 2. Schm. ad h. l. — V. 68. *mane domum.* Intellige officii antelucani salutationem (v. 75.), de qua vide Voss. ad Virg. Ge. 2,

464. Heind. ad Sat. 1, 6, 101. Rupert. ad Juv. 1, 46. Quam qui refugiebat, is Epod. 2, 7. *vitare* dicebatur *civium Potentium limina. Bothius* hic videt gratiarum actionem de hesterna invitatione significatam, sed vereor, ne V. d. rem judicarit ex nostrae aetatis consuetudine. — *Providisset eum* i. e. prius eum vidisset et salutasset. Apte laudant Plaut. Asin. 2, 4, 44. *Non hercle te provideram. Quaeso, ne vitio vertas.* Si Lambini scripturam *Provisisset* crimine tautologiae recte refutarunt Cruquius et Torrentius, altera et jam Scholiastae Cruquii nota *praevidisset* aliquam probabilitatis speciem prae se fert; at eam tantum usurparunt novatores Virgilius (Aen. 5, 445.) et Ovidius (Met. 15, 135. Fast. 1, 327.), Horatius non item. Vid. *Freund.* in Jahn. NJbb. 1835. XIII. 3. p. 277. et cf. Drak. ad Liv. 36, 41, 6. Rup. et Walth. ad Tac. Ann. 2, 14, 1.

V. 69 — 71. *Sic — auge.* Ea conditione (*Sic*) Philippus praeconi paulum perturbato veniam officii ante neglecti pollicetur, si ad coenam promiserit. Ad quae hic: *ut libet* i. e. „faciam ut jubes," formula concedendi, quam contra *Wakefieldum*, qui notam admirationis post *libet* posuit, ne Vultejus, qui se modo tam urbane Philippo excusasset, rusticitatis non tolerandae statim postularetur, ut incultus ille Calaber v. 19., recte vindicavit *Schmidius.* Varium verbi usum habes v. 60., quocum cf. Acid. ad Plaut. Menaechm. 2, 3, 17. De Imperat. *putato* eleganter disputat *Schmidius*, quem vide; de formula invitandi ad coenam apud Graecos et Latinos usitata Casaub. ap. Orell. in Opusc. Graec. vett. etc. II. p. 614. Conf. Hand. Turs. II. p. 137. — V. 71. *Post nonam ven.* Sic Mart. 4, 8, 6. *Imperat exstructos frangere nona toros.* De hoc coenae tempore vid. Lips. Exc. 1. ad Tac. Ann. 14, 2. Rup. et Heinr. ad Juv. 1, 50. Becker. ad Gall. II. p. 138. — *nunc i.* Exhortandi formula, qua Imperativus *i* alteri Imperativo copula *et* aut omissa aut addita cum quadam vi praeponitur; exempla suppeditant Bach. ad Ovid. Met. 12, 475. Forbig. ad Virg. Aen. 4, 381. Diss. ad Tib. 1, 1, 76. Cf. annot. ad 6, 17. — *rem strenuus auge. Scheller.*: „Jetzt geh' und verdiene dir tüchtig." Quum haec verba haud dubie ad *merc. vincla* spectent, illam interpretationem praefero alteri a *Passovio* propositae: „itzt fort, treib rüstig das Handwerk." Od. 3, 28, 3. *Prome reconditum, Lyde, strenua Caecubum*, ibiq. Mitscherlich.

V. 72. 73. *Ut ventum — dimittitur.* Isocr. ad Demon. 31.

περί τε τῶν ῥητῶν ὡς ἀποῤῥήτων ἀνακοινοῖ. Soph. Oed. Col. 1001. *ῥητὸν ἄῤῥητόν τε ἔπος.* Pers. 4, 5. *dicenda tacendaque calles.* Quum *ῥητά* fere ea sint, quae sine cujusquam fraude efferantur, non absurde h. l. intelligitur libera illa et familiaris in convivio sermocinatio, in qua quis, praesertim vino provocatus, omnia libere eloquitur et vel *operta recludit*, ut 5, 16. Cf. Turneb. Adv. 5, 13. Neque displicet altera ratio a plerisque approbata, qua his verbis Menae ut plebeji sermo ineptus significatur. Apte laudant Virg. Aen. 9, 594. *digna atque indigna Vociferans.* Petron. 44. *Narratis, quod nec ad coelum, nec ad terram pertinet.* Similiter Lucianus in Nigrin. 22., quem locum ab *Orellio* occupatum video, tales convictores describit: *Πόσα μὲν ἐμφαγόντες, πόσα δὲ παρὰ γνώμην ἐμπιόντες, πόσα δὲ ὧν οὐκ ἐχρῆν, ἀπολαλήσαντες — ἀπίασιν* etc. — Cf. Schol. Cruq. et Both. ad Fe. et Gesn. *Tandem dorm. dimittitur.* „Politioris moris ignarus quum largius se invitasset, benigne monetur, ut tandem domum eat.“ Sic *Orellius*, quocum, ut alios taceam, consentit *Güntherus*: „Endlich schickt man ihn fort, um den Rausch zu verschlafen.“ Sane miror tale interpretamentum, quo in bonum Menam vitia conferunt, quae ab eo abesse voluit prudens Poeta. Ut non politus describatur illius sermo, at homo ipse minime impudens atque inverecundus, quod declarant vv. 74. 75. Immo verbum illud *tandem* tecte significat, Menae diutius ac contra ipsius commoda in convivio retento factam esse potestatem, ut se dormitum conferret. Bene hoc sensit *Victorius.* Cf. de verb. *dimitt.* Cic. Offic. 1, 11, 36. Terent. Eun. 4, 7, 44. et supra v. 18.

V. 74—76. *Hic — Latinis. Hic* i. e. „Mena, ubi, tanquam piscis, conviviis Philippi opiparis aliquoties inescatus est,“ ut recte *Bersmannus* interpretatur aliter sentiente *Lambino*, qui *saepe* ad *Occultum* refert, i. e. „ad hamum saepe occultatum, quo Mena tanquam piscis caperetur.“ Sic Plaut. Curcul. 3, 61. *Meus hic est: hamum vorat.* In contrariam sententiam Sat. 2, 5, 25. et Plaut. Mil. glor. 2, 6, 98. *Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam petam.* Eadem similitudine, de qua dixi ad 1, 1, 79., in eadem re utitur Lucian. de Merced. conduct. 3. III. p. 216 sq. Bip. Inde proverbiales locutiones: *inescare homines* et *vorare hamum*, de quibus dixit Erasmus in Adagg. 2, 5, 73. 74. Ita Graeci *δελεάζειν*, vid. Irmisch. ad Herod. 1, 12, 10. Wetsten. ad N. T. II. p. 661 sqq. interpp. ad Aelian. V. H. 14, 17. Hic autem simul indicatur Menae animus non providus, quo quid sibi a Philippi lusu impenderet mali, ignoravit. Porro observa, Philippum

lautis coenis delectatum esse teste Varrone R. R. 3, 3, 9. Cf. Colum. 8, 16. — *mane cliens*, ut v. 68. Hinc perperam *Britannicus* v. *mane* cum verbo *ire* conjungit. Confer etiam Juv. 5, 20. *sollicitus, ne Tota salutatrix jam turba peregerit orbem Sideribus dubiis.* Stat. Silv. 4, 9, 48. *Quid, si quum bene mane semicrudus Illatam tibi dixero salutem —?* Manil. Astron. 5, 65. *Limina pervolitans unumque per omnia verbum Mane salutandi portans communis amicus.* Mart. 2, 18, 3. *Mane salutatum venio.* Id. 1, 56, 6. 4, 8, 1. Praeterea homines potentiores Romae vespertinis epulis matutinae salutationis officium venatos esse constat, inde Lucian. Nigrin. 22. τὸ φορτικὸν ἐκεῖνο δεῖπνον καὶ πολλῶν αἴτιον συμφορῶν, ubi vide Hemsterh. I. p. 259. — *et jam.* Hac scriptura mire augetur sententia, languescit altera *etiam.* *Certus* dicitur *conviva* vel „qui non fallit, frequens et perpetuus fere conviva," ut ait *Groebelius*, vel qui quotidie, semel vocatus, venit, quod cum Dacerio mavult *Nodell.* in Not. crit. c. 4. p. 93. *Bentleji serus conviva* est, ut recte docet *Orellius*, qui sero, quum ceteri jamdiu discubuerint, venit. Ceterum de hoc hominum epulis inhiantium genere praeter Gebhard. in Crepund. 2, 15. egregie dixit *Burmannus* ad Petron. 33. p. 132. Lucian. de Merced. conduct. 3. tales respiciens: δειπνεῖν δεῖπνα πολυτελῆ καὶ ἀσύμβολα. — V. 76. *Rura suburbana.* Hic in agro Sabino *Dacerius* Philippi villam prope Asturam sitam fuisse opinatur propterea quod Cicero ibi se versatum esse, ut aliorum frequentiam praediolorum fugeret, in Epist. ad Att. 12, 40. (non 12, 9.) scripserit. Sed propter longinquitatem hujus loci dictioni *Rura suburb.* adversantem *Sanadonus* villam prope Antemnas aut Collatiam in confinio Sabiniae duabus circiter leucis ab Roma distantem fuisse conjicit. Neutri, ut par est, assentimur idque ob eam causam, ne incerta pro certis proponamus. — *comes.* Nemo Romanorum in civitate illustrium peregre sine comitibus ibat. Hunc morem respiciunt Epist. 1, 17, 52. Sat. 1, 6, 102. Lucian. l. l. Alia plura suppeditabunt Heindorf. ad l. l. et Seebodius in „Scholien zu Q. Hor. Fl." Erst. Heft. p. 8. cf. Loers. ad Ovid. Trist. 1, 5, 30. — *indictis Latinis.* Quum *feriae Latinae*, quae quotannis a Consule indicebantur, justitium quatriduum darent, homines rebus forensibus implicati otiandi causa rus ibant secum ductis, quos vellent, comitibus. De his feriis cf. Rupert. ad Liv. 1, 45, 2. Moser. ad Cic. de Rep. 1, 9. et ad Cic. de Divin. 1, 11, 18. ibiq. Giese. Böttig. Kunstmyth. 1. Curs. p. 147.

V. 77. *Impositus mannis*, ex interpretatione *Orellii:* „cisio

vel rhedae, cui juncti erant manni.“ Praeiverunt *Baxter. Wieland., Groebel.* Notae quidem poetarum dictiones *invehi equis, ire equis* de iis, qui curru vehuntur, vid. Heyn. ad Virg. Ge. 3, 358. et Ruhnk. ad Ovid. Her. 1, 46. Burm. ad Ovid. A. A. 1, 214. Origo harum dictionum ab Homero tracta esse videtur, qui nisi bis mentionem non facit equitandi. Vid. Nitzsch., V. Cl., ad Hom. Od. 5, 371. At quis unquam *equis impositus* (cujus dictionis exempla vid. ap. Lamb.) pro *in plaustrum impositus* dixit? Estne haec licentia poetica? Tolle tale interpretationis monstrum, in quod viri doctissimi nunquam incidissent, si Horatius usus esset Singulari numero! Si dubitas Pluralem habere pro significatione generis, aliam rem circumspice, quae tibi probabit *impositum uni ex mannis.* Philippus enim, quo fuit nobilitatis genere, iter faciebat cum suo comite compluribus usus equis. Locupletem hujus rei testem audi Senecam (Epist. 87.): *M. Cato Censorius canterio vehebatur et hippoperis quidem impositis, ut secum utilia portaret — — — O quantum erat seculi decus, imperatorem triumphalem, censorium, et quod super omnia haec est, Catonem, uno caballo esse contentum et ne toto quidem. Partem enim sarcinae ab utroque latere dependentes occupabant. Ita non omnibus obesis mannis et asturconibus et tollutariis praeferres unicum illum equum ab ipso Catone defrictum?* Romanos mannis illis ad equitandum quoque usos esse, de qua re nonnulli interpretes dubitant, praeter hunc locum testatur Ausonius quoque in Epist. 8, 7. *Vel celerem mannum, vel ruptum terga veredum Conscendas, propere dummodo venias.* Denique ad hunc locum rite interpretandum facit et observatio Scholiastae Cruq. ad Epod. 4, 14., ubi „viros principes iter ad suos agros mannis fecisse“ dicit. Quapropter *Torrentius:* „Hoc quoque Maenae commoditati datum, ut manniculo veheretur, uti dives ille Maena libertus Epod. IV.“ et *C. Passovius:* „Auf zum Klepper sich schwingt er.“ In ea, quam refutasse mihi videor, sententia *Schmidium* quoque esse nunc video. Is per literas me admonet locorum Ovid. ex Pont. 3, 4, 100. Ruhnk. ad Callim. Hymn. in Cerer. 87. et ad Albinov. Eleg. 112. In eandem sententiam vertit *J. Merkel.:* „Auf leichtrollenden Wagen gesetzt,“ quanquam p. XXI. recte observat, verbo *impositus* Menam vel reluctantem vel sinistre currum (!?) conscendentem significari. De mannis eorumque usu vid. Torr. et Mitsch. ad Epod. 4, 14. Jan. ad Od. 3, 27, 6. Reines. et Burm. ad Petron. 45. p. 219. Seebod. l. l. p. 21. N. 5. Beck. ad Gall.

I. p. 225. — *arvum coelumque Sabinum* etc. In hac laude nihil aliud nisi festiva descriptio consuetudinis, qua homines populares urbium moenibus inclusi simulatque angustiis egressi locorum peregrina vident, mirantur omnique modo praedicant. Neque vero sine justa causa laudavit bonus Mena. Sabina enim terra amoenissima, arvum si non ubique uberrimum, at laetum, coelum purissimum et violaceo colore fere distinctum. Vid. *Guil. Waiblingeri* „Wanderungen ins Sabinerland" in „Wegweiser im Gebiete d. K. u. W. zur Abendzeitung" 1827. N. 59. 62. 64 sqq. et conf. „Zeitung f. d. eleg. Welt" 1828. N. 231. Quapropter vereor, ut ex omni parte vera sit *Orellii* interpretatio: „Etsi asperum erat solum frigidiusque caelum Sabinum, tamen homini vix unquam extra Urbis muros evagari solito amoenissimus videbatur tractus." *Merkelius* quoque *coelum* sensu latiore interpretatur: „preist laut er das Clima."

V. 78. 79. *Videt — quaerit. ridetque Phil.* „stultitiam Menae, qui dolos non intelligit gaudetque rem pulchre procedere." Victorius. Quidni riserit de homine simplici rerumque imperito? — *dum requiem, dum risus und. quaerit. Requiem* quum intelligerent „deversorium quoddam seu locum, quo Philippus iter in suam villam facturus interjungeret," *Baxter., Gesn., Wieland., Haberf., Hoched.*, alii, hanc sententiam refutavit *Mitscherlichius,* Vir de Horatio optime meritus, in Racem. Venus. Fasc. III. p. 9. his inter alia usus verbis: „Sed istas explicationes quum totius contexti ratio, tum v. *risus*, quocum *requiem* arte connexum est, plane respuere videntur. Philippus, probe cognitum habens, Vulteium vitae rusticae, quam nunc tantopere extollat et expetat, mox, ubi experimento eam cognovisset, pertaesum urbanam praeoptaturum esse, facile praevidebat, hominem ex urbano rusticum factum largam ipsi ridendi praebiturum esse materiem, ideo persuadebat ei, ut agellum mercaretur. Itaque Philippus quaerit *requiem,* h. e. recreationem, oblectationem, et *risus,* ridendi materiam, neque quicquam amplius. Similiter Sil. Ital. 3, 349. ibiq. Drak. *Haec requies ludusque viris, ea sacra voluptas.* Cic. Cat. maj. 15, 52. *Satiari delectatione non possum, ut meae senectutis requiem oblectamentumque noscatis.* Neque inepte Marklandus *desidiam* ap. Stat. in Silv. 4, 6, 30. cum Horatiano loco comparat." Aliter sentit *Huthius,* quem vide in extremo libello.

V. 80—83. *Dum septem — fit rusticus.* Qui offenduntur repetito *dum*, apud se reputent sermonis quotidiani brevitatem hac quidem sententia: „Eo quod Menae donat dimidiam pretii partem ad

emendum agellum, alteram mutuam dat, ei persuadet" etc., ut recte vidit *Orellius.* Qui autem repetito verbo *mercatur,* uti sagacissimus ille *Marklandus,* ii meminerint, *persuadet* hic esse verbum voluntatis, non perfectae actionis. Scite jam additur: *Mercatur*, i. e. Philippo obtemperat. Ita Od. 2, 14, 6. *si tricenis — places illacrimabilem Plutona.* Ovid. Met. 9, 37. *Et modo cervicem, modo crura micantia captat.* Virg. Aen. 6, 468. ibiq. Forbig. *Lenibat dictis animum.* Quae olim l. supra l. de hac dicendi consuetudine, quae imprimis in Imperf. conspicua est, disputavimus vel probabunt vel augebunt Wagn. ad Virg. Aen. 10, 801. Forbig. ad Aen. 12, 394. Otto ad Cic. Cat. mai. 4, 4. ad Fin. 1, 7, 23. Kritz. et Herzog. ad Sall. Jug. 27, 1. Rupert. ad Tac. Ann. 2, 85, 1. Herm. ad Vig. §. 161. p. 746. et ad Soph. Ajac. 1105. Matth. Misc. phil. II. 2. p. 80. Bernhardy. Wissensch. Synt. p. 370. 373. Sillig. in Jahn. Jbb. 1829. I. 1. p. 28. Ramsh. Gr. lat. §. 162. p. 583. ed. 2. — De numero Plurali *sestertia* vid. Gernh. ad Cic. Parad. 6, 3, 49. et de eorum valore Lamb. ad h. l. et scriptores ad 6, 34. laudatos. Septem milia sestertium *Orellio* sunt 371 thaleri Saxonici sive 668 floren. Rhen. — V. 83—85. *ex nitid. fit rust.* Ita Cic. ad Div. 16, 21, 13. *Deponendae tibi sunt urbanitates: rusticus Romanus factus es.* Ut *nitidus* elegantioris vitae homo est, ita *rusticus* ab elegantiore cultu alienus. Exempla vide ap. Lamb. et Schmid. ad h. l. Broukh. ad Tib. 2, 5, 7. Ruhnk. ad Ovid. Heroid. 1, 77. Heinr. ad Juv. 11, 176. interpp. ad Cic. Cat. 2, 10, 22. Qui simpliciter explicant: „ex urbis incola fit ruris colonus," ii num recte viderint dubito. Bene *J. Merkel.:* „der zierliche Städter wird ganz Bauer."

V. 84. 85. *Sulcos — habendi. crepat.* In hoc usu v. *crepandi* praeivit Lucret. 2, 1171., Horatiana exempla collegit *Mitsch.* ad Od. 1, 18, 5. Minus recte *Heindorfius* ad Sat. 2, 3, 33. hic videt irrisionis notam, nostrum „schnattern" comparans, est in „ore habere," nihil amplius. Rectius *Schmid.* et *Orellius loqui* (Sat. 1, 3, 13.), *λάσκειν* conferunt, vid. Wolf. ad Demosth. in Leptin. p. 371. et Burm. ad Petron. 117. p. 543. — *praeparat ulmos.* Ita Od. 4, 5, 30. *Et vitem viduas ducit ad arbores.* Epist. 1, 16, 3. *amicta vitibus ulmo.* Catull. 62, 54. *At si forte eadem est ulmo conjuncta marito.* Ovid. Trist. 2, 143. *Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum,* ad quem loc. vid. Loers. Juv. 8, 78. *Stratus humi palmes viduas desiderat ulmos,* ibiq. Rupert.

In hoc more vites ulmis vel platanis et populis adjungendi ludit Ovid. Am. 2, 16, 41. *Ulmus amat vitem, vitis non deserit ulmum.* Haec et talia annotant Heins. ad Ovid. Met. 14, 666. Broukh. ad Tib. 4, 1, 172. Wernsd. ad Pentad. 2, 15. (III. p. 271.) et ad Voman. de Laud. Hort. 15. (VI. p. 165.). Jan. ad Od. 2, 15, 4. 4, 5, 30. Mitsch. ad Epod. 2, 9. Forbig. ad Virg. Ge. 1, 2. 2, 221. Quapropter paulo altius repetitum arbitror, quum *Bothius* ex Plinio H. N. 17, 23. (ed. Dalechamp.) Menam nobiliorum vinorum lucri causa fuisse cupidum conjicit. — V. 85. *Immoritur studiis.* Cave compares, quod fecerunt librarii, Cic. Cat. maj. 14, 49. *Mori videbamus in studio dimetiendi coeli atque terrae C. Gallum.* Vid. ibi Klotz. p. 121. Schmidius confert Graecorum φθειρεῖσθαι ap. Fr. Jacobs. ad Anth. Gr. VII. p. 112. et Orellius de constructione Dativi Quintil. 9, 3, 73. *immori legationi.* Dubito autem de accurata interpretatione *Doeringii*, quocum facit *Günther.*, qua *Im. st.* is dicitur, „qui totus est in aliqua re vel se totum alicui rei devovet," quum in dictione notio insit operae nimiae, qua quis sese quasi enecat. Sanadonus: „il dépérit à force de travail." J. Merkel.: „Zehret für seine Geschäfte sich ab." — Conf. Heind. ad Cic. N. D. 3, 35. p. 371. — *amore senescit habendi.* Ita Epist. 2, 2, 82. *insenuitque Libris et curis.* Plaut. Stich. 1, 3, 63. *Prae amore adeo miser atque aegritudine Consenui.* Cf. Drak. et Rupert. ad Sil. It. 2, 457. Eleganter autem verbo *habendi* absolute, ut ἔχειν, utuntur ad πλεονεξίαν significandam. Virg. Aen. 8, 327. *Et belli rabies et amor successit habendi.* Ovid. Met. 1, 131. *amor sceleratus habendi.* Id. A. A. 3, 541. Sulpic. Sever. de Cupidit. 9. *O quam mendose votum insaturabile habendi Imbuit infami pectora nostra malo!* Salej. Bass. ad Pison. 208. *divitis auri Imperiosa fames et habendi saeva cupido.* Aurel. Vit. Caes. 3. *studium habendi.* Pluribus illustrant Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 7, 29, 2. et Sall. Jug. 2, 3. Grang. ad Juv. 14, 207. Burm. ad Ovid. Fast. 1, 195. et Phaedr. Prolog. 3, 21. Drak. ad Sil. Ital. 5, 264. Ruhnk. ad Rutil. Lup. 2, 2. p. 78. Munck. ad Fulgent. Mythol. 2, 1, p. 66. Forbig. ad Virg. l. l.

V. 86—89. *Verum — ad aedis.* In rem Lambinus scite comparat Xenoph. Cyrop. 8, 3, 41. — *Spem mentita seges.* Sic Od. 3, 1, 30. *Fundusve mendax*, cui opponitur 3, 16, 30. *segetis certa fides*, ad quem loc. cf. Mitscherlich. Sil. Ital. 7, 160. ibiq. Drak. *nunquam tellus mentita colono.* Tib. 2, 6, 21. (2, 7, 3.

ed. Broukh.) ibiq. Diss. et Broukh. *Spes sulcis credit aratis semina.* Calpurn. Ecl. 4, 113. *Coepit et uberior, sulcis fallentibus olim, Luxuriare seges* ubi Wsd. hunc locum comparat. Petron. 117. ibiq. Burm. *loquatur aurum et argentum fundosque mendaces* etc. Alia plura suppeditant Heins. ad Ovid. ex Pont. 2, 9, 29. Broukh. ad Tib. 2, 1, 19. Bünem. ad Lactant. Inst. 7, 16, 6. Ceterum ne quis, uti Heynius ad Virg. Ge. 4, 129. et ad h. l. Groebelius coll. Od. 1, 31, 4. 3, 16, 30. Virg. Ge. 4, 129. segetem pro agro simpliciter accipiat, cavebit accurata Broukhusii et Dissenii ad Tib. 4, 1, 172. et Klotzii ad Cic. Tusc. 2, 5, 13. observatio. — *enectus arando.* Quodsi *Groebelius* „*arando* arandi laborem" intelligit, quem haud dubie nimium fuisse oporteat, alioquin non intelligi, quomodo *bos arando enectus* dici possit, sed quum nimii laboris significatio neque verbis ipsis contineatur, neque saevitiae in bovem exercitae suspicio in boni Volteii personam cadat, non multum abesse, quin aut legendum credat *arator* (bos arator) aut *arando* pro Dativ. habeat conjungatque cum *bos* scil. ὢν (der Pflugstier) secundum Dativos illos, quales sint „decemviri legibus scribendis etc.: *hoc* equidem affirmaverim vetare verborum collocationem, *illud* non in verbis esse, quorum sententia est: praeter alia etiam hoc affectum esse damno Volteium, quod bos arator (non morbo perierit, sed *arando* = *arantem*) in ipso opere rustico conciderit; qua quidem re quilibet infortunium illud sentiet mire auctum. De Ablat. Gerundii vid. Rupert. ad Tac. Ann. 6, 38, 1. et, quem laudat ad 14, 31, 3., Roth. ad Agr. in Exc. XX. Ob eandem causam sententiae gravitatem infringunt qui uti *Orellius* et *Hocheder.* cum Scholiasta Cruq. *enectum* interpretantur „attenuatum" laudato Cicerone ad Att. 6, 1. *enecta fame ac siti provincia.* Livio 21, 40, 9. *fame, frigore, illuvie, squalore enecti,* ubi *enecti* dicuntur homines enectis similes. Nihil nunc moror Prisciani testimonium, quippe qui sine sensu elegantiae verbum *enectus* hic ad vivum resecet, at hoc in promptu est, Horatium damnis ante commemoratis majus vel maximum addere voluisse pondus injecta bovis illius non labore confecti vel attenuati, sed inter arandum emortui mentione. Inde etiam suam vim habent verba quae sequuntur *Offensus damnis — media de nocte — Arripit iratusque tendit.* — Hanc autem ipsam rem nimio plus auget severus ille Cruquius, quum haec annotat: „hic vide quid prosit aut obsit in rebus agendis inprudentia. Volteius temere coepit agros colere, stulte deserit, suis rebus nulla cura aut remedio

adhibito, non exspectavit dum illucesceret, sed de nocte caballum arripit.“

V. 90—92. *Quem simul — mihi.* In hac hominis conditione *Haberfeldus* descriptum videt Volteii animum alienis rebus curisque districtum, ejusdem avaritiam parsimoniamque *Schmidius* coll. Aristoph. Nub. 829 sqq. et Casaub. ad Theophr. Char. 10. p. 134. F., mea quidem sententia Poeta id egit, ut et quomodo Volteius *ex nitido rusticus* factus esset rei quaerendae unice intentus, et quam graviter tulisset damna aliquoties facta ante oculos quasi poneret. Etenim *scabrum intonsumque* esse non modo rusticitatis, verum etiam vitae tristioris et luctus argumentum erat, cujus rei exempla vide ap. Lamb. ad Sat. 2, 3, 35. Sueton. Jul. 67. ibiq. interpp. Orellius comparat Lucian. Tim. 7. *πιναρὸς ὅλος καὶ αὐχμῶν καὶ ὑποδίφθερος.* Conf. Markland. ad Stat. Silv. 5, 1, 219. interpp. ad Juv. 15, 135. Inde lapsus hic est *Güntherus*, quum *scabr.* verteret „so bespritzt,“ quasi Volteius in itinere facto sordem collegerit. — V. 91. *Durus* de eo hic dicitur, qui labori indulget nec quicquam remissionis sibi permittit; alias est laboris patiens et ad labores obfirmatus. Epist. 16, 70. *sine pascat durus aretque.* Plin. Epist. 6, 30, 4. *Rusticorum praediorum administratio poscit durum aliquem et agrestem, cui nec labor ille gravis, nec cura sordida, nec tristis solitudo videatur.* De homine voluptatem severissime contemnente Cic. Or. in P. Clod. et Cur. 4, 1. (ibiq. Beier.) *Primum homo durus ac priscus invectus est in eos, qui mense Aprili apud Bajas essent.* Conf. annot. ad 1, 1, 32. Forbig. ad Virg. Aen. 12, 873. — *attentus*, rei familiari augendae deditus et inde paulo tenacior. Ita Epist. 2, 1, 171. *patris attenti.* Cic. Epist. ad Div. 9, 16, 19. *quum rem habebas, quaesticulis te faciebam attentiorem.* Alia ap. Heind. ad Sat. 2, 6, 82. Ruhnk. ad Terent. Ad. 5, 3, 48. Matth. ad Cic. pr. Rosc. Amer. 15, 44. Atque haud scio an *Dacerius* acutius quam verius contraria illa explicaverit: „*Durus* regarde le travail et la fatique, et répond au mot *scabrum* du vers précedent; et *attentus* regarde le ménage et l'épargne et répond à *intonsum.*“

V. 92—95. *Pol me — priori.* Ex sententia *Marklandi* in Explicatt. Veterum aliquot etc. p. 304. ed. Lips. hic locus expressus est ex Eurip. Iphig. in Taur. 499. *Ιφ. Σοὶ δ'ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ; Cui respondet: Τὸ μὲν δίκαιον, δυστυχεῖς καλοίμεθ' ἄν.* *Porsonus* ad illum locum confert Plaut. Pers. 4, 4, 94.

quid illum miserum memorem qui fuit? Nunc et illum miserum et me miseram est nominarier. Imitationem recte negat *Orellius.* Quapropter de Horatio imitatore iterum iterumque monendum est quod sobrie praecipit *Wyttenbachius* ad Plat. Phaed. p. 132.: „Omnia alia inter se conferre similia, elegantis est rationis, continuo pronuntiare imitando formata, vanae temeritatis.“ Ceterum ut Graeci (Plutarch. Consol. ad uxor. VIII. p. 400. τὸ σὸν ὄνομα θέσθαι), ita Latini *ponere nomen.* Vid. Passov. ad Sat. 1, 3, 42. Heins. ad Ovid. Fast. 5, 73. Kühn. et Klotz. ad Cic. Tusc. 3, 5, 10. — V. 94. 95. *Quod te* etc. In hac jurandi formula et eximia sanctitas et demissa, quae in parvulos clientes convenit, humilitas observanda est; proprie enim servi jurabant per genium dominorum (Senec. Epist. 12. Propert. 4, 8, 69. Heins. ad Petron. 28. p. 100.), sed et alii imprimis homines amore sibi devincti, ut Terent. Andr. 1, 5, 54. *Quod te ego per dextram hanc oro et per Genium tuum.* Tib. 4, 5, 8. *Perque tuos oculos per Geniumque rogo.* Conf. Plaut. Captiv. 5, 2, 24. — *dextramque* (ut fidei symbolum). Sic Virg. Aen. 4, 314. *Per ego has lacrimas dextramque tuam te* — Ibid. 7, 234. Cic. pr. Dejot. 9. *Per dextram te istam oro, quam regi Dejotaro hospiti porrexisti.* Cf. Cort. ad Sall. Jug. 10, 3. — *deosque Penatis* (ut sanctissimum tutelae signum), Cic. Acad. 2, 20, 65. *jurarem per Jovem deosque Penates.* Similes jurandi formulas vid. ap. Brisson. de Form. 8, 1—19. et conf. *Hartungi* „Relig. der Römer“ I. p. 37. Sillig. ad Virg. Cir. 272. *Schmid.* ad h. l. Errat autem *Cruquius,* quum illud *Quod* interpretandum censet „quam rem, quod beneficium, nimirum ut me reddas vitae priori.“ Est enim relativum infinitum, ut fere idem, quod *propter quod* (ut Graecorum ὅ, de quo vid. Hermann. ad Viger. p. 706. not. 4.) et ob eam causam formulis jurandi saepe praemittatur. Hanc interpretandi rationem duram videri *Ruhnkenio* ad Terent. 1, 5, 54., ubi mavult „in quo, in qua re,“ sane miror. Rem ipsam et ratione et exemplis enodarunt *Schmidius* ad h. l. et *Forbiger.* ad Virg. Aen. 2, 141. Quare abeant qui, uti *Valartus* p. 346., praepositionem *propter* supplendam dicunt.

V. 96—98. *Qui semel — est.* Sententiam hanc communem ab ipso Horatio ἐπιμυθίον loco adjectam, non a Philippo Menae praecepti instar datam, mire vexavit falsa scriptura *simul.* Quam qui retinent, postrema verba fere a Philippo Menae idque de *Lambini* sententia ita putant dicta esse: „Qui, Philippus, simulatque

aspexit, quantum dimissa distent a petitis: *dixit,* mature redeat Volteius" etc. Hanc sententiam praeter ceteros suam faciunt *Dacerius, Zurckius*, novissimus Bipontinae editor, quanquam is *semel* in textis habet (vid. Schmid. in „Allg. Schulzeit. 1828. II. ch. 92.). Contra *Lambinum* primus, quod sciam, disputavit *Jo. Mar. Mattius,* postea acute, ut solet, *Bentlejus,* aeque eleganter contra *Dacerium Sanadonus,* ut haec explicatio pro ejecta possit haberi. Adde et *Orellium* sobrie de toto loco judicantem. Alii, qui illud *Qui* ad Volteium referunt, legant necesse est *rediit repetiitque.* Sunt tamen, qui uti *Landinus, Cruquius, Marcilius, Desprezius* eadem scriptura *simul* innixi haec rectius Horatii verba apud Maecenatem perorantis in haec fere sententiam esse malunt: „Quum primum aliquis agnovit, quantum relicta praecellant concupitis, is" etc. vel, quod mireris, de sententia *Marcilii:* „*Similiter,* quicumque aspexit mutationem in pejus, is" etc. Neque locum sollicitandum censet *Cortius* l. l., cui *simul* est: „Et ille, qui aspexit, nempe ego, qui aspexi — fac ut redeam." Ubi in ambiguo est, utrum sint verba Menae an Horatii. Miram sane sententiam sua sibi lectione *Quin simul — relicta?* excogitavit *Britannicus:* „Ex quo Mena cognovit, quantum excellentiora sint dimissa petitis etc., cur non mature redeat et repetat relicta?" Sed piget, tales nugas amplius referre, nedum ut refellam. At clausula sententiose pronuntiata et ipsi Epistolae et ingenio Horatii maxime consentanea est. Similis legitur in Epist. 14, 43 sq. *Semel* igitur ut Od. 4, 3, 1. Epist. 1, 2, 69. *Bentlejus*, qui explicat „*Qui primum aspexit,* sive *Ut primum quis aspexit,*" comparat A. P. 331. et Epist. 1, 10, 17.; sed accuratius, hujus loci non immemor, de hac particula egit *Bachius* ad Ovid. Met. 13, 101. — V. 98. Ad sententiam v. 42. *Parvum parva decent* indicatam prope accedit illud Phaedri 1, 3, 2. (ibiq. Schwab.): *Suoque potius habitu vitam degere,* illud Ciceronis de Offic. 1, 31, 110. *nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur;* Lucani 8, 527. (ibiq. Bentl.) *Metiri sua regna decet viresque fateri,* et Senecae de Ira 3, 7. *Quoties aliquid conaberis, te simul et ea quae paras quibusque pararis, ipse metire,* illud Luciani (Imag. 21.) *παραμετρῇς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ ἑκάτερον*, ubi Reitzius hunc locum comparat una cum dictione *ἀναμετρεῖν ἑαυτὸν* ap. Aristoph. in Avib. p. 590. et *μετρεῖν ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς* ap. Paul. in Epist. ad Corinth. 2, 10, 12. Adde Pind. Pyth. 2, 34. Epictet. Dissert. 1, 2, 10. Cort. ad Lucan. 8, 346. et ad Sall. Cat. 31, 2. (ibiq. Herzog.)

Beier. ad Cic. Offic. 3, 4, 18. Praeivit *Erasmus* in Adagg. 1, 6, 89.; in sententiam comparant quoque Pers. 4, 51. *Tecum habita: noris quam sit tibi curta supellex.* Dictionem *verum est,* 12, 23, quam Scholiasta Cruq. interpretatur *aequum est ac decet,* pluribus illustrat *Schmidius,* adde Bentl. ad Epist. 1, 3, 33. Heind. ad Sat. 2, 3, 208. Vavass. Antib. p. 608. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. 2, 17, 5. et ad Plin. Ep. 8, 2, 6. Heyn. ad Virg. Aen. 12, 694. Thiel. ibid. 2, 141. De constructione dixit *Beier.* ad Cic. Offic. 1, 39. p. 285. Compositio autem verborum *modulo ac pede,* in qua *Groebelius* ἓν διὰ δυοῖν videt, ad id genus dicendi referendum est, quod illustravimus ad 6, 59. Neque tamen, si imaginem spectes, huc pertinet, quod comparant Graecorum proverbium: μὴ ὑπὲρ πόδα τὸ ὑπόδημα. Etenim metaphora *ac pede* ab iis desumpta est *), qui corporis sui staturam numero pedum metiuntur. Sententia igitur: „aequum est et rectum, suas quemque in eligendo vitae genere respicere vires.“

*) Quum *modulus* hic mensura sit, *Graevius* ut hic *metiri pede,* sic *ducere modo* apud Tacitum interpretandum censuit in Syllog. Epist. a Burm. edit. IV. p. 318., qui locus (Agric. 6, 7.) nuperis *Fossii* et *Herzogii* curis luculenter illustratus est. Nescio autem, num illam explicationem respexerint interpretes doctissimi.

Succidaneum ad v. 29. Forte per angustam tenuis volpecula rimam itemque ad 6, 64.

Hanc scripturam Cyrilli quoque Apologetico confirmari nunc video. Is in libri secundi capite XImo narrat fabulam de *vulpe et mustela* sic ut apud Horatium. Fabula Cyrilli sic incipit: *Macilenta vulpes — in pingue cellarium secreto reperto foramine introivit.* Hunc fontem aperuit *Fr. Jacobsius* in libro, qui inscribitur: „Beiträge zur ältern Literatur oder Merkwürdigkeiten der Herzogl. öffentl. Bibliothek." I. 2. Lpz. 1835. p. 225 sq. N. 47. Neque hic omittamus, *Xylandri* explicationem de loto comesa ad 6, 64. propositam quandam habere a Maximo Tyrio 20, 4. commendationem. Is enim inter alia: *ἐντυχὼν ἀνδρῶν γένει ἀκολάστῳ καὶ φιληδόνῳ, οἳ διῆγον, καθάπερ τὰ θρέμματα, λωτὸν ἐρεπτόμενοι μελιηδέα (οὕτω γάρ που τὴν ἡδονὴν ὀνομάζει Ὅμηρος), ἀναμιχθέντας αὐτοῦ τοὺς ἑταίρους τῇ τούτων τρυφῇ — ἐπὶ ναῦν ἄγει.*

I.

EXCURSUS GRAMMATICUS AD V. 18.

Tam teneor dono, quam si dimittar onustus.

Hunc versum supra de sententia Scholiastae expressi, ne diutius in *Groebelio* refutando immorarer. Olim *dono* pro donandi conatu sive voluntate positum dixi, uti Ovid. Met. 1, 184. *captivo coelo,*

i. e. coelo, quod capere conabantur; ad quem locum *Gierig.* et *Bach.* eam loquendi consuetudinem observarunt, quam ad v. 82. pluribus illustravi. Ab hac explicatione non multum discedit *Orellius,* quum verba illa ita interpretatur: „Tam obligatus tibi sum *dono,* quod offers, quam" etc. Sed re accuratius perpensa neutra ratio placet, quanquam ipsa sententiae veritas minime laborat. Verba enim ex accuratiore Grammaticae formula expedienda et ex ratione contrariorum, quae in ipsis inest, ita constituenda videntur: *Tam teneor dono* (non accepto), *quam si dimittar onustus* (dono accepto dimittar). Ita Od. 1, 28, 4. *Te cohibent — parva — Munera,* i. e. non data. Hom. Il. 1, 65. εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται de sacro non reddito (ibiq. Nägelsbach.). Soph. Ai. 178. κλυτῶν ἐνάρων ψευσθεῖσα δώροις, ubi scriptura ἀδώροις Grammaticorum commentum est. Liv. 33, 7, 9. *jam juga montium detexerat nebula,* quo loco offensi sunt Duker. et Ruperti. Locus igitur ad eam sermonis consuetudinem referendus est, quam post Dorvill. ad Char. 3, 9. p. 81. 410., Valck. ad Eurip. Hipp. 1402., Heyn. ad Hom. Il. 10, 98., Erfurdt. et Schaef. ad Soph. Ai. 674., Matth. in Verm. Schrift. p. 167. et in Gr. gr. §. 634. p. 1308. ed. 2., Fr. Jacobs. l. l. V. p. 380., Reisig. ad Soph. Col. p. CXX., alios, accurate ad Horat. Od. 1, 28, 4. et in Zimmerm. „Zeitschrift" 1835. p. 828 sqq. et in Progr. schol. Sondershus. 1839. p. 9 sqq. tractavit *Gerberus,* Vir ille, spectes sive mores sive doctrinam, antiqua virtute ac fide, qui nunc rei scholasticae Sondershusanae in dies laetius efflorescenti summa cum laude praeest. Ejus sententiam, quam sequitur *Düntzerus,* non improbat *Gernhardus,* Vir summus, in Progr. schol. Vinar.: *De compositione carminum Horatii explananda.* Partic. I. 1841. p. 13. Postea eandem rem singulari opera persecutum esse *Köhlerum* in Progr. schol. Zwickav. 1839. *de veterum scriptorum usu in enuntiationibus verbo affirmantibus, re negantibus,* ex Jahnii Ann. philol. 1839. XXVII. 1. p. 110. compertum habeo. Quanquam lubenter concedo, multos locos, quos viri illi in suam rem laudarint, aliter saepe explicandos videri (exempli causa nomino *Kritzium* et *Herzogium* ad Sall. Jug. 48, 3.), tamen res ipsa integra est, et consuetudine recentiorum quoque linguarum comprobatur, quod recte contra *Reisigium* („Vorlesungen" etc. p. 306. coll. p. 14. et *Haase* N. 324.) docuit *Dillenburger.* in Qu. Horat. p. 121. Sin autem idem Vir doctissimus p. 120—132. omnes illos locos alia ac negativa quadam via explicandos censet, equidem vereor, ne rem acutius quam verius

exposuerit. Praeivit *Lafontanius* ad Aeschyl. I. p. XCVII sq. Sed redeamus ad rem propositam. Locum Horatianum, donec quispiam sibi persuadet, vocabulum *dono* ad alteram enunciati partem pertinere, quum Adjectivum *onustus* nihil, ad quod referatur, habeat, suo nitori nondum satis restituisse mihi videor. Quapropter Grammaticorum instar edico, *verbum semel positum saepe bis cogitandum esse*, quod quidem praeceptum vel ignoratum vel neglectum multa saepe interpretibus procreasse incommoda docebunt quae sequuntur exempla. In hoc loco rem bene enodavit *Orellius*, quum verbis supra laudatis adderet: „quam si eodem onustus domum rediret.“ Idem ad v. 42. *magis apta tibi tua dona relinquam* recte observavit, Pronomen *tibi* et ad v. *apta* et ad v. *relinquam* referri. Comparari potest similis verborum compositio ap. Tib. 1, 2, 99. *Semper tibi dedita servit Mens mea.* Nolo tamen huc referre, quod quidem fecit *Heindorfius*, Sat. 2, 3, 3. Ita v. 91. v. *nimis* ad v. *durus* et *attentus* pertinet. Eadem ratio est in Od. 2, 17, 23. *te Jovis impio tutela Saturno refulgens eripuit*, i. e. Saturno ref. erip. Saturno; adde Od. 3, 23, 15. C. S. 31. 55. 56. Sic cogitatione repetas *nec* Od. 1, 13, 18. *nec malis Divulsus — citius solvet*, ubi sagacissimus *Peerlkampius* omissa in altera parte enunciati negatione offensus scribi jubet *haud citius*, sed verum ibi vidit *Mitscherlichius*, acerrimus poeticarum Venerum indagator et judex. Idem *Peerlkampius* Od. 2, 6, 7. *Sit modus lasso maris et viarum* de ambiguitate dicit, utrumne *modus viarum* an *lasso viarum* jungenda sint, Genitivos autem ad utrumque verbum referendos esse bene observavit *Orellius*. Od. 2, 11, 11. *quid aeternis minorem Consiliis animum fatigas?* ubi verba *aetern. cons.* et a v. *min.* et a v. *fatigas* apta sunt, in quam rem *Lübker.* comparat 3, 1, 22. 29, 14. Sic haeserunt Od. 3, 10, 10. *Ne currente retro funis eat rota* (vid. Vanderb. II. p. 334.), at *retro* per utrumque fieri quis est, quin videat? Eadem lege explicandus Genitivus *sacerdotum* Od. 1, 16, 6. Conf. Dorvill. ad Charit. p. 521. Od. 3, 8, 19. *Medus infestus sibi luctuosis Dissidet armis*, quo in loco recte *Dillenburger.* l. l. p. 27. *sibi* ad v. *infestus* et ad v. *luctuosis* referri jubet aliter sentientibus *Orellio* et *Lübkero*. Ita Sat. 2, 1, 85. *Opprobriis dignum laceraverit, integer ipse?* Scriptura *lacer.* ob contrariam rem *integer* praeferenda et vox *opprobriis* bis cogitanda videtur, uti recte sensit *Heindorfius*. Eandem rem verissime observavit *Kirchnerus* ad Sat. 1, 1, 88. *At si cognatos, nullo natura*

labore Quos tibi dat (intellige *amicos*), *retinere velis servareque amicos*, simili loco collato Sat. 1, 4, 106. *Ut fugerem exemplis vitiorum quaeque notando*, ad quem locum lapsus erat J. H. Vossius. Inde etiam judices de Epist. 1, 19, 19. *ut mihi saepe Bilem, saepe jocum vestri movere tumultus!* quo loco Cuningam. et Sanadon. scripserunt: *ut mihi bilem, Ut mihi saepe jocum* etc. In eundem censum venit Epist. 18, 16. *Propugnat nugis armatus*, ubi *Orellius propugnat* absolute usurpari minus recte dicit. At similis est constructio Od. 3, 4, 50. *fidens juventus horrida brachiis*, quo in loco aeque religiosus conjungit *Orellius*, quod non fugit *Jo. Guil. Steinerum*, qui in Progr. sch. Crucenac. 1841. p. 18 — 21. hujus generis multa ex Horatio collegit. (*De Horatii carm. saec. Commentat.* Confluentibus typis Jo. Fr. Kehr.) Alia talia suppeditant *Mitscherl.* et *Jahn.* ad Od. 2, 13, 2. *Schmid.* ad Epist. 18, 42. 99. et *Dillenburger*. p. 27 — 29. Similiter Tacit. Hist. 1, 64. *ni Valens animadversione paucorum oblitos jam Batavos imperii admonuisset*, ubi *imperii* per utrumque fit: *oblitos* et *admonuisset*. Sic et Liv. 2, 3, 6. *ambientes nobilium adolescentium animos pertentant*, quo in loco *Klockius* inutiles conjecturas profudit. Huc quoque retulerim Sct. Paul. in Epist. ad Romanos 2, 8. *Οὐ γὰρ ἐν τῷ φανερῷ, Ἰουδαῖος ἐστιν*; verbum enim Ἰουδ. bis sumendum esse, docent quae sequuntur *ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος*. Alia ratio est in Evang. Jo. 8, 15., id quod recte observavit sacrarum literarum optimus interpres, *Winerus* in Gramm. N. T. p. 523. Quam saepe Criticorum manus suo gausape mensas pertergeant, ut quae servanda sint humi decidisse postmodo doleas, testatur locus mea quidem sententia genuinus apud Virg. in Cul. 157. *lentus in herbis Securo pressos somno mandaverat artus*, ubi miror, *Silligium*, Virum cetera diligentissimum sagacissimumque, Nodellio ita fuisse dicto audientem, ut ejus conjecturam *fessos* reciperet. At similis est locus ap. Liv. 2, 30, 4. (ibiq. Drak.) *Sed curae fuit consulibus et senioribus Patrum*, *ut imperium suo vehemens mansueto permitteretur ingenio*, neque aliter Sallustius in Cat. 39, 3., quem unus omnium recte interpretatus est *Fabrius*: *Sed ubi primum dubiis rebus novandis spes oblata est*; ubi Ablativus *rebus* ad Dativum *novand.* cogitando repetendus videbitur. Eadem fere lege Plin. Epist. 7, 26, 2. *Ne sermonibus quidem malignis aut attendit aut alitur.* Huc quoque facit Sall. Jug. 14, 16. *Si omnia quae aut amisi, aut ex necessariis adversa facta sunt, inco-*

lumia manerent. Ob eandem rem *Diltheius, Bachius, Trossius* Tacito in Germ. 18. optimo jure restituerunt *quae nurus accipiant rursusque ad nepotes referantur*, ubi *Kiessling*. cum aliis *referant*, alii ut *Hessius rursus quae referantur* contra auctoritatem codd. Turic. et Perizon. scripserunt. Dignus est qui comparetur Liv. 24, 18, 2. *quae* (vitia) *velut diutinis morbis aegra corpora ex se gignunt, nata bello erant.* Ex his exemplis, in quibus *sonus sive eadem terminatio suam habet vim,* apparet, Nomen quoddam modo eodem casu, modo alio pariter terminante repetendum esse cogitatione. Neque enim de iis locis nunc loquor, in quibus alius casus isque alia terminatione intelligitur, ut Sall. Cat. 54, 6. *ita quo minus gloriam petebat, eo magis sequebatur*, scil. gloria; Caes. B. Gall. 1, 40. *quibuscum congressi — superarint.* Cic. de Fin. 5, 9, 26. (ibiq. Otto) *quae ad vivendum crescendumque valeant et suo genere perveniant ad extremum.* Talia exempla, quae magis unitatem ut ita dicam logicam, quam aures sequuntur, vel ad ipsam Ellipsin, vel ad Attractionem, vel ad gratam Breviloquentiae negligentiam, prouti sunt, referenda arbitror. Conf. quae collegi in Seebod. „Archiv." 1826. p. 135 sqq. et Rudd. II. p. 27. Haase ad Reisig. „Vorlesungen" N. 518. Herm. ad Vig. p. 707. 870 sq. Bernhardy. Wissensch. Synt. p. 350. 468. coll. p. 466. Ut igitur diversus, at pariter terminans casus interdum intelligitur, ita idem Nomen paulum immutata significatione, ut Cic. de Rep. 1, 40. *Tarquinio exacto mira quadam exsultasse populum insolentia libertatis,* ubi parum caute intrudunt *licentia,* id quod recte vidisse *Doederlinium* meum (Syn. IV. p. 183.) laetor. Sed haec messis tam larga est, ut ad metendum non una opus sit falce, quapropter insignes aliquot locos tum Nominum, tum aliarum orationis partium sic positarum indicasse satis erit. Vide igitur Wagn. et Jahn. ad Virg. Ge. 1, 248. Aen. 3, 250. Heinr. ad Juv. 1, 133. 4, 7. 8, 207. 10, 149. Gernh. et Beier. ad Cic. Offic. 3, 2, 6. Beier. ad 1, 13, 41. 3, 10, 44. Ellendt. ad Cic. Brut. 35, 135. Fabr. et Herzog. ad Sall. Jug. 12, 3. Fabr. et Kritz. ad 14, 16. Drak. ad Liv. 2, 40, 10. 24, 18, 2. 38, 17, 5. Stroth. et Rupert. ad 21, 50, 10. Fabr. ad 21, 52, 11. 22, 4, 7. Gruber. ad Tac. Germ. 18, 4. Klotz. ad Cic. Lael. 6, 40. et in Qu. critt. p. 43 sq. Roth. ad Tac. Agric. p. 270. (cujus librum a Lübkero p. 531. laudatum mihi non ad manum esse doleo) et in Seebod. „Archiv." 1830. p. 28. Wyttenb. ad Ecl. hist. p. 400., quem laudant Matth. in Misc. phil.

II. 2. p. 92. (Gr. gr. §. 634. p. 1305. ed. 2.) et Jacob. ad Lucian. Tox. 11. p. 62. Stallb. ad Plat. Symp. 26. p. 117. Doederl. de *Brachylogia* sermonis gr. et lat. Erlang. 1831. p. 4. et p. 14., ubi locis ex Tac. Ann. 12, 64, 2. et Hist. 1, 8, 1. allatis optime comprobatur, quod de Epod. 5, 87. paulo infra dicam. Conf. Rupert. Ind. latin. ad Tacit. III. p. 835. Quos illi laudent locos vocabuli cujusdam semel positi et bis intelligendi non unius interdum generis esse ingenue fateor, at iis, qui rem accuratius quaerunt, nolui deesse, praesertim quum Grammatici latini talia vel omittant, vel Ellipsi includant (cf. Rudd. II. p. 360 sq.), de qua aliter statuendum est. Porro prudens interpres cavebit, ne cum ea re, de qua hic omnis institutus est sermo, eos locos confundat, in quibus orationis animandae variandaeque causa vocabulum, quod ad priorem quoque enuntiationis partem pertinet, posteriori illatum est, ut Od. 4, 1, 38. *Nocturnis ego somniis Jam captum teneo, jam volucrem sequor Te per gramina* etc., ubi Lambinus, Torrentius, alii, perperam scripserunt *Nocturnis te ego — sequor Te per gram.* Od. 1, 11, 4. *Seu plures hiemes, seu tribuit Jupiter ultimam.* Adde Od. 2, 8, 3. 3, 11, 6. 13. Ex eadem lege explicanda enuntiatio negativa Epod. 5, 87. *Venena magnum fas nefasque, non valent Convertere humanam vicem*, i. e. valent convertere. Offensi quoque olim sunt loco qui legitur ap. Juv. 1, 133. *Vestibulis abeunt veteres lassique clientes, Votaque deponunt: quanquam longissima coenae spes homini*, ubi verbum *coenae* ad v. *vota* referri debet. Similia observavimus ad 1, 1, 41., conf. Schmid. ad Epist. 2, 1, 25. 168. Bach. ad Ovid. Met. 9, 437. Diss. ad Tib. 1, 1, 51. 2, 21. 4, 66. Reisig. „Vorlesung." §. 453. p. 798. Jam de Horatiano loco, quem supra posuimus, non erit, quod solliciti simus, neque verendum, ne quisquam, quod complures parietes de eadem fidelia dealbavi, mihi vertat vitio.

II.

EXCURSUS EXEGETICUS AD V. 79.

Et sibi dum requiem, dum risus undique quaerit.

Huthius, V. Cl., quum de hoc loco dissentire se dicat cum omnibus interpretibus, ipsa ejus verba huc transscribere meum esse duxi. „Auch hier kann ich keiner der gewöhnlichen Erklärungen beitreten. —

Aus der ganzen Erzählung geht hervor, dass das Kaufgeschäft schnell abgeschlossen wurde, und zwar in schneller Folge des Wohlgefallens, welches Vulteius über die Gegend an den Tag legt. Wie war diess möglich ohne Beisein des Besitzers? Woher weiss Philippus überhaupt, dass das Grundstück zu verkaufen steht? woher, dass es gerade für 14,000 Sesterzen feil ist? — Ich antworte: Weil es sein eigenes Grundstück war, welches er dem Vulteius verkaufen will. Warum thut er das? Einmal, weil ihm die Bewirthschaftung des Gutes, oder auch nur die Beaufsichtigung derselben bei seinem vorgerückten Alter zu beschwerlich war. Er suchte also *requiem* für sich. Sodann wollte er den Handel dazu benutzen, fröhliche Gesichter in seine Nähe zu ziehen (dum *risus* undique quaerit). Er glaubte den Vulteius zu einem glücklichen Menschen zu machen, wenn er ihm zum Besitze des Gutes verhülfe. Ihm gönnte er den Besitz desselben am liebsten; er hatte ihn als einen thätigen, aber weisem Lebensgenuss nicht entfremdeten Mann kennen lernen, der um dieser Tugenden willen bereits sein *täglicher Tischgenoss* geworden war. Er beschloss also, das Glück dieses Mannes zu vollenden, indem er ihm von den 14,000 Sesterzen Kaufschilling die eine Hälfte *schenkte*, die andere ihm creditirte. Dadurch verschaffte er sich zugleich eine grössere Ruhe, requiem, und hatte ein fröhliches Gesicht mehr um sich (risus undique quaerit). Nur durch diese Annahme erklärt sich auch die Bitte des Vulteius v. 95.: vitae me redde priori! Was bedurfte es hierzu der Vermittelung des Philippus? Hatte Vulteius das Gut aus fremder Hand gekauft, so konnte er es auch ohne Weiteres wieder verkaufen, und so zu seiner frühern Lebensweise zurückkehren. Höchstens hätte er nöthig gehabt, dem Philippus diesen seinen Entschluss anzuzeigen. Aber Philippus hatte gleich vom Anfange an nicht gewollt, dass sein Gut in ganz fremde Hände käme; er hatte es dem ihm werth gewordenen Vulteius unter den billigsten Bedingungen abgetreten und zur Hälfte geschenkt, weil er selbst noch dann und wann daselbst einsprechen wollte. Darum konnte auch Vulteius dasselbe nicht ohne Weiteres an jeden Dritten wieder verkaufen; nur Philippus selbst konnte dieses Verhältniss wieder aufheben; daher die Bitte: vitae me redde priori.“ Quodsi quis, cur ad hanc sententiam subtiliter excogitatam non accesserim, me roget, ad *Mitscherlichii* castra uti transfugam me non transisse liberrime profitebor. Quid autem de utraque Epistola novissimus horum studiorum existimator et judex, *Walckenaer* in „Histoire de la vie et des poésies d'Horace“ etc. (Paris, à la librairie de L. Michaud 1840.

II. Tom.), sentiat, nunc demum finitis commentariis cognovi. In sexta prope abest a vero (I. p. 568 sq.), in septima mecum sentit n plurimis (II. p. 32 sq.); dissensionis autem causae tam late patent, ut hic strictim attingi nequeant. Illam scriptam opinatur Vir doctissimus a. u. 730., hanc a. u. 731. et ita, ut, quod *Sanadonus* sensit, Epistola XV. prior sit. De rebus reliquis dicemus alias. De septima in universum diserta brevitate dixit *Carolus Passovius* in Nota 239., qui ibidem versum 38., quod hic addendum est, bene illustravit. Neque conferre pigebit *Lübkerum* ad Od. 3, 16. p. 463. et ad 3, 29. p. 525. Multa quoque, quae hic faciunt ad rem, in describendis Horatii moribus scite significavit *Guil. Monich.* in libro nuperrime edito: „Die *Horazische Lyra* in ihrer Eigenthümlichkeit und Integrität" etc. Berlin, Verlag von G. Gropius 1841. p. 12 sq.

LIPSIAE, TYPIS B. G. TEUBNERI.

Addenda critica ad fasc. priores:

I, 1, 20. *lenta* improbatur ab *Ouwens* in Noctt. Hag. 3, 6. p. 369.

\- - 57. *tibi? sunt mores? est lingua fidesque?* Sic distingui mavult *Lehmannus* in Lucubratt. II. p. 12. De ordine vv. 57. 58. dissentit *J. H. Vossius* in „Anm. und Randglossen" p. 254.

\- - 68. *rem Si p. recte*; sic dist. edd. Asc. Lamb. Cruq. al. Distinctionem *Si p. recte*; cum Gesnero def. *Lehmann.* l. l. p. 8.

\- - 104. *sis*; *et pr. sect. stomacharis* etc. Hanc scripturam praeter Kirchnerum *J. Tunstallus* quoque tuetur ap. Duncomb. II. p. 614.

\- - 105. *te suspic.* improbat Ouwens in Noctt. Hag. 3, 6. p. 104.

\- 2, 12. *Peleidem* — *Atreiden.* Sic ed. Lamb. — Scripturam *inter* — *inter* contra Bentleium def. *Ouwens* 3, 8. p. 414.

\- 3, 19. Hunc versum respicit Serv. ad Virg. Aen. 11, 522., sed memoriae lapsu citat *mov. vulpecula ris.*

\- 4, 9. Marcilius: *et quî* pro *et ut.*